

DE BENEFICIIS, ET PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS.

Liber.

AVTHORE LAELIO ZECCHO, Theologo, & I. V. D.

IN QVO,

De Beneficiorum origine, & instituto, Collatoribus eorundem, necnon de qualitatibus à iure requisitis ad quodlibet Beneficium obtinendum,

Et de modis id acquirēdi per Electionem, Collationem, Postulationem, Translationem, Impetrationem, Permutationem, Præsentationem, ac Renunciationem, cum ijs quæ ad Pensionum materiam spectant;

Practicè, & secundùm iuris, maximè recentioris, dispositionem, breuiter, & dilucidè agitur.

CVM DVOBVS INDICIBVS:
Altero Capitum Operis, Altero Rerum, & Sententiarum.





VERONAE, Apud Franciscum à Donnis, M D C I.

Approbatio Operis.

Ego Fr. Alexander Manerba de Brixia Sacræ Theologiæ Lector in Monasterio Sanctæ Anastasiæ Veronæ Ord. Prædic. legi hunc Librum, & nihil in eo, Catholicæ fidei, bonis moribus, vel Principibus Christianis, contrarium inueni.

Ego Petrus Apollonius Theologus, vidi, & approbaui.

Fr. Egidius Pusterla Inquisitor Veronæ.

Petrus Stridonius Vicarius generalis in Episcopatu Veronæ.

Illustriss. & Reuerendiss. D.

D. MARINO GEORGIO BRIXIAE EPISCOPO, DVCI, MARCHIONI, ET COMITI.



Lælius Zecchius Fœlicitatem.



VAE duo, opus aliquod in lucem edere cogitantes impellunt, Illustrissime Antistes, vt patronum aliquem sibi asciscant, cuius virtus, & authoritas, opus protegat, & illustret, Virtus scilicet, et dignitas, ea mihi nunc temporis non prætermittenda censui, cum Librum hunc in lucem edere decreui: Inter quos, tu mihi, Præsul Amplissime, occurristi, cui potissimum opus hoc dicare deberem; si enim animi tui insignes virtutes, & dotes conspicimus, quis non prudentiam, integritatem, vigilantiam, mansuetudinem, liberalitatem, & in sedandis inimicitijs, ac animis ad bonum promouendis gratiam, et omnium scientiarum cogni-



tionem, & alia Illuſtria dona, cœlitus tibi conceſſa, non admiretur? Si verò dignitatem ſpectemus, quis vſquam gentium generis tui nobilitatem longa Atauorum ſerie in Veneta Republica adminiſtranda præclariſſimam, & præcipuis in ea honoribus perfunctam, cùm maximo eius bono, ignorare queat? cum luce Meridiana, Georgiæ Familiæ ſplendor, clarior exiſtat? cuius cumulo, honores, Illuſtriſſime Præſul, ob inſignes virtutes tuas in te collati, ſummum decus addidere, cum Apoſtolicæ Sedis Nuntius apud magnum Hetruriæ Ducem, præ cæteris electus fueris; quo munere ſumma cum laude perfuncto, ad Epiſcopatum Brixiæ mox cum ingenti Ciuitatis noſtræ gaudio, & applauſu, euectus fuiſti.

Tibi ergo, lucubrationes haſce meas, Illuſtriſſime Præſul, dico, ac conſecro, te enixè rogans, vt eas benignè ſuſcipere, & tua ingenti virtute, atque authoritate tueri digneris.

INDEX CAPITVM OPERIS.



De Ecclesiasticis Beneficijs secundùm se, eorum origine, & distinctione. Cap. I. pagina 1
De Collatoribus Beneficiorum. Cap. II. pag. 7
De his quibus beneficia conferri possunt, vel non. Cap. III. pag. 9
De modis adipiscendi legitimè beneficia, & primò de Electione. Cap. IIII. pag. 16
De Collatione. Cap. V. pag. 54
De Postulatione Prælatorum, & eorum translatione. Cap. VI. pag. 77
De Commendis, Coadiutorijs, Vicarijs, & Oeconomijs. Cap. VII. pag. 84
De Nominationibus. Cap. VIII. pag. 90
De Impetrationibus Beneficiorum, & rescriptis varijs, & eorum formis. Cap. IX. pag. 91
De Permutatione. Cap. X. pag. 100
De Pensionibus. Cap. XI. pag. 106
De Iure patronatus, seu iure præsentandi. Cap. XII. pag. 124
De Renunciatione Beneficiorum. Cap. XIII. pag. 204

INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM.

B



Beneficia qualiter successiuè sint instituta. pag. 3 n. 5
Beneficiorum reditus, vt distributi sint. pagina 4 n. 6
Beneficia ecclesiastica quibus nominibus appellentur. 5 n. 7
Beneficium ecclesiasticum quid sit, cũ explicatione diffinitionis, & quæ sint eius onera. ead. n. 8
Beneficia cui conferri possint, vel nõ. pagina ead. n. 9
Beneficia vt diuidantur. ead. n. 10
Beneficia conferre qui possunt, vel non. 7 n. 1
Beneficia quibus cõferri rursus possunt, vel non. pag. 9 n. 1
Beneficia quæ Papæ reseruentur. pagina 17 n. 4
Beneficia quibus modis vacẽt, maximè per adeptionem secundi. 59 n. 4
Beneficia quot, & quibus modis deuoluantur. 64 n. 5
Beneficia reseruata quæ sint Papæ, & vt de eis nõ disponendum. 66 n. 6
Beneficia quæ simpliciter cuicunque conferri non possint. 71 n. 7
Beneficium non vacans impetrari non potest. 91 n. 1
In Beneficij impetratione quæ exprimenda, vt actus valeat. 92 n. 2
Beneficia cũ Bullis conceduntur tantum. 95 n. 3
Beneficij impetratio quando non valeat.

leat. pagina 100 n. 11
Bullæ expediédæ in bñficijs. 100. n. 10
Beneficiorum permutatio. Vide permutatio.

C

COnfirmatio intra quod tempus fienda, & quomodo. 37 n. 21
Cõfirmationis effectus quis. ead. n. 22
Collatio quid sit in beneficijs. 54 n. 1
Collatio à quo fieri possit. ead. n. 2
Ad Collationem bonam quæ requirantur, & quæ eam impediãt, quæ beneficia conferri possint, & à quo. pag. 56 n. 3
Collatio vt valeat, debet is cui cõfertur, id acceptare, & qũo. 72 n. 8
Collationis effectus quis. 73 n. 9
Commenda quid sit. 84 n. 1
Commenda temporalis, vel perpetua à quibus concedatur, & quis effectus vtriusque. 85 n. 2
Cómendatio beneficij cur fiat. 86 n. 3
Commendatarius temporalis an possit idem beneficium impetrare ad vitam. ead. n. 4
Cómendæ duæ an vni dentur. 87 n. 5
Coadiutor cur detur, à quo, quotupliciter, & quæ eius potestas, & effectus. 88 n. 8
Contradictor vbi apparet quid agendu. n. 179 n. 30

D

DEcimæ sacris ministris quando datæ, & à quibus. 2 n. 4
Dos ecclesiæ qualis esse debeat, & quanta. 129 n. 3

E

ELectio quid sit, cum eius expositione. 15 n. 1
Electio ad quos iure communi spectet. 16 n. 2
Eligere quis alius possit. ead. n. 3
Eligere qui possint, vel non. 18 n. 6
Eligi qui possint, vel non. ead. n. 7
Eligi quis inter cęteros prius debeat. pag. 19 n. 8
Electio minus digni vbi est facta, magis dignus potest appellare, quomodo, & quando. 20 n. 9
Electio qua forma sit fienda. ead. n. 10
Eligere an laici possint. 22 n. 11
Electus qs dicatur legitimè. 27 n. 12
Electio intra quod tempus fienda, & sub qua pœna. 31 n. 13
Electio qñ p̄sentanda electo. ead. n. 14
Electio quæ sit inualida. 32 n. 15
Electus an, & qñ teneatur in conscientia consentire electioni. 34 n. 16
Electionis effectus quis. ead. n. 17
Electus tenetur petere confirmationem, & quid vlterius. ead. n. 18
Electus quis teneatur ad fidei professionem, & vt iurare de residendo, & non alienando bona eccl. 36 n. 19
Electus à quo déat cõfirmari. ea. n. 20
Electus qñ, & quo tempore debeat procurare se consecrari. 37 n. 23
De Electione Papæ eo viuo, non est loquendum. 39 n. 24
Electio Papæ ad quos spectet, & quid de laicis, an vnq̃ eis licuerit. 39 n. 25
Eligi in Papam quis possit, & debeat. pag. 41 n. 26
Electio Papæ qua forma sit fienda, & quæ in ea vitanda. 43 n. 27
Electionis Papæ effectus quis. 52 n. 28

I

IMperator vt eligatur. 53 n. 31
Ius patronatus quid sit, cum eius expositione. 124 n. 1
Ius patronatus quomodo acquiratur per dotem, fundationem, & constructionem. 125 n. 2
Ius patronatus, vt acquiratur ex p̄scriptione, & quomodo. 137 n. 4
Ius patronatus an acquirat̃ per transactionem, & quomodo. 138 n. 5
Ius patronatus an trãsferri possit per legatum, donationem, testamẽtum, & vt, & qũo p successionẽ. 139 n. 6
Ius patronatus an transferatur per permutationem. 146 n. 7
Ius patronatus an possit donari, & quomodo. ead. n. 8
Ius patronatus an transferatur per venditionem, & quomodo. 147 n. 9
Ius patronatus an possit legari. pagina 149 n. 10
Ius patronatus an transferatur per feudum.

feudum. 149 n. 11
Ius patronatus an possit locari, & quomodo. ead. n. 12
Ius patronatus an possit pignori obligari. ead. n. 13
Ius patronatus an trāsire possit cum dote. 150 n. 14
Ius patronatus quotuplex, & vt differant. ead. n. 15
Instituentis officiū quod sit. 174 n. 27
Instituens vbi differt institutionem, quid agendum. 177 n. 29
In Iudicio iuris patronatus, vt procedatur. 180 n. 31
Institutio qd sit, & vt fiēda. 182 n. 32
Institutio quo tempore, modo, & loco fienda. 183 n. 33
Institui quæ personæ debeant, vel non. 184 n. 34
Institutio de quo fienda, vbi adest discordia. 185 n. 35
Instituēs an possit gratificare alicui. pag. 186 n. 36
Institutio actualis, vt fienda. 192 n. 41
Circa Ius patronatus an ab hæredibus, aliquid possit innouari, & quo modo. 496 n. 46
Iuris patronatus status an temporis tractu alterari valeat. 197 n. 47
Ius patronatus qualiter amittatur. pag. 197 n. 48
Iuris patronatus natura quæ, & per quos de eo iudicari possit. 198 n. 49
Iuris patronatus titulus, vt probandus in praxi. 200 n. 51
Institutio, & præsentatio in ecclesia curata patronata, vt fiat. 201 n. 53

L

LEgatus de latere an possit disponere de beneficio patronato. pag. 188 n. 38

N

NOminatio ad beneficium quid sit, cui competat, & eius effectus. 90 n. 1

O

OEconomus quis sit. cur detur, & quæ eius potestas. 87 n. 6
Ordinarius an posit disponere de beneficio patronato. 188 n. 37

P

PArochi ab Episcopo eliguntur, nisi ecclesia sit patronata. 17 n. 5
De Papæ electione, eo viuo, non est loquendū. Vide electio Papæ. 39 n. 24
Papa electus consecratur, & quomodo. 53 n. 29
Papa electus mutat sibi nomē, & cur. pag. ead. n. 30
Possessio est apprehendenda à prouiso de beneficio, à quo, & quomodo. pag. 75 n. 10
Postulatio quid sit, de quo fiat, & cur. 77 n. 1
Postulare qui posint, vel non. 78 n. 2
Postulatio apud quem fienda. 79 n. 3
Postulationis effectus quis sit. 80 n. 4
Postulantes qualiter peccare posint. pag. 81 n. 5
Prouisio noua quid sit, cur concedatur, quando, & quomodo. 97 n. 5
Permutatio bñficiorū qd sit. 100 n. 1
Permutatio beneficiorum, vt valida sit, quæ requirantur. 101 n. 2
Permutationis beneficiorum effectus quis. 106 n. 3
Pensio ecclesiastica quid sit. 106 n. 1
Pensiones ex quibus causis concedantur. 107 n. 2
Pensiones quo iure inductæ. ead. n. 3
Pensionum species quæ. 108 n. 4
Pensiones imponere qs posit. ea. n. 5
Pensio quanta esse debeat. 110 n. 6
Ad Pensionis validitatem quæ requirantur. ead. n. 7
Pensiones nō soluens quas pœnas incurrit, & quando non. 114 n. 8
Pensiones vt expirent, & quæ alia consideranda. 120 n. 9
Patroni priuilegia, & prærogatiuæ quæ. 152 n. 16
Præsentare quis posit. ead. n. 17
Possessio præsentandi, vt acquiratur. pag. 154 n. 18
Præsentatio quo in loco fieri posit. pag. 156 n. 19
Præsentatio quo tempore sit fienda, & an posit permutari ius patronatus

tus fine consensu patroni. 157 n.20
Præsentari quæ personæ rursus possint, vel non. 159 n.21
Præsentatio quomodo sit fienda. pagina 165 n.22
Præsentatio quo tempore rursus fienda. ead.n.23
Præsentatio qua forma fienda pagina 171 n 24
Præsentatio coram quo fienda. pagina 172 n.25
Præsentatus qualiter debeat consentire præsentationi. 173 n.26
Præsentatio an, & quomodo, & quando possit variari. 176 n.28
Papa an possit disponere de beneficio patronato sine patronis, & an præsumatur. 189 n.39
Patronorũ honores qui sint. 193 n.42
Patronorum onera quæ sint. ea. n.43
Patronorum ius vtile quod sit. pagina 195 n.44
Patronis omnibus an debeatur ius vtile, & honorificum. 196 n.45
Patroni laici vt differant ab ecclesiasticis. 199 n.50
Patronus quę vitare, & agere debeat. pag. 201 n.53

R

RESCRIPTUM sub forma rationi congruit, quid sit, quando cõcedatur, & eius effectus, & vt in eo se habendum. 97 n. 4
Rescriptum etiam & perinde valere, quid sit, cur detur, quando, & quæ in eo exprimenda, & eius effectus. pag. 98 n. 6
Rescriptum si neutri, si alteri, si nulli, quid sint, cur concedantur, quando, quæ in eis exprimenda, & eorum effectus. 99 n. 7
Rescriptum in forma dignum, quid sit, cur detur, quãdo, quæ in eo exprimenda, & quis eius effectus sit. pag. ead.n. 8
Rescriptum in forma pauperũ, quid sit, cur detur, quando, quæ in eo exprimenda, & quis eius effectus. pag. 100 n. 9
Religiosi qualiter p̃sentent. 191 n.40
Renunciatio beneficij qd sit. 204 n. 1
Renunciatio coram quo fieri debeat, & quotuplex sit. ead.n. 2
Renunciare quis possit, vel non. pagina 212 n. 3
Renunciatio qua forma sit fienda. pagina 221 n. 4
Renunciatio qualiter publicanda sit. pag. 236 n. 5
Renunciatio ex quibus causis sit fienda. 242 n. 6
Renunciatio quibus casibus inualida sit. 244 n. 7
Renũciationis effectus quis. 254 n.8

S

SACRIFICIA, & oblationes, & alij actus externi adorationis, vbique naturæ lumine, Deo tributi. 1 n. 1
Sacerdotes quomodo sint introducti, & quanti habiti apud omnes gentes. 2 n. 2
Sacerdotum victui super prouisum est de certis reditibus, & quare. pag. 2 n. 3

T

TRANSLATIO quid sit. 81 n. 6
Transferri qui possint. ead.n. 7
Translatio qua de causa fieri possit. pag. 83 n. 8
Rranslatio vt fienda, & eius effectus. pag. 84 n. 9

V

VICARIJ temporales, vel perpetui, cur dentur, à quibus, quando, quomodo, & quæ sit eorum potestas in quolibet. 88 n. 9

FINIS.

Alia Errata Pagina 249. lin. 8. nam] non p. 257. lin. 17. sciens (addendum) non lin. vlt. & (addendum) si pag. 258. lin. 5. interim] interesse.

DE BENEFICIIS ET PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS, Liber.

LAELIO ZECCHO AVTHORE.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificia, & oblationes, & alij actus externi adorationis, vbique, natura lumine, Deo tributi.*
2 *Sacerdotes quomodo sint introducti, & quanti habiti apud omnes gentes.*
3 *Sacerdotum victui semper prouisum est de certis reditibus, & quare.*
4 *Decima sacris ministris quando data, & à quibus.*
5 *Beneficia qualiter successiuè sint instituta.*
6 *Beneficiorum reditus vt sint distributi.*
7 *Beneficia ecclesiastica quibus nominibus appellentur.*
8 *Beneficium ecclesiasticum quid sit, cum explicatione diffinitionis, & quæ sint eius onera.*
9 *Beneficia cui poßint conferri, vel non.*
10 *Beneficia vt diuidantur, & quare.*

De Ecclesiasticis Beneficijs secundùm se, eorum origine, & distinctione. Cap. I.



VM naturæ lumine homines ad Deum colendum excitétur Psal 4. ex eo enim quòd lumine impresso agnoscu[illegible]t Deum esse, & eum esse omnipotenté, sapientissimum, optimum, & eius voluntate cuncta regi, & gubernari, ac ex eius nutu omnia pendere, inde agnoscentes eius ope assiduè egere, moueantur ad eum colendum, & adorandum, & cultu 1
etiam externo hanc animi motionem sacrificijs, & oblationibus erga eius numen exhibitis significandum, vt ab eo protegãtur, & gubernentur, & conseruentur, vt latè dixi tract. de Missa. cap. 1.

1 Sacrifica & oblationes natu-

ræ lumine, & alia externa adorationis signa, vbiq; Deo tributa.

& in tract. Theologicis. tr. de Deo. c. quòd Deus sit, & probatur Iob 12. Sap. 13. Gen. 4. vbi in lege naturæ patet sacrificia Deo fuisse oblata, & idem apud omnes gentes est seruatum, licet in cognitione veri Dei, & sacrificiorum qualitate, plerique errarint, alijs ei bonam voluntatem, laudes, hymnos, odas, thura, frugesve offerentibus, alijs victimas animalium, vt caprum, asinum, ceruum, & similia: vt dicit Ouidius 2. de Ponto. Plin. lib. 24. Macr. lib. 1. Saturn. c. 5. & 7. lib. 3. cap 6. Alex ab Alex. lib. 6. cap. vlt.

2 Sacerdotes cur introducti, & quanti habiti apud omnes gẽtes.

Hinc fit, quòd cum ad prædicta peragenda hominum vsu opus sit, apud omnes aliqui electi sint, pietate alijs præstantiores qui prædicta peragerent, qui Sacerdotes à sacris administrandis sunt dicti, vel alio nomine appellati, qui in varios ordines distinguebantur: vt dicit Arist. lib. 6. Polit. c. 8. lib. 3. c. 6. Plato 6. de legib. & Iulius Pollut. lib. 6. onomasti. c. 18. & in maximo honore habiti sunt semper, vt quibus Rempublicam, patriæ salutem, domos, & omnia eorũ credita æstimarent, vt probat Valer. Max. lib. 1. c. 1. Liuius lib. 5. Cic. lib. 1. de diuinat. Arnobius aduer. gentes. lib. 4. Plut. lib. de Iside, & Osiride. idem Plut. quæst. Rom. vlt. Homerus lib. 1. Iliad. Ælianus lib. 14. c. 34. Dion. Halicarn. lib. 2. Tacitus de moribus Germ. lib. 4. qui prædicta exemplis comprobant, & alij permulti.

3 Sacerdotũ victui semper prouisum est de certis reditibus, & quare.

Sed cum æquitas suadeat, vt militanti stipendium tribuatur, & laboranti de annona, & victu prouideatur, hinc vnanimi omnium gentium consensu factum est, vt certi redditus sacris ministris applicarentur, quibus alerentur, vt sic ab alijs curis sibi victum quærendi remoti, diuinis attentius operam dare possent, stipendia eis de publico statuendo: vt ait Liuius lib. 1. & Tacit. 4. Annal. dicit, vt glisceret dignatio Sacerdotum, atque ipsis promptior animus foret ad capessendas cæremonias, decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Seautiæ capiebatur, sextertia viginti, quibus & nouæ fruges dabatur, vt ait Plin. lib. 18. c. 2. dicente de Romanis, ac ne degustabant quidem nouas fruges ante quam Sacerdotes primitias libassent, quod & testatur Dion. Halicarn. lib. 7. de intestinis animalium fieri, & idem de primitiis frugum testatur Ouidius lib. 10. Metamorph. & idem gentiles faciebant: vt testatur Sozom. lib. 5. cap. 15. hist.

4 Decimæ sacris ministris qñ datæ, & à quibus.

Decimæ etiam à veteribus, Sacerdotibus solui solitæ erant: vt testatur Plin. lib. 19. c. 14. ad fi. & Diod. Sicul. lib. 5. & Plut. in probl. c. 16. & Liuius lib. 5. tradit, cum Camillus decimam Apollini vouisset, nec in publico aurum adesset quo votum solueretur, Matronas Romanas omnia ornamenta, ob id præstandum, vendidisse; & idem affirmat Herod. lib. 5. & habetur in l. 2. §. fi. ff. de pollicit. vbi Bud.

In lege quoque naturæ decimæ, & alij fructus ministris in Dei honorem dabantur. Genes. 4. & 14. & vouebantur. Gen. 28. & id in lege scripta præcipitur. Exo. 22. decimas tuas non tardabis reddere. & Leuit. 27. quæ dantur Deo in recognitionem eius supremi dominij, vt sic ei qui dat totum, aliquid præstetur: vt dicit Aug. serm. 219. de tempore, & habetur 16. q. 1. c. 68. ne appareat in conspectu eius vacuus. Eccl. 35. ex quo fit, vt decimæ sint de iure diuino, naturali ratione id dictante. Doct. in c. 1. de decim. Innoc. in cap. fin. de paroch. Ioan. Andr. in rubr. de decimis. Franc. in d. cap. 1. testans de communi. & id etiam innouatur iure canoni-

co.

co. 16.quæst.1. & extra de decimis . per totum.

Et licet Dominus Apostolis dixerit, vt nil possiderent, nec aurum, argentum, peram, duas tunicas, sed scirent se nutriendos à Domino. Matth. 10. Luc. 9. promittens eis mercedem copiosam in cœlis. Matt. 6. 19. & tempore Apostolorum, qui catechizabatur in fide, communicaret in omnibus bonis ei qui illum catechizabat. Galat. 6. & fierent collectæ, & eleemosinæ, quæ distribuebantur iis qui egebant Galat. 2. 2. Cor. 9. & omnia tunc essent cõmunia, & Christiani facti venderent omnia possessa, & pretium deferrent ad pedes Apostolorum, qui oblata, iuxta cuiuslibet necessitatem, per diaconos distribuebant Act. 4. Crescente tamen populo Christiano, cum euangelium intra viginti, vel triginta annos publicatum fuisset in vniuerso orbe. Rom. 1. Coloss. 1. & docet Ireneus lib. 1. & Iust. lib. adu. Triphonium, ideò creuit numerus ministrorum, & publicè gradus ordinum ecclesiasticorum constituti, vel verius in vsum reducti, scilicet ostiarii, acoluthi, lectores, exorcistæ, subdiaconi, diaconi, presbiteri, & per ciuitates Episcopi, vel Præsules distributi. c. cleros. 21. dist. & dist. 23. per totum. sublatis gentium sacerdotibus. c. in illis. 8. dist. & docet Clemens Romanus diuum Petrum id statuisse epist. 1. ad Iacob. Leo IX. ep. 3. Burcard. lib. 1. decret. c. 155. Et præterea Apostoli, & eorum successores in vrbibus præcipuis constituerunt Patriarchas, & Primates, ad quos causæ præcipuæ deuoluerentur. cap. vrbes. 80. dist. & presbiteros in modicis pagis. cap. Episcopi. ad. 80. dist. c. in nouo. 21. dist. c. videntes. 12. q. 1. & diaconos. c. diaconis. c. diaconi. 1. 2. & 3. 93. dist. qui custodirent Episcopum celebrantem, vt eius oculi, ne ab ethnicis ei insidiæ tenderentur, vt habetur locis prædictis, & notat Damasus in vita sancti Euaristi, qui dicit eũ titulos in vrbe Roma presbyteris diuisisse, & septem diaconos cõstituisse qui Episcopum prædicantem custodirent, qui & iuxta curias vrbis, cuiq; proprios presbiteros constituit, qui sacramenta in illa extantibus præberent Anno Domini 112. qui & curiones dicti à curia, & parochiani q præberent sacramenta sibi commissis, & vicissim hi eis alimenta: vt dicit Platina in Euaristo. Cipr. lib. 1. epist. 9. & quod fecit Euaristus in vrbe, Dionisiuus in toto orbe diuisit terminos ecclesiarum parochialium, concedens singulis presbiteris sua cœmeteria, & decimas ibi debitas, anno 267. vt habetur in c. 1. 13. q. 1. c. pastoralis. de his quæ fiunt à præl. sine con sensu Capituli. & Dionisius idem dicit se fecisse, epistola secunda Seuero Episcopo. cum tamen antea Episcopatus, & Archiepiscopatus essent diuisi, & diœceses distinctæ, iuxta diuisionem factam de Prouinciis à Principibus secularibus, antequam Episcopi ibi essent constituti. glo. in d. c. 1. 13. q. 1. cap. in illis verò. 80. dist.

Beneficia qualiter successiuè sint introducta.

Non tamen omnes qui erant intra illos fines à principio erant Christiani, sed paulatim fiebant, nec ecclesiæ diuites erant, cum nemo metu tirannorum sub pœna capitis auderet se profiteri Christianum, & occultè, quibusdã paucis locis exceptis, cultus religionis fiebat, ob persecutiones.

Tempore verò Vrbani I. anno 220. ecclesia Romana cœpit prædia possidere, qui Pontifex excommunicationis pœnam iniunxit iis qui ea alienassent. c. videntes. 16. q. 1. & tradit Ansel. lib. 7. c. 1. Burcard. lib. 3. c. 3. Iuo parte 3. decret. c. 5. successiuo tempore Galienus Imperator, pace ecclesiæ restituta, vt dicit Oros. lib. 7. c. 15. permisit Christianis recipere quæ ante habebant, vt cœmeteria: vt dicit Euseb. lib. 7. c. 13. Postea Constanti-

nus Magnus Christianus factus sub Syluestro Papa, qui fuit anno 315. vt dicit Euseb. de vita Constantini. & lib. 9. hist. c. 9. Sozom. lib. 1. c. 3. qui iussit claudi templa idolorum. l. 1. C. de paganis. & docet Niceph. lib. 8. c. 18. & 25. qui & iussit vt omnes Christiani fierent, vt dicit Theodoretus lib. 1. c. 16. & præcepit vbique terrarum Deo templa ædificari, testante Niceph. lib. 7. c. 49. qui & ex publicis tributis per singulas ciuitates certum vectigal deduxit, quod ecclesijs, & clericis deputauit: vt ait Sozom. lib. 1. cap. 8. & permisit ecclesijs donari, & legari. c. futuram. c. videntes. 12. q. 1. l. 1. C. de sacrosan. eccl. & ecclesias ædificari; statutum est postea ne ecclesiæ sine dote ex qua victus clericorum colligeretur, ædificarentur. c. nemo. de consec. dist. 1. c. ad audientiam. de eccl. ædific. §. si quis. auth. de eccl. tit.

Ex quo factum est, vt dotatione fidelium ecclesiarum bona augerentur, cum huiusmodi donatio pia admodum sit, vt quæ prouenit ex bona voluntate offerentium benè erga Deum, & diuina affectæ, quæ Deo gratissima extat. Gen. 4 Marci 12. cap. tua nobis. de decim. l. generali. cum auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. cum & libera cuique detur potestas de rebus suis disponendi. §. per traditionem. Instit. de rerum diu. l. in re mandata. C. mand. etiam si moriturus sit, cum id iustum sit visum. §. disponat. authen. de nupt. & contractus sint irreuocabiles. l. sicut ff de act. & donationes validæ. l. velles. C. de reuoc. don. ergo magis est concedenda, & valida si ecclesijs, & sacris ministris donetur. arg. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi. l. seruus. quod vi, aut clam. c. cum non deceat. de elect. & iure proinde statutum ijs relicta non posse adimi, sed omni ratione soluenda. l. nulli. C. de episc. & cler. auth. hoc amplius. C. de fideicom. l. aut facta. §. locus de pœnis. vnde successu temporum etiam Ducatus, Principatus, & Comitatus Ecclesijs accessere, malentibus dominis ea subijcere ecclesiæ, vt matri, quàm Imperio Principum; vt colligi etiam videtur Iosue 10. Num. 35. vbi patet vrbes datas sacris ministris, & idem testatur Krantzius. lib. 2. Vandaliæ. cap. 22. & 31.

6 Beneficiorũ reditus vt distribuci sint. Hi verò reditus in quatuor partes distribuebantur, prima erat destinata alimentis Episcopi: secunda, alijs clericis diuino officio ibi operam dantibus: tertia, ad pauperes alendos: quarta, ad fabricam ecclesiæ. c. quatuor. c. vulterranæ. c. de reditibus. 12. q. 2. quæ omnia æqua sunt, cum æquum sit altari seruientes alendos esse. Matth. 10. Marci 6. Luc. 9. c. extirpandæ. c. cum secundum. de præb. 1. Cor. 9. maximè cum clerici olim omnibus suis bonis renunciarent, vel ea ecclesiæ cõsecrabant. c. cleros. 21. dist. d. c. cum secundum. vt & pium est ecclesias reparari. c. vnio 10. q. 1. c. 1. 10. q. 3. c. 4. de eccl. ædif. & pauperes ali secundùm prouidentiam prælatorum. c. aurum. c. gloria Episcopi. 12. q. 2. c. cum ex eo. de elect. in 6. & probat sanctus Ambr. lib. 2. offic. c. 28. ob quod bona ecclesiarum dicuntur etiam esse patrimonium Christi. d. c. cum ex eo. c. quod autem nobis. 23 q. 7. c. conuenior. 23. q. 8. c. sicut hi. 47. dist.

Dicitur tamen Dionisium Papam, vel Papam Syluestrũ, vt alij dicunt, vt patet c. 4. suorum decretorum; distribuisse has portiones, & ideò clericos posse disponere de his quæ ex beneficijs possident, cum aliæ portiones alijs sint applicatæ, de qua re latè egi tract. de Iustitia, sub cap. de Primitijs, licet peccent si superfluè distribuant, modo vt ibi dixi.

Nec inconuenit, ꝙ bona immobilia ecclesijs consecrentur, nam & Deus id permisit, & vetuit ea redimi. Leuit. 27. c. nulli. 12. q. 2.

Ex prædictis bonis ecclesiæ tributis, constituta sunt beneficia ecclesiastica, quæ pluribus nominibus vocantur; quandoque enim id dicitur beneficium. c. cum in cunctis. de elect. c. 1. de reg. iur. in 6. Secundò, sanctuariū Dei. c. consuluit. de iure patr. Tertiò, ecclesia d. c. & c. fi. ne præl. vices suas. Quartò, sacerdotium, à sacris tractandis. c. pen. ne præl. vices suas. & sic dicebatur etiam apud ethnicos: vt dicit Liuius lib. 9. & sic vocatur in l. vitricus. cum seq. ff. de donat. inter vir. 7 Beneficia ecclesiastica quibus nominib⁹ appellentur.

Est verò beneficium ecclesiasticum, distincta, & cōiuncta spirituali muneri, iurium ecclesiasticorum portio, certis ecclesijs, vel altaribus assignata, clericis legitimè conferenda ad eorum vitam. Dicitur certa portio, quia aliquid temporale coniunctum cum spirituali requiritur ad constitutionem beneficij. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. c. ex parte. de præben. Dicitur coniuncta spirituali muneri, quia nullum est beneficium, quod iure nō habeat aliquod onus annexum, celebrandi, concionandi, horas recitandi, & huiusmodi. c. significatum. de præb. & patet, extra de offic. Archid. de offi. Archipresb. &c. cum non detur beneficium nisi propter officium. cap. fi. de rescript. in 6. c. pastoralis. §. fi. de appellat. sic vt saltem teneantur beneficiati ad tonsuram, & ad habitum clericalem deferēdum, & ad recitandas horas canonicas, vbi consuetudo alioqui eos excusat à residentia. c. fi. 92. dist. c. 1. de celeb. Miss. clem. 1. eo. tit. de qua re latè dixi tract. de Iustit. sub cap. de horis canonicis. & tract. de clericis in communi. vel beneficium, est ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, clerico propter diuinum officium competens, rationibus supra assignatis. Temporalia etiam onera beneficijs sunt imposita, scilicet ad iura Episcopalia persoluenda. cap. de monachis. de præb. c. conquerente. de offic. ord. & quandoque pensionibus grauantur. c. quamuis. de præb. in 6. vt & in eius noua collatione in curia facta soluantur annatæ. c. suscepti. ne sede vac in extrau. comm. & quandoque decima Papalis. clem vlt. de decim. quæ decimæ ex Papæ priuilegio possunt etiam Principibus dari & pertinere, alias non. cap. clericis. de immu. eccles. in 6. clem. vnica. eod. tit. & etiam cum onere alendi patronum pauperem. c. nobis. de iure patr. & alendi pauperes, & ministros, & ecclesiam reparandi, modo, vt alibi. c. vobis. cum seq. 12. q. 2. c. 1. c. de his. de eccl. ædif. c. fi. eo. tit. de qua re alibi, vt supra dixi. Dicitur, & in perpetuum, quia beneficia debent perpetuo durare ad vitam obtinentis. c. 1. de cler. ægrot. c. tua nobis. c. quamuis c. qualiter. c. petisti. 7. q. 1. immunia tamen sunt ab oneribus Principum secularium. l. neminem. C. de sacrosan. eccl. l. nullus. C. de cursu publico. lib. 12. nisi ob refectionem murorum ciuitatis ob necessitatem, laicorum bonis ad id non supplentibus, modo id fiat authoritate & licentia Papæ, vel in periculo moræ, Episcopi Cyn. & Bal. in l. ad instructionem. C. de sacrosan. eccl. vel nisi onera annexa essent bonis quæ transierunt in ecclesiam, nō tamen quò ad superindicta. Guid. Pap. decis. 79. 381. 382. 383. & 384. de qua re latius agitur tract. de Clericis. 8 Beneficij ecclesiastici cum quid sit, cū explicatione diffinitionis, & quæ sint eius onera.

Vt verò beneficia possint alicui conferri, requiritur, vt persona sit idonea, moribus, scientia, ætate, ordine, & quòd legitimè, seruato canonum ordine, conferantur. c. 1. de reg. iur. in 6. cap. cum in cunctis. de elect. de quibus omnibus infra latè habetur. 9 Beneficia cui possint conferri, vel non.

Diuiduntur verò beneficia, in propria, & impropria: propria dicuntur quæ habent portionem distinctam, & in perpetuum conferuntur, & per Episcopum, & habent munera spiritualia adiuncta, & quòd prouisus sit per- 10 Beneficia, vt diuidantur.

persona ecclesiastica, & huiusmodi. Anch. in c. 1. de iureiur. in 6. Abb. cons. 47. Decius in rubr. de rescript. Impropria quæ his carent, vt hospitalia. clem. per literas. de præb. nisi beneficia sint vnita, vel religiosis deputata. Corras. p. 1. cap. 2. de benefic.

Secundò, diuiduntur beneficia, in maiora, & minora. cap. maioribus. de præben. maiora dicuntur ratione maioris dignitatis, vel prouentuum; vt, primò, summus Pontificatus. c. 1. de maled. secundò, sedes Patriarchales. c. vrbes. 80. dist. tertiò. Cardinalatus. c. 2. de cler. non resid. cap. si quis. 6. q. 1. quartò, vt supra, sedes Patriarchales. c. inter. de priuil. c. sancta. de priuil. in extrauag. com. quintò, Primatia, quæ præest Archiepiscopis. cap. 1. cap. nulli 99. dist. sextò, Archiepiscopatus. d. c. nulli. c. 1. 101. d. st. septimò, Episcopatus. c. 1. cum seq. 9. q. 3. c. cler. ros. 21. dist. octauò, Abbatia. c. 2. de iudic. & alia huiusmodi, cætera sunt minora.

Tertiò, alia habent curam animarum, alia non. c. cum singula, de præb. in 6. de qua re dixi tract. de Episcopo, cap. de Visit. nu. .. & dicuntur simplicia quæ carent populo, nec sunt canonici. Staph. de litt. grat. fol. 71. nu. 2. S[i]lua. de benef. 1. p. q. 1. n. 27. & Capellaniæ, cum quis habet onus celebrandi in aliquo altari: vt ibi dicit. & dicuntur quandoque seruitoria cum habent adiuuare curatum in cantando, &c. Staph. eo. cit. Silua. d. 1. p. q. 3. nu. 16. & manoculum, vbi solus prælatus id confert. Decis. Rotæ 13. de præben. in nouis.

Quartò alia sunt secularia, alia regularia, secularia quæ clericis secularibus conferuntur, regularia, quæ regularem tantum certam prof. ssis. c. cum de benef. c. c. cum singula. de præb. in 6. clem. 1. eod. quæ talia dicuntur per fundationem qua statuitur per quos sint regenda. Io. de Silua. de benef. 1. p. q. 4. n. 13. vel si p quadraginta annos pacificè sint possessa à personis alterius qualitatis, quam fundatio statuat. d. cap. cum de beneficio. Rota decis. 32. in Nou. Staph. tamen de litt. grat. for. 8. nu. 1. & for. 10. nu. 2. dicit, sat esse decennium ad probandum seculare, quod seculare non potest hodie conferri regulari. c. 10. sess. 14. in Trid. Conc.

Quintò, aliqua sunt commendata, cum regulare beneficiũ à Papa commendatur personæ seculari, sine præiudicio naturæ benefici. c. qui plures. 21. q. 1. c. nemo. de elect. in 6. de quo tract. de Commendis, habetur.

Sextò, alia sunt collegiata, alia simplicia: collegiata de quibus in tract. de Præposito. & d. c. de Visit. nu. 4. & ex his quædam sunt regularia, quædam secular. a. c. nobis. de iure patr. c. edoceri. c. capitulum. de rescrip. Simplicia, quæ non habent signa collegiatæ, & vbi clerici vnum corpus non faciunt vel Capitulum; alia electiua cum confirmatione, alia sine, & sic impropriè, alia collatiua tm̃, sic vt collatio habeat & vim electionis.

Septimò quòd aliud beneficium est iuris patronatus, aliud non, de quo habetur tract. propriò.

Octauò, quòd alia dicuntur habere dignitatem, dignitas potest dici q̃libet prærogatiua in ecclesia. glo. in c. quia nonnulli. de rescript. vt sedis. c. 1. de consuet. in 6. vbi Archidiaconus; propriè tamen quando adest facultas ministrandi in ecclesia cum aliqua iurisdictione. gl. & Archid. in d. c. 1. Alia dicuntur habere administrationem, vt eleemosynarij, vestiarij, &c. glo. in d. c. vel vbi beneficiatus habet subire curam bonorum ecclesiæ; sine ea, vbi quis recipit distributiones tantum ratione laboris. Gemin. in cap. præsenti. Alia dicuntur habere officium, vt est administratio bonorum ecclesiæ

clesiæ sine præeminentia, vt officium sacristæ.c.1.de offic.sacr. Alia ijs carent, alia habent curam animarum, & simul iurisdictionem exteriorem, vt Episcopatus, Abbatiæ aliquæ, & Prioratus. Alia habent iurisdictionẽ sine cura, vt aliquæ Abbatiæ, Archidiaconatus saltem quò ad præeminentiam in choro; alia habent curam, sed non iurisdictionem, vt curata. Alia simplicia, vt Clericatus, Capellaniæ, &c.

Nonò, quòd alia sunt nominata, alia non: prima, quæ habent nomen speciale præter nomen commune beneficij, vt Pontificatus, &c. Præpositura, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus, beneficia cum cura, vicariæ perpetuæ.c.1.& fi.de offic.vic. Parochiæ, Rectoriæ.c.fi.de præben. Plebaniæ.c.fi.ne cler.vel mon. Præbendæ, si habent portiones præbendales diuisas, secus si distributiones tantum.c.ex parte. de concess.præben. Alia simplicia beneficia.

Differentia verò est inter prędicta, quia licet omnia dicãtur beneficia. c.1. de reg.iur.in 6. In impetrationibus tamen, appellatione beneficij non venit dignitas, nisi exprimatur. clem.1. de causa poss.clem.1.de seq.fruct. nec curam habentia, nisi ex nominatione id dignoscatur. c.fin.de præben. dè quo tract. de Impetr.benef. latè agitur, & alijs etiam quandoq; nominibus vocahtur, de quibus Zerola in praxi ep. verbo, beneficia.nu.1.

Quia verò beneficia, vt supra, canonicè debent conferri, & per electionem primò id fit, ideò de eâ primo loco videndum, tum de alijs modis acquirendi, & conseruandi beneficia, & etiam de modis ea amittendi; prius tamen de collatoribus videndo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia conferre qui possint, vel non.*

De collatoribus Beneficiorum. Cap. II.



VT beneficia legitimè obtineantur, conferri debent ab ijs qui id iure possunt.

Inter collatores verò beneficiorum, Papa supremã habet authoritatem, vnde omnia beneficia per totum orbem conferre potest. c.cuncta per mundum. 9.q.3. Archid.in c.fi. 16.q.7.etiam in mensibus quos ipse concessit ordinarijs. Menoch.conf.83 nu.9.vol.1. & præueniendo eorum collationem, illis præiudicat, & eorum manus ligat. Menoch.ibi nu.12.& 13 text.in c.dudum. §.nos igitur.de præb.in 6. glo.in c.1.de offic leg.eod.lib. & etiam si præsumi possit, quod Papa id iam contulerit. ex reg.Canc.de verisimili notitia; & eo magis si beneficia ad eum sint deuoluta, vel ei reseruata tacitè, vel expressè, modo vt dicetur infra cap.de Collatione. Qui & solus potest concedere beneficia ad tempus. d.c.veniens. & etiam sub conditione. c pastoralis. 7.q.1. & etiam tribuere ius in vacaturis. glo.in c.fi.9.q.2. text.in c.2.de præb.in 6. & etiam derogare iuri patronatus. Paris.de resig.benef.lib.2.q.4.num.34. & permutare beneficiatos. Imol.in c.proposuit.de concess.præb.

1 Beneficia conferre qui possint, vel non.

Con-

Concilium etiam generale legitimè congregatum probabiliter benefi-cia conferre potest.arg.c.cum in cunctis.in princ.de elect.

Collegium tamen Cardinalium sede vacante, beneficia conferre non potest.clem.ne Romani.§.1.de elect. qui tamen conferre possunt beneficia existentia in eorum titulis.Paris.de resid.benef.lib.7.q.11.

Legati etiam de latere Papæ conferre possunt quæcunq; beneficia suæ Prouinciæ vacantia. cap.1.de offic leg.in 6. etiam si spectent ad patronum clericum.c.dilectus.de offic.legat. vel ad exemptorum collationem.c.1. de verb.sign. in 6.& etiam si sint deuoluta ad Papam,modo illi non sint reser uata.c.pen.de præb.c.si Abbatem.de elect.in 6.qui & vacatura potest suæ collationi reseruare.c.cap.præsenti.de offic.leg.in 6.licet in eis ius præsens dare non possit.c.dilectus.1. de præben. quæ omnia exercere potest etiam extra Prouinciam existens.Archid.in c.1.d. offic.leg.in 6. Alij verò Legati missi, vel nati,beneficia, sine speciali mandato conferre non possunt.c.literas. de suppl. negl.præl.c.1 de offi.leg.in 6. nisi sint Nuntij cum potestate Legati de latere,sic enim beneficia conferre possunt. Dec.cons.128. Paris.cons.17.lib 4.

Ordinarij etiam, qui iure suo conferunt, & non delegato, etiam si ex priuilegio id faciant cap.à iudicibus.2.q.6. vt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi,beneficia in eorum diœcesi existentia conferunt, sic tamen vt Canonicatus, & dignitates cum consilio Capituli conferant. c.nouit. c.quanto. de his quæ fiunt à præl. vbi bona Episcopi, & Capituli distincta sunt,vt communiter est; alias requireretur etiam consensus Capituli; Minora verò beneficia etiam sine consilio Capituli conferunt.cap. ea noscitur. de his quæ fiunt à præl. in maioribus tamen consilium Capituli est adhibendum.c.quanto eod.tit. valet tamen consuetudo vt Episcopus in eorum collatione consilium Capituli non requirat. Imol.in clem. quia contingit. col.3. de relig. dom.

Hodie verò Episcopus residens confert beneficia vacantia in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, Decembris. Non residens verò in mensibus Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, ex Bulla 164. Pij V. & sexta Gregorij XIII.& decimaoctaua Sixti V. idq; ex Papæ concessione, cum iure communi collatio omnium beneficiorum ad Papam in vniuerso spectet.Paris.de resig.benef.lib.1.q.10.& dummodo beneficia Papæ non sint reseruata, vel ad eum deuoluta, qui Episcopus etiam eligit etiam in mensibus ad Papam spectantibus personas quibus in concursu Parochiales sunt conferendæ,nisi sint iuris patronatus.c.expedit. sess.24. in Trid. Conc.

Beneficia etiam conferre potest inferior Episcopo, qui in hoc dicitur Ordinarius, licet sit inferior Episcopo, quando iure suo confert. c.ordinarij. vbi glo.de offic.ord.in 6. siue Capitulum sit, siue alius, si sit in quasi possessione ea conferendi, licet apud eum non sit proprietas, & licet postea possessionem amittat.c.consultationibus.c.cum propter. c.quærelam. de iure patr. cap.ex literis.eod.ita vt prouisus ab eo præfertur prouiso à vero collatore: vt dicit Abb.in d.c.consultationibus. in fi. quæ quasi possessio acquiritur vnico actu conferendi. c.cum de beneficio. de præb in 6. glo.in c.cum ecclesia de causa poss. dummodo habuerit effectum collatio. Innoc.in c.2.de in integ restit. & conferens fuerit in bona fide credens se id ius habere.c.si virgo.34. q.1.Abb.in d.c.consultationibus.cum scientia,

& pa-

& patientia eorum quorum interest. Innoc. in d. cap. 2. Dec. cons. 126. in fin. & in hoc attenditur vltima immediata collatio Oldr. cons. 302. & idem potest Capitulum si in hoc habeat priuilegium, vel quasi possessionem cum bona fide, quæ præsumitur fundata in priuilegio.

Quòd si Episcopus sit Cardinalis, Papa ei concedere solet vt conferat in diœcesi eius beneficia spectantia ad Papam in eius ét mensibus, nó verò ad interiorem collatorem, cui non præiudicat, nisi Papa aliqua sibi reseruet.

Sequitur etiam qui partium cõsensu, vel iudicis mandato administrat prælaturam, quæ ius habet conferendi, conferre potest. glo. in clem. 1. de seq. poss. dummodo clericus sit, & periculum sit in mora, quia labatur tempus datum collatori.

Capitulum tamen sede vacante, non potest beneficia conferre. c. illa. ne sede vac. sed reseruantur futuro successori, nisi coniunctim collatio pertineat ad Episcopum & Capitulum simul. c. vnico. ne sede vacan. nec quod tamen electos poterit confirmare. c. cum olim. de maior. & obed. & instituere præsentatos a patronis. c. 1. de Instit. in 6. & dare œconomum ecclesiæ vacanti. c. cum vos. de offic. Abb. in c. cum nobis de elect. & commendare eccl siam donec fuerit prouisum de pastore. c. fi. vbi Abb. nu. 14. de appel. cap. si. de statu mo ac. seruata tamen forma c. expedit. sess. 24. in Trid. Conc.

Vicarius etiam Episcopi sine speciali mandato conferre non potest beneficia. c. fi. de offic. vic. in 6. qui tamen potest confirmare electos, & instituere præsentatos a patronis. cap. ex frequentibus. vbi glo. de Instit. & d. c. fi. & etiam potest conferre beneficia ex causa permutationis, si ab Episcopo potestatem habeat recipiendi resignationes. Gem. in d. c. fi. licet tutius sit abstinere ex Rota decis. 43. in antiquis, & not. Franch. & alii in cap. vnico. & clem. vni. ca. de rerum permut. Capitulum tamen sine speciali mandato potest recipere resignationes sede vacante, sed non expedire actum, quem postea Episcopus expediet. vt not. in d clem.

Executor demum datus ad conferendum, authoritate mandantis conferre potest non propria. c. 1 & 2. c. si cap. tulo. de conc. p. de præb. in 6.

Oportet verò, vt Ordinarii beneficia conferre possint, quòd non sint excommunicati, suspensi, vel interdicti ab eo actu, si denunciati sint, vel notorii excommunicati ob iniectionem manuum violentarum in clericum, vt dicetur infra, sub cap. de Electione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quibus conferri possint, vel non, &c.*

De his quibus beneficia conferri possunt, vel non. Cap. III.



AD hoc vt quis legitimè beneficia obtineat, oportet vt iure non sit prohibitus, ac constet qualitatibus in iure requisitis; Vnde primò obtinere beneficia non possunt aliqua innodati censura, videlicet excommunicatione maiori. cap. constitutus. de appell. nec minori, si id scienter fiat, alias electio est cassanda. cap. si celebrat. extra de cler. excom. nec suspensus beneficium consequi potest, nec interdictus, quive interdictum non, & quæ 1 Beneficia quibus cõferri possint, vel nó, & quæ

qualitates in quolibet beneficio requirantur.

non seruauit. cap. 1. de postul. c. cum dilectus. de consuet. nec hæreticus, vel schismaticus, nec illegitimus, nisi sit legitimatus, vel à Papa dispensatus, & Episcopus cum eo in simplici potest dispensare, quæ dispensatio non comprehendit Episcopatus, nisi exprimatur, nec qui passus est repulsam in alia ecclesia ob defectum suum, sic enim, eo durante, in alia eligi non potest, nec qui sunt electi inter se dissidentes, & eorum electio sit infirmata, nisi omnes in vnum consentiant, nec ambitiosus, nec qui scandalũ dare potest, nec accusatus criminaliter, nec per abusum potestatis secularis electus, nisi Papa dispenset, nec qui administrat ante cõfirmationem, nec alij, de quibus infra. quæ intelliguntur quando sunt notoria per denunciationem, vel alias, vt supra est dictũ de electoribus, & modo quo infra dicetur; secundò, nec eligi possunt, qui ob aliquẽ defectum ordinari non valent, de quo latè in Sacramento Ordinis egi, cum beneficium ob officium detur. cap. si. de rescrip. in 6. & ideò qui officium exercere non possunt, non debent etiam beneficium consequi. Tertiò, nec qui ob vitium personæ semel fuit reprobatus, quia nec in illo beneficio, nec in alio, eo durante, potest eligi. cap. super eo. extrà eod. secus si electio fuit cassata ob defectum processus, quia sic potest eligi etiam in eadem ecclesia. d. cap. super eo. & cap. innotuit. eod. tit. nec qui spontè sibi virilia absciderunt c. his qui. 55. dist. cap. significauit. de corp. vit. vt & nec corpore vitiati, si deformitas scandalum gignat, vel impediat ordinis exercitium arbitrio Episcopi. c. 2. & fi. de corp. vit. nec epilepticus, vel morbo caduco laborans. c. in literis. 7. q. 2. Quartò non potest eligi in Episcopum, qui est alligatus alteri ecclesiæ, sed debet postulari à Papa. c. si. de postul. prælat. Quintò, in prælatum religiosorum eligi non potest, nisi expresse professus, alias electio non valet. cap. nullus. eodem. in 6. nec aliquis qui sit alterius religionis, vel habitus. clem. cum ratio n. de elect. nec aliquis religiosus potest eligi, si transit de ordine mendicantium ad non mendicantes. Sextò, nec malus, idest qui est in peccato mortali, vt dicit D. Tho. quodlib. 4. art. 1. quod intelligitur in notorio, ori si est notorium, tunc enim impeditur promoueri, & dicitur promotus, nisi secum fuerit dispensatum c. fin. de temp. ord. cum ibi not.

Sic collatio facta furioso est nulla. Bonif. in clem. vnica nu. 58. de homic. vt & si fiat omnino illiterato, qui scilicet alphabetum ignorat, & prima grammatices rudimenta. Abb. & alij in c. fi. de ætate, & qual. nec in hoc dispensatur. Innoc. in cap. dilectus. de temp. ord. sic collatio facta illegitimo etiam per Papam id ignorantem, est nulla. Rebuff. de pacif. possess. nu. 276. nec cum illegitimo Episcopus dispensat, nisi quò ad beneficium simplex. c. 1. de fil. presb. in 6. Tutius tamen est, vt & hoc casu accedat Papæ dispensatio ob Bullam Sixti V. de clericis malè promotis; vt nec Episcopus dispensare potest in beneficio paterno cum illegitimo. c. dilectus. de fil. presb. vt nec bigamo etiam tonsurato. c. vnico. de big. in 6. nisi à Papa sit dispensatu. Mariol de irreg. lib. 1. c. 35. nu. 14. vt nec facta neophito, qui recenter fidem professus est, secus si moribus, & doctrina Christiana iam instructus sit. Rom. sing. 416. Filio tamen Iudæi si Christianus est, potest conferri. c. eam te. de rescript. quod intelligitur de simplici, cum ad sacros ordines promoueri non possit, ex Bulla Pauli IIII. & idem de descendentibus ex Mauris. Parisd. lib. 4. q. 4. nec accusato criminaliter lite pendente. cap. omnipotens. de accusat. l. reus. ff. de mun. & hon.

Sic beneficium regulare seculari conferri non potest, nec ècontra, aliàs

non

non valet collatio, etiam si fiat motu proprio sine dispesatione. Caput. decis. 85. 1. par. quid verò de monachis diuersorum monasteriorum an possint permutare, videndus Bellam. de permut. 2. p. q. 5. nu. 6.

Sic fœminæ beneficium conferri non potest, nisi Abbatissatus. Paris. d. libro 4. q. 6. Nec beneficia possunt conferri exteris à regno, vbi id habet consuetudo, nec patrimonialia ijs qui non sunt de ciuitate sine dispensatione, nec curata ignorāti idioma loci, nec illegitimo in ecclesia in qua pater obtinet, vel obtinuit, etiam si sit dissimile. c. 15. sess. 25. de refor. in Trid. Conc. nec extraneo, vt is resignet filio. Paris. d. libro 4. q. 7. Infirmis tamen potest conferri beneficium, nisi sit curatum, & infirmitas diu sit duratura, si non potest inseruire, seni tamen potest conferri, & habenti dignitatem, & proprio Episcopo dari, & consanguineis, non tamen si fiat animo occidendi aliquem, quod sequatur, puta infra mensem, sic enim collatio est nulla. Paris. d. libro 4. q. 8.

Minori etiam quatuordecim annis beneficium, etiam simplex conferri non potest. Conc. Trid. c. 7. sess. 23. si verò est curatum, vel dignitas prima in Cathedrali, requiritur vt attigerit vigintiquinque annos, & idem de dignitate cum cura. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. c 12. sess. 24. in Trid. Conc alias collatio est nulla. Puteus decis. 331. in fi. lib. 1. ordo verò Sacerdotij non requiritur. Doct. in c. licet. de elect. in 6. etiam si statutum disponat, quòd beneficium non conferatur nisi actualiter Sacerdoti. decis. 1. de præben. in nouis. licet, vt supra, alij contrarium senserint, modo attigerit vigesimumquintum annum, quòd si est Canonicatus requirens ordinē subdiaconatus, vel diaconatus, conferri potest ei qui eam ætatem habeat, vt intra annum ordinem requisitum accipere possit. d. c. 12. sess. 24. & minor vigintiquinque annis potest acceptare beneficium etiam sine curatore, etiam cum pensionis reseruatione. Paris. d. lib. 4. q. 9. conferri etiam potest beneficium conuentui, vel Capitulo, nisi sit curatum, nisi ex Papę dispensatione, & pro tali soluitur quindennium, cum amplius non vacet. Paris. dicto loco. sess. 24. cap. 13. in Trid. Conc. & sess. 25. c. 16.

Et breuiter agendo, beneficium debet conferri idoneo ad beneficium, de quo agitur, quę idoneitas requiritur tempore collationis, nec sat est quòd postea superueniat. Paris. lib. 4. q. 1. de resig. benef. & possunt electores eligere vnum ex seipsis, & etiam pater filium. Abb. in c. cum iure. de elect. non potest tamen elector eligere seipsum, sed bene consentire electioni de se factæ, & talis consensus auget vocem. Borgnin. decis. 40. nu. 1.

Inhabiles verò sunt ad beneficia, vt supra, laici. Card. Paleot. decis. 112. aliàs 163. aliàs collatio est nulla, etiam si post supplicationem signatam, & expeditionem literarum fuisset ordinatus, etiam si clericus reputaretur, quia in habitu incederet non ordinatus, & clericatus probari debet per literas. c. si iudex. de sent. excom. in 6. & oportet ostendere literas singulorū ordinum, aliter præsumitur quis per saltum promotus. Butr. in c. 1. de cler. per. & quòd legitimè sint suscepti. Felin. in c. super his. de accus. qui tamen ordines probantur etiam per testes, vnum quoq; tantum. Felin. in c. licet. de testibus. Bocr. q. 171. resignans tamen tali non amittit ius suum, vt nec clericus coniugatus sine dispensatione beneficium habere potest. c. cum decorem. c. fanè. de cler. coniug. in ecclesia occidentali; nec laicus conuersus, vel religiosus etiam beneficium habere potest.

Fallit id tamen si Papa laico beneficium concedat: secundò, fallit, si ea

die qua collatio est facta collatus ordo sit, qui præsumitur præcessisse: tertiò fallit, si hospitale detur in administrationem laico. clem. quia. de relig. dom. modo non narretur quòd sit clericus: quartò fallit, si beneficium est concessum laico in sustentationem, & non in titulum concurrente vtilitate ecclesiæ, & seruitijs: quintò, si in supplicatione adsit clausula, quamprimum clericali caractere fuerit insignitus, interim verò resignans potest percipere fructus, nec tunc ordinatus ab alieno Episcopo sine licentia proprij potest consequi beneficium, talis tamen consensus sat est, quòd concurrat etiam post actum in foro exteriori, & vbi adest talis clausula, quamprimum, &c. si interim moritur resignans, resignatarius consequitur beneficium, si tamen quis ordinatur scienter ab hæretico nõ potest consequi beneficium, nec qui per saltum, nec ante ætatem legitimam, nec à non suo Episcopo, nisi sit familiaris eius per triennium, vel degat in titulo Cardinalis, qui minores ordines subditis conferre potest. Paris.d.lib.4.q.2.

Secundò, si collatio fiat criminoso, depositione digno, de quo infra, qui ob id inhabilis est ad beneficia, collatio est nulla, vt si fiat homicidæ, periuro, hæretico, apostatæ, schismatico, simoniaco, mimæ, histrioni, sortilego, sacrilego, falsario literarum Apostolicarũ, vsurario publico, notorio concubinario, ei qui commisit crimen læsæ Maiestatis, apostatæ, irregulari, bannito, notoriè infami, excõmunicato, nisi in gratia apponatur clausula absolutionis, modo per annum non insorduerit in excommunicatione; sic enim dicta clausula non prodest, nec suspenso ab officio, & beneficio, etiam si Papa id sciat, modo non dispenset, nec lusori ad ludos prohibitos, quia si id est publicum, collatio est nulla, si occultum, irritanda. Paris.d.lib.4.q.3. Corras.de benef.p.2.c.6. si verò crimen non reddit quem beneficio indignũ, collatio tenet, & si narratur aliquem esse criminosum, supplicatio non signatur, si verò id nõ narratur, si quidem quis sit inhabilis, vt in casibus supradictis, non tenet, si verò per sententiam potest priuari, tenet ex rigore iuris, sed potest irritari per sententiam, seu talis quique priuari, vt in adulterio, &c. Paris.ibi circa princ. qui & si promouendus sit in Epm, etiam debet esse bonus, & sine peccato mortali. c.hanc et. 49.dist.c.qui Ep̃s.27.dist.

Pari ratione eligi non debet carens legitima ætate, quæ ætas oportet vt adsit tempore collationis, aliàs collatio non valet. cap. si eo tempore. de rescript. in 6. quæ in Abbate religionis, requiritur, vt sit vigintiquinq; annorum. c.cum in cunctis. §.inferiora. de elect. in Epo triginta perfectorum. d.c.in princ. & eadem requiritur in Cardinalibus. ex Conc.Trid.sess.24.de refor. c. 1. remota dispensatione: in prioratu conuentuali requiritur ætas vigintiquinque annorum. clem.ne in agro.§.cæterum. de statu reg. si verò non est conuentualis, & habet curam, eadem requiritur incœpta, scilicet vigintiquinque annorum. d.c.cum in cunctis.§.inferiora. si curam non habet, sufficiunt anni viginti, modo non requirat ordinem sacrum, sic enim ætas ordinis requisiti requiritur, si verò est prioratus sine cura, & collegio, tam secularis, quàm regularis, nec requirat ordinem sacrum, satis sunt anni quatuordecim. c.indecorum. extra de ætate, & qual. pro beneficio simplici requiruntur pariter anni quatuordecim. cap.nullus. sess.23.in Trid.Conc.de reform. pro parochiali, vt attigerit ætatem vigintiquinque annorum. d.c.cum in cunctis.§.inferiora. Abbatissa debet esse quadraginta annorum, & idem de Priorissa, & huiusmodi, & quæ laudabiliter per quinque annos post professionem vixerit, & si talis non requiritur in eo monasterio,

sterio, ex alio eiusdem ordinis eligatur c. 7. sess. 25. in Trid. Conc. de regul. Pro dignitate cum cura, anni vigintiquinq; cœpti. c. cum dignitates. sess. 24. in Trid. Conc. sine cura vigintiduo. d. cap. pro Canonicatu, si ei est annexus ordo sacerdotalis, oportet vt attigerit vigintiquinq; annos, si diaconalis, vigintitres, si subdiaconalis vigintiduo, iuxta c. 12. sess. 23. in Trid. Conc. & d. cap. cum dignitates. vel saltem in Canonicatibus sit in ea ætate, vt intra annum ordinem requisitum suscipere possit. d. c. cum dignitates. iuxta clem. vt ij, de ætat. & qual. Pœnitentiarius quadraginta.

Requiritur etiam ad hoc vt quis eligi possit, vt habeat ordinem requisitum, qui est pro beneficio simplici, prima tonsura, vel quatuor minores. c. 6. sess. 23. in Trid. Conc. Pro Parochiali, Sacerdotij, vel vt infra annum ad illum promoueatur, aliàs ea ipso iure est priuatus. cap. licet canon. de elect. in 6. Pro Episcopatu, vt sit saltem subdiaconus. c. à multis. de ætat. & qual. c. 2. sess. 22. de reform. in Trid. Conc. Pro Canonicatu, vt ordinem requisitũ habeat, vel in ea sit ætate, vt intra annum ad sacerdotium, vel alios ordines requisitos promoueri possit, iuxta clem. vt ij, de ætat. & qual. & d. c. 12. sess. 24. in Trid. Conc. quòd si sit præbenda sacerdotalis, requiritur, vt actu sit sacerdos. cap. ei cui. de præb. in 6. maximè si testator dixerit, quòd detur sacerdoti: vt dicit Abb. in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. vel saltem sit in ætate sacerdotali, & intra annum promoueatur, iuxta c. licet canon. de elect. in 6. vt recentiores sentiunt, saltem de licentia Episcopi, & patroni, vt dicetur tract. de Iure patr. & tales etiam per aliũ deseruire possunt; non est tamen necessarium, quòd Decani in collegijs, Aabates, & Priores in conuentibus actu sint sacerdotes. arg. c. statutum. de elect. in 6. Clericus verò coniugatus iure habere non potest beneficium ecclesiasticum. c. sanè. de cler. coniug. sed nec administrationem ecclesiasticam, vt ait Silu Beneficiũ. 3. q. 2. 3. & 4. & si quis etiam tempore collationis clericus non sit, est incapax beneficij. c. ex literis. de transact.

Scientia etiam debita requiritur, vt quis eligi, & beneficium consequi possit. cap. 1. 36. dist. c. 2. 35. dist. Malac. 2. Hier. ep. 83. ad Oceanum. Greg. in past. 2. par. c. 4. ita vt sciat ea quæ sunt necessaria officio suo, arbitrio boni viri, iuxta qualitatẽ beneficij. Vnde Papam deceret habere maiorem scientiam reliquis, cum sit Præpositus curæ totius Christianitatis; Episcopi verò deberent habere notitiam veteris, & noui Testamenti, & hodie ex Concil. Trid. sess. 22. c. 1. de refor. requiritur, vt promouendus in Episcopum, in vniuersitate studiorum debeat esse magister effectus, vel Doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, vel publico alicuius Academiæ testimonio, idoneus ad alios docendos iudicetur. Archidiaconi etiam debent esse magistri in Theologia, Doctores, aut licentiati in iure Canonico. d. c. 12. sess. 24. in Trid. Conc. si scilicet habent iurisdictionem contentiosam, vel curam animarum, vt congregatio Concilij respondit; Consilium est etiam, vt maior pars Canonicatuum conferatur Theologis, vel Doctoribus in iure Canonico. d. c. 12. idem de examinatoribus ad parochiales, si haberi possunt. sess. 24. c. 18. & idem de habente præbendam Theologalem, & pœnitentialem in Cathedrali. c. 1. sess. 5. & c. 8. sess. 24. in Tr. Conc. & pariter Vicarius Capituli sede vacante. c. 16. ead. sess. Parochiales verò obtinentes debent habere tantam scientiam, vt suo muneri saltem satisfaciãt, concionando, confessiones audiendo, & sacramenta administrando. c. 2. sess. 5. in Trid. Conc. c. 18. sess. 24. de refor. ita vt si non habent scientiam eminentem,

tem, qua sine reuolutione librorum possint quamcunque difficultatem explicare, mediocrem saltem, vel sufficientem habeant, qua norint casus communiores, & studio adhibito maiores etiam difficultates explicare valeat, arbitrio boni viri, iuxta loci vbi degunt qualitatem. Abb. in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. Simplicia obtinentes sciant legere, & scribere, & linguam latinam intelligere, iuxta cap. 4. & 11. sess. 23. de Sacram. Ordin. in Trid. Conc. norint horas Canonicas recitare. c. fi. 92. dist. alij Sacerdotes beneficiati scire debent Canones Pœnitentiales, & ea quæ pertinent ad sacramentorum administrationem, & apti esse ad docendum populũ ea quæ omnibus scire necessarium est, iuxta cap. 14. sess. 23. in Trid. Conc. qui verò obtinent beneficia requirentia subdiaconatum, vel diaconatum, scire optimè debent ea quæ ad ordines illos pertinent, iuxta c. 13. ead. sess.

Abbates eam ferè scientiam habere debent quam Parochi, religiosi alij minorem; & dignior debet præponi digno in curatis: in simplicibus sat est quòd sit dignus, vt & confirmatori sat est dignum confirmare, licet alij digniores fuissent.

Debet etiam beneficium vnum vni conferri, quòd si non sat est ad honestam sustentationem, aliud, simplex tamen, ei adiungi potest, non verò requirens residentiam si vtrumque eam exigit, nisi Papa dispenset, alias ecclesia priuatur debitis ministris, si plura vni conferantur, & fit iniuria alijs dignis, & datur locus ambitioni, & auaritiæ; & ex alijs quæ habentur in cap. execrabilis. de præb. in extrauag. aliàs vacat primum. cap. de multa. de præben. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17. vt nec plures sedes Episcopales, licet exigui reditus vni dari debent, nisi Concilium Prouinciale id expedire censuerit, & causam quò ad examinatum remittat Papæ, qui dispenset. eadem sess. cap. 13. nec si vtrumque est curatum, modo vt infra; simplex enim cum curato, vel plura simplicia retineri possunt si vnum sat non est ad congruam sustentationem. d. cap. 13. Tolet. in summa libro 5. cap. 81. requiritur tamen sententia iudicis ad auferendam eius possessionem, & licet quis ipso facto priuetur ob crimen beneficio, non tenetur tamen id resignare ante iudicis sententiam in foro conscientiæ, nisi iure id declaretur talem collationem esse nullam, vt in simonia, non habente legitimam ætatem, vel aliàs illegitimè beneficium consequente, & si cui reualidatur titulus beneficij malè acquisiti, potest retinere fructus perceptos, cum debeantur successori, & ipse sit successor; vt & si malè quis possedit beneficium, potest excusari a fructibus consumptis in vitæ sustentationem si pauper est; vt & non recitans officium, tenetur ad fructuum restitutionem, si tamen pauper sit, potest confessor illos ei vt pauperi relinquere, qui & si fecit alia ad quæ beneficium tenetur, poterit fortè sibi retinere quantum illa merentur, vnde Parocho prædicta præstanti, qui officium dimisit, sat erit restituere quintam partem, Canonico quartam, ait Eman. in eius aphorismis. verbo, Beneficium; & excommunicatus, vel suspensus dum curat absolui, vti potest fructibus beneficij sibi necessariis; & qui accipit curatum animo lucrandi fructus primi anni, nec suscipiendi ordines sacros, tenetur ad fructuum restitutionem, nisi animum mutet, nō autem si non sit curatum, vel si sit collegiata non tenetur intra annum suscipere sacerdotium, de quibus etiam dixi tract. de Beneficiatis.

SVM-


SVMMARIVM.

1 *Electio quid sit, cum eius expositione.*
2 *Electio ad quos iure communi spectet.*
3 *Eligere quis possit.*
4 *Beneficia quæ Papæ reseruentur. nu.4. & cap.seq.nu.6.*
5 *Electio curatarum ecclesiarum ad Episcopum spectat, nisi sint patronatæ.*
6 *Eligere qui prohibeantur, vel non.*
7 *Eligi quis possit, vel non, & quæ qualitates requirantur in singulis beneficijs.*
8 *Eligi quis inter cæteros debeat prius.*
9 *Electio minus digni vbi est facta, magis dignus potest appellare, quomodo, & quando.*
10 *Electio qua forma sit fienda, & quot modis in cathedralibus, & collegiatis.*
11 *Eligere an Laici possint.*
12 *Electus legitimè quis dicatur.*
13 *Electio intra quod tempus fienda. & sub qua pœna.*
1 *Electio quando præsentanda electo.*
15 *Electio quæ sit inualida.*
16 *Electus an, & quando teneatur in conscientia consentire electioni.*
17 *Electionis effectus quis sit.*
18 *Electus tenetur petere confirmationem, & quid vlterius, & sub qua pœna.*
19 *Electus quis teneatur ad fidei professionem, & vt iurare debet de residendo, & non alienando bona ecclesiæ.*
2 *Electus à quo debeat confirmari.*
21 *Confirmatio intra quod tempus fienda, & quomodo.*
22 *Confirmationis effectus quis sit.*
23 *Electus quis. quo tempore, & quando debet facere se consecrari, sub pœna, vt ibi.*
24 *De Electione Papæ, viuo primo, non est loquendum.*
25 *Electio Papæ ad quos spectat, & id an laicis vnquam licuerit, & vt in hoc actum sit, & modo agendum.*
26 *Eligi in Papam quis possit & debeat.*
27 *Papæ electio qua forma sit fienda, & quæ in ea vitanda.*

28 *Electionis Papæ effectus quis sit.*
29 *Papa electus consecratur, & quomodo.*
30 *Papa electus mutat sibi nomen, & quare.*
31 *Imperatoris electio per quos fiat, & quomodo.*

De modis adipiscendi legitimè beneficia, & primò de Electione. Cap. IIII.

1 Electio qd sit, ei' ius expositione.



OTANDVM primò, quòd electio, est vocatio solemnis personæ idoneæ ad dignitatem ecclesiæ vacantis. c. cum in cunctis. c. quia propter. de elect. dummodo legitima sit, & forma seruetur; & differt à collatione, & præsentatione, nam electio fit per collegiũ ad dignitatem, collatio verò per Papam, vel alium superiorem: præterea collatio dat plenum ius, nec eget confirmatione superioris: electio verò eius eget confirmatione, quia dat ius tantum ad rem: præsentatio verò pertinet ad patronum qui ecclesiam dotauit, vel ædificauit, vel dedit solum eius: nec dat plenum ius præsentato, sed adhuc requiritur superioris institutio, vel inuestitura. c. authoritate de instit. Et vt beneficium dicatur electiuum, oportet, quòd sit caput Collegii; non autem aliud beneficium in ecclesia collegiata existens. glo. in c. quia propter. de elect. Egid. decis. 59. & talis præsumitur omnis ecclesia Cathedralis, vel regularis. Host. in c. nobis. de Iure patr. & ideò impetrans beneficium electiuum, debet in specie id exprimere, nec sat est dicere quòd spectet ad aliquem, alias impetratio est nulla. clem. 1. de præb. etiam si sit Canonicatus in quo Capitulum eligat, & Episcopus confirmet; secus si Capitulum eligat, & conferat. Ripa, & Felin. in cap. in nostra. de rescript.

2 Electio ad quos iure communi spectet.

Secundò, notandum quòd electio iure communi ex concessione pertinet ad collegium quod potest sibi eligere prælatum, nisi ius nouum, vel consuetudo contrarium decernat. cap. congregatio. 10. q. vlt. c. Abbatem. 18. q. 2. c. 1. extra de elect. quod intelligitur quando ibi collegium existit, & ecclesia est collegiata, quod dignoscitur quando ibi est Capitulum, & cõgregatio, quando adest sigillum commune, mensa communis, & alia de quibus latè dixi in libro de Republ. Eccl. sub cap. de Præposito Ecclesiæ Collegiatæ, iure enim communi, vt supra; electio spectat ad collegium. cap. 1. cap. ne pro defectu. cap. quia propter. de elect. quòd si Ecclesia non sit collegiata, licet ibi plures sint ministri, tunc Episcopus, vel alius superior prouidebit iure proprio, vel patrono præsentante si tale ius habeat. c. pastoralis. de Iure patron. & eo casu quo collegium eligit, procedit, etiam si ibi sint tantum duo, vel tres. cap. cum Adrianus. 63. distinct. cap. 1. de elect. & si alii deficiant, vel sint inhabiles ad eligendum, tale ius in vno solo, qui Collegii sit, & habilis, remanet. argum. cap. illa. de elect. glo. in clem. quod circa. de elect. qui tamen non posset seipsum eligere. cap. per vestras. de Iure patron.

3 Eligere qs alius possit.

Tertiò, eligere potest qui id habet ex priuilegio, vel consuetudine. cap. cumana. de elect. & qui est in quasi possessione eligendi potest eligere, licet

postea

postea possessionem amittat. cap. consultationibus. cap. cum propter. cap. querelam. de Iure patr.

Tertiò, potest eligere is in quem est compromissum, vt infra dicetur; quod verò est dictum, inhabiles ex Collegio non posse eligere, intelligitur quando sunt priuati, vel aliàs exclusi à iure, antequam enim priuentur, habent ius eligendi, vt ait glo. in c. 2. de postul. prælat. & ibi Abbas. Conuersi tamen non habent ius in electione sui prælati. cap. cum ex eo. de elect. in 6. vbi glo. nisi id ex consuetudine habeatur, cum non sint de Capitulo, etiam dum ibi temporalia aguntur: vt dicit Innoc. in c. 2. de Instit. Pari ratione non professi tacitè, vel expressè ad electionem regularium non admittuntur. d. c. cum ex eo. nec illi de Capitulo, qui non sunt subdiaconi, cum ibi vocem non habeant. clem vt ij de ætate, & qual. & habetur in cap. cum dignitates sess. 24. in Trid. Conc. & Episcopus confert alia omnia beneficia in diœcesi existentia præter prælaturas collegiatarum, & primam dignitatem post Pontificalem, cum consensu Capituli. cap. omnes basilicæ. 16. q. 7.

Hodie verò Episcopus residens confert beneficia vacantia in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris; Non residens verò in quatuor tantũ mensibus Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, in alijs Papa cõfert, ex Bulla centesima sexagesimaquarta Pij V. sexta Gregorij XIII. & decimaoctaua Sixti V. quod habent Episcopi ex Papæ concessione, cum collatio omnium beneficiorum in toto orbe, iure communi ad Papam spectet. cap. 2. de præben. in 6. & probat Paris. de resig. benef. lib. 1. q. 10. ad finem.

Quòd si inferiores Papa ius eligendi prælatum habentes, in Cathedrali collegiata, vel regulari, infra tres menses à die vacationis cum non eligunt, ius eligendi ad proximum superiorem deuoluitur. c. ne pro defectu. de elect. In alijs verò Ecclesijs datur spatium sex mensium, infra quos si non fiat electio, legitimo impedimento cessante, ius eligendi similiter deuoluitur ad proximum superiorem. cap. de multa. de præben. cap. nulla Ecclesia. de concess. præb.

Hodie verò, ex regulis Cancellariæ Apostolicæ, Papa reseruat sibi electionem, & prouisionem Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum, dignitates omnes maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & Metropolitanis Ecclesijs, Prioratus, & Præposituras; & alias dignitates Conuentuales, & Præceptorias generales ordinum, sed non militarium; & suorum familiarium, & Cardinalium; beneficia curialium, collectorum, subcollectorum, cubicularium, & cursorum, & aliorum beneficiorum ibidem expressorum, & consistorialia omnia, scilicet quæ sunt notata in libris Camaræ inter consistorialia. 4 Beneficia quę Papæ reseruentur.

Ex Concilio verò Tridentino Parochiales Ecclesiæ debent conferri per concursum, & electio personæ semper spectat ad Episcopum, vt ex dignis eligat digniorem ex approbatis ab examinatoribus in Sinodo diœcesana constitutis, & si Ecclesia sit iuris patronatus, eo casu præsentatio fit per patronum sine concursu, & si is idoneus in examine reperitur ab Episcopo in illa Ecclesia instituitur, in alijs verò beneficijs electus ab Episcopo, quandoque à Papa instituitur, quandoque collatio fit ab his ad quos de iure spectat. cap. expedit. sess. 24. in Trid. Conc. & est decisum per Congregationem Cardinalium, qui Præpositi sunt Decretis Concilij interpretandis, electione tamẽ personæ facta semper per Episcopum, nisi Parochialis 5 Parochi ab Episcopo eliguntur, nisi ecclesia sit patronata.

fit iuris patronatus: vt latè dixi in tract. de Parocho, collatio verò ab his ad quos aliàs de iure spectat, fienda est, vt & Bullarum expeditio iuxta mensem vacationis, vt supra, vel si inferiores id obtineant ex priuilegio, vel præscriptione.

His ita notatis. Videndum est, qui eligere possint, vel non; Quis eligi possit, & debeat, vel non, qua forma, & quis sit eius effectus.

6 Eligere q possint, vel non. In quo, primum sit dictum. Tametsi ad aliquos, de quibus supra, de iure pertineat electio, attamen ex aliquibus causis ab electione repelluntur. Et primò, excommunicati excommunicatione maiori. c. constitutus. de postul. prælat. nec etiam minori. cap. fi. de cler. excom. min. nec etiam suspensi ab officio eligere possunt. cap. cum dilectus. de consuet. nec interdicti. c. cum inter. de elect. vel qui scienter in loco interdicto celebrarunt, impedimento cessante. cap. is qui. de senten. excom. in 6. quæ intelliguntur quando publicè noscuntur vt tales ob denunciationem, vel euidentiam facti ob manuum iniectionem in Clericum, si enim occulto fiut tales, non excluduntur ab actibus legitimis, nec à diuinis quò ad alios, ex extrauag. ad euitanda. lata in Concilio Basiliensi, prout eam ita interpretatur Nauarrus in Man. cap 27. nu. 35. & Couar. in c. alma, parte priori. §. 2. de sent. excom. in 6. & idem de regularibus. d. cap. is qui. quibus vetitum est eligere sine licentia superioris. cap. fi. de elect. Secundò, qui aliquem scienter elegerunt, vel postularunt, nam ea vice, secuto effectu, priuati sunt potestate eligendi. cap. cum in cunctis. cap. innotuit. c. scriptum. de elect. c. perpetuo. de elect. in 6. Tertiò, pupilli. cap. ex eo. de elect. in 6. conuersi, vel non professi in religione, & non subdiaconi in Cathedrali. clem. vt ii, de ætate, & qual. Quartò, qui per laicalem abusum elegerunt. cap. quisquis. de elect. Quintò, qui peccarunt in forma eligendi, cum sint priuati iure eligendi. cap. quia propter. de elect.

Quòd si in Capitulo sint aliqui excommunicati, vel suspensi denunciati, si sine scandalo eijci possunt, debent, aliàs electio corruit. cap. fi. de procur. Nau. de elect. cons. vlt. si verò sine scandalo eijci non possunt, vel dubitatur an aliqui interesse debeant electioni, vel non, admitti possunt cum protestatione, si & in quantum appareat potuisse eos interesse, & sic de excommunicato, vt ita appareat eos scienter non esse admissos: vt ait Abbas in d. c. cumana. de elect. quando verò dubitatur an aliquis sit inhabilis, vel excommunicatus, valet electio, licet vnus solus sit habilis, vt inquit Innoc. in cap. illa. de elect.

7 Eligi qui possint, vel non. Secundum dictum. Aliqui sunt qui iure eligi non possunt, de quibus supra, cap. 3. est dictum.

Vbi verò carentes debita ætate, vel ordine, modo, vt supra, aut censuris innodati, vel criminibus grauibus, vel alijs impedimentis, de quibus supra, aliqui electi sunt, excepto eo qui in peccato occulto existit, electio est ipso iure nulla, vt & nulla est si adsit defectus ætatis etiam occultus. c. si eo. de elect. in 6. in occulto verò crimine, vt & in minori excommunicatione innodato, est rescindenda. cap. fi. de cler. excom. & in primo casu electores priuati sunt illa vice electione, & per triennium suspensi sunt ipso facto à beneficijs ecclesiasticis. d. c. cum in cunctis. §. fin. cap. graue nimis. de præb. vt & beneficia regularibus, vt supra, & èconuerso sunt conferenda. c. cum de beneficio. de præb. in 6. nec aliter conferendo censetur dispensatum, nisi in signatura id exprimatur, vt in regula Cancellariæ Pauli III.

tur.

tit. de com. Regularia etiam non debent concedi alterius ordinis monachis sine Papæ dispensatione, vel authoritate. c. cum singula. de præb. in 6. & generaliter eligi non potest, qui, vt supra, ordinari non valet, quive ob crimen deponi potest; qui verò ordinari non possint, habetur tract. de Ordine, & de Irregularitate, & qui deponi valeant, tradunt Doct. in cap. at si, clerici. de iudic. idque remota dispensatione, & generaliter Episcopus dispensat in criminibus inferioribus adulterio, in alijs Papa. Doct. in d. cap. Episcopus dispensat cum illegitimo in beneficio simplici, in alijs Papa. c. 1. de filijs presb. in 6. cætera videnda locis prædictis, vbi tamen quis iam est electus, non ita exactè inspicitur, vt supra.

Eligi autem debet doctior, & sanctior cæteris, cuius comparatione, alij grex respectu pastoris dici possint. c. licet ergo. 8. q. 1. & inter bonos, optimus, iuxta scientiam eligentis. cap. Metropolitano. 63. dist. & sequitur D. Tho quodlib. 8. idq; in ordine ad Ecclesiam regendam, vt dixi tr. de Accep. Pers. nec excusatur quis q nesciat quis melior sit, cum id inquirere teneatur: vt ait Abb in c. bonæ. 2. de postul. præl. aliàs non seruat conscientiam suam, nisi habeat eius notitiam ex ijs saltem cum quibus eligendus versatus est c. scriptum. eod. tit. alias eligens minus dignum, peccat mortaliter. c. 1 sess. 24. de refor in Trid. Conc. cum id opponatur iustitiæ, & ibi fit acceptio personarum, vt ait D Tho 2. 2. q. 59. art. 4. & quòd melior sit eligēdus, est communis opinio, teste Lamb. de Iure patr. lib. 2. 1. p. princ. q. 10. art. 3. & idem in patrono si beneficium sit curatum. ex d. c. 1. Conc. Trid. alias sat est eligere dignum in beneficio patronato, vel quod quis ex bonis suis fundat, & debet dari ijs qui sunt ex familiam: vt in cap. monasterium. 10. q. 7. sic enim sat est, vt detur digno, etiam omisso digniori, nisi sint incapaces; in foro tamen contentioso sat est quòd electus sit bonus. c. cum olim. c. cum dilecti. c. cum inter Canonicos. vbi glo. de elect. In paritate verò præfertur: inops diuiti, nisi ecclesia egeat, & cum diuitijs concurrat nobilitas, & potentia: & ecclesia indigeat diuitijs potentia; sic præfertur in paritate senex iuueni, literatus minus docto, doctor plebeius nobili tm, qui est de gremio, ecclesiæ, extero, nobilis plebeio in Canonicatibus, semper bonus, nunc tantum conuerso, legitimus legitimato, Theologus Canonistæ, vbi vigent hæreses, vbi causæ econtra, vtraq; pollens scientia vnam tantum possidenti, vt ait Lamb. loco cit. si tamen suffragium alicuius non est pro futurum digniori, & inde indignus eligendus venit, debet eligi dignus, omisso digniori, ne indignus eligatur; & dignior dicitur nō qui simpliciter est melior secundùm charitatē, sed melior quò ad regimen Ecclesiæ qui, s. possit melius Ecclesiā instruere, defendere, & pacificè gubernare. D. Th. 2. 2. q. 185. art. 3.

8 Eligi quis inter ceteros prius debeat.

Eligi etiam potest ad aliam dignitatem æstimatus dignus ad vnam, cap. gesta. 74. dist. nisi illa sit maior, quia toleratus in officio minori non debet tolerari in maiori. cap. nos consuetudinem. 12. dist. Abbas etiam exemptus potest eligi in Episcopum, vel Abbatem eiusdem regulæ, & habitus, transire tamen non potest sine licentia Papæ, vel Legati de latere, si sit in Prouincia c. si Abbatem. de elect. in 6. Religiosus etiam, licet non emiserit expressam professionem, & nouitius, potest eligi in Episcopum cap. nullus. eod. in 6. non tamen ad prælaturam suæ, vel alterius religionis, nisi expressè professus. d. c. nec aliquis religiosus potest eligi in Abbatem vel prælatum alterius religionis, vel habitus, alias, quod contra est actum, ipso iure irritum est. clem. 1. de elect. & si sit religiosus ordinis prædicatorum, mino-

rum, vel Eremitarum, vel quorumlibet mendicantium, ex qualibet vocatione, postulationeve ad prælaturam extra suum ordinem in discordia facta, ius aliquod ei non acquiritur, nec ipse etiam consentire potest. c. quorundam. de elect. in 6. clem. 1. de elect. vel discordia fit de iure, vel de facto. clem. quod circa. de elect. Nec alijs religiosis acquiritur ius ex electione, nec consentire possunt, si electi sint à minori parte. d. c. quorundam. & si religiosus consentit electioni de se factæ extra suum monasterium ad prælaturam, vel Ecclesiam, sine licentia petita, & obtenta, consensus nil valet, & electio est irrita; huiusmodi tamen licentiam dare possunt prælati, conuentibus irrequisitis. cap. si religiosus. de elect. in 6. non valeret tamen licentia si concederetur pro futura electione in euentum quod fieret. clem. cum concessa. de elect. Nec religiosus potest præfici loco carenti clero, & populo Christiano. clem. in plerisque. de elect. & idem si est translatus ab vno ordine ad alium, etiam si Canonicus regularis sit, ad beneficia secularia, etiã curata, incapax est. c. 11. sess. 14. de reform. in Trid. Conc. & beneficia regularia in titulum dari consueta, religiosis tantum illius ordinis conferri debent. cap. 10. ead. sess. dicit etiam Nau. cons. 9. de præb. quòd Canonicus regularis potest obtinere beneficium curatum seculare sine dispẽsatione, vel solius Episcopi, vsus tamen videtur esse receptus, vt requiratur Papæ dispensatio.

9 Electio minus digni vbi est facta, magis dignus potest appellare, q̃uo, & quando

In parochialibus verò si omittatur dignior, & minus dignus eligatur, dignior appellare poterit, ex Bulla Pij V. 38. incip. In conferendis. 1566. Cal. Aprilis, ad Metropolitanum, qui, si idem est, ad sedem Apostolicam, vel ad Episcopum viciniorem, cum digniori, vt supra, omisso digno, beneficium sit conferendum, ex d. c. 1. Conc. Trid. sess. 24. D. Tho. 2. 2. q. 63. art. 3. Soto lib. 3. de iust. & iure. q. 6. art. 1. concl. 9. licet, vt supra, sustineatur collatio in foro fori, etiam omisso digniori, modo dignus is sit. Lamo. de Iure patr. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 3. donec rescindatur, vt nec est peccatum fortè, si causa pietatis exercendæ, dignior digno postponitur, vel si dignitas parum excedit, & causa subsit præferendi minus dignum, iuxta Nau. miscell. 38. de orat. quod tamen tutum non videtur, cum ex iustitia dignior sit præferendus, de qua re latè dixi tract. de Accept. Pers.

10 Electio qua forma sit fienda.

Tertium dictum. In electione facienda, certa forma est seruanda; primò enim ij, ad quos pertinet electio, si sint præsentes, sunt vocandi à primo Capituli, promotione, qui scilicet primò est creatus Canonicus, nisi aliud habeat consuetudo. Cucch. tract. de elect. nu. 163. si sunt præsentes cap. coram. c. quia propter. de elect. & etiam si sint in ciuitate, vel suburbijs, arg. l. si. de offic. procon. Et si quis eorum, in ciuitate, vel suburbijs infirmus est, eius votum est exquirendum à scrutatoribus, ac si esset præsens. d. l. 1. & 5. eod. tit. Et si quis eorum, vel etiam absens iusto impedimento detinetur, potest procuratorem ad electionem nomine suo faciendam constituere, qui tamẽ procurator debet esse de Capitulo, aliàs nolente collegio, extraneus non admitteretur, & debet is etiam iurare de legitima absentia principalis, aliàs Capitulum illum admittere non potest: vt ait Abb. in d. cap. quia propter. §. illud eod. tit. & Capitulum etiam potest negare illud impedimentum, & iubere vt probetur, vt ibi dicit, nec potest is vnum eligere suo nomine, alium procuratorio nomine. c. si quis. de elect. in 6. aliàs id non valeret, nisi mandans dedisset speciale mandatum de aliquo nominando, quia eo casu poterit vnum proprio, alium procuratorio nomine nominare. d. c. si quis.

si quis. vbi notandum, quòd licet possit committi procuratori expresso alicuius personæ, tamen si ipse dominus per suas literas expressè aliquem nominaret, non valet, vt dicit glo. in d.c. si quis. Quòd si quis iusto impedimento non detinetur, non potest constituere procuratorem ad electionem faciendam, licet in alijs actibus possit, vel si seruetur forma. d.c. quia propter. de elect. vel non, cum in ea eligatur industria personæ, & ideò alteri officium illud committi non possit. arg. c. is cui. de offic. deleg. in 6. & notat Abb. & alij in d.c. quia. alij tamen de Capitulo si volunt admittere procuratorem eius qui non est impeditus, possunt, vt dicit Abb. in d.c. Silu. Electio. 1. nu. 4. Secundò, ad electionem vocandi sunt omnes absentes, qui sunt in Prouincia. c. coram. de elect. quod intelligitur dummodo Prouincia non sit ita ampla, vt commodè vocari non possent, & si sit parua, qui extra eam sunt propè, vocandi sunt, & si consuetudo habet, vt citentur absentes, vbicunque sint, tenet, vel contra, quòd absentes non citentur. c. cum in ecclesijs. de præb. Cucch. d. tract. nu. 56. nec vagabundi citantur, nisi ad domum, vel valuas Ecclesiæ, nec exules. Cucch. ibi, aliàs electio facta, non vocatis his qui vocandi sunt, etiam si vnus tãtum omittatur, irrita est. c. in Genesi. c. bonæ memoriæ. de elect. non tamen ipso iure, sed rescindenda, vnde eam ratam habere is potest. cap. si cui. de elect. nisi periculum esset in mora, vt quia tempus ad eligendum datum posset elabi, tunc enim qui commodè venire non possunt, non sunt vocandi. c. ne pro defectu. de elect. in 6. & quando absentes veniunt citandi, fieri debet per nuntium, vel literas, vt dicit glo. in d. cap. coram. & cap. cum dilectus. de elect. & si citati, intra competentem terminum non veniant, non sunt vlterius expectandi. cap. cum inter. c. cum nobis. eod. tit. & si superueniant, electione nondum celebrata, admittendi sunt in omnibus quæ remanent. cap. ecclesia vestra. eod. tit. & possunt etiam renunciare iuri suo, quando renunciatio non præiudicat bono communi, vt quia ex eorum renunciatione eligeretur indignus, quia sic peccarent, & forte mortaliter, aliàs quis potest dicere in electione se nolle votum præstare: vt dicit Silu. Electio. 1. §. 5. ver. 5. & si ad locum, vbi fieri debet electio, non sit tutus accessus, debet fieri in alio. Archid. in c. quanto. 63. dist. & vocari debent etiam qui sciunt ecclesiam vacare, nisi præsentes in collegio fuerint cum dies electioni fiendæ est statuta. Spec. tit. de elect. §. 1. tit. de via scrutinij. in princ. nu. 1. sic enim non sunt citandi, vt ibi dicit, quòd si quis tempore citationis non aderat in loco, & tempore electionis est reuersus, non est citandus, secus si tempore electionis fiendæ abesset, licet tempore citationis adfuisset. Spec. ibi nu. 4. modo non fuerit præsens Capitulo, vt supra, vbi de termino electionis est actũ, vel citatio ei intimata non fuerit, vel si vagabundus erat ignorareturve vbi esset, aut ad domum, vel ad valuas Ecclesiæ suæ, vel Cathedralis citatus non esset. Et prædicta intelliguntur modo ij qui sunt de vniuersitate, vel collegio idonei sint ad suffragium ferendum in electione, idonei enim non sunt impuberes ad ferendum suffragium in Cathedrali Regulari, vel collegiata Ecclesia vacante, nec minores decem & octo annis. c. ex eo. de elect. in 6. nec qui non sit in subdiaconatu. clem. vt ij qui. de æt. & qual. cap. cum dignitates. sess. 24. in Trid. Conc. nec expectari debet si velit promoueri, nec nouitius dicens se velle profiteri, nec absens dicens se velle venire. gl. & Bonifac. in d. clem. si tamen perperam quis ante ætatem sit ad subdiaconatum promotus, nisi id sit notorium, quia tunc est suspensus, & irregularis si ministrat, interesse

potest

potest electioni. Abb. in c. pro illorum. de præb. col. 2. nec furiosus, absque animi iudicio. c. sicut tenet. de regul. si tamen quis tempore vacationis nō erat idoneus, vt ob defectum ætatis, vel ordinis, & postea fiat, interuenire electioni potest. glo. Butr. Bonifac. in d. clem. vt ij. Dec. cons. 214. col. 1.

Quòd si tempore vacationis nullus reperitur in sacris cōstitutus in collegio, non deuoluitur potestas eligendi ad proximum superiorem, donec effluxerunt tres menses a iure statuti ad eligendum in regularibus, & Cathedralibus Ecclesijs, iuxta cap. ne pro defectu. de elect. quo elapso, si nulli tales reperiantur, qui proinde ius suffragij non habent, proximus superior eliget. ita glo. in d. clem. vt ij. verbo, constitutus. & sequitur Cucchus d. tract. de elect. nu. 85. & si omnes singulares collegij mortui sint, tum priuilegia eius maneant apud Ecclesiam, quæ collegij vires sustinet. Abbas in c. gratum col. 4. de postul. prælat. & alij mortuorum loco subrogari possint. Innoc. in c. postulasti. de postul. præl. erit trimestre expectandum, & eo magis si vnus sit tantum in quo potest collegium existere. glo. in c. 2. de postul. prælat. in 6. cap. statutum. de elect. si quis etiam electus, seu receptus sit in collegium Canonicorum, nondum tamen possessionem eius adeptus, vel in sedem immissus, ijs casibus ante acceptam possessionem, & sedem administrare potest; & electioni interesse valet, non aliter. Cucch. d. tract. num. 86. cum Canonicus dicatur recipi, non eligi.

Oportet prætereà, vt qui habet interesse electioni sit de corpore collegij cui quæritur pastor, idest soli Canonici, non alij beneficiati in Cathedrali. Abb. in c. cum ecclesia sutrina. 5. notab. & ibi Ripa nu. 5. extra de causa possess. idem Abb. in c. dilecti. de maior. Canonici tamen simpliciter recepti à collegio Canonicorum supra numerum, vel mandato Papæ cū plenitudine iuris Canonicalis ad electionem cum numerarijs admittuntur; secus si recepti sint, vt sint supernumerarij, vel mandato Papæ sine plenitudine iuris Canonicalis. glo. in c. cùm M. Ferrariensis. verbo, vltra numerum. de elect. vbi Bald. Abb. & Felin. de constitut. possunt tamen qui de collegio sunt, si nec vnus eorum discrepet, etiam extraneos clericos ad eligendum secum admittere, aliàs non. d. cap. cum ecclesia sutrina. de postul. præl. Abb. in cap. Vintonien. col. 2. de elect. potest etiam Capitulum eligere alios prælatos Ecclesiæ in qua Capitulum adest, & cuius illi prælati sunt. Abb. in cap. cum dilectus. 3. notab. de consuet. Ripa in d. c. cum ecclesia nu. 5. & si quis est Archidiaconus habens vocem in Capitulo, & Canonicus habet duas voces in electionibus. Abb. & Felin. in c. cum olim. de consuet. maximè si id habet consuetudo, & qui non est iustè impeditus, non potest committere alij vices suas, excepta electione Papæ. Phil. in c. constitutus. vlt. col. 2. de appel. & tunc potest is cui cōmittitur diuidere voces, dando vnam vni, vnam alij. Dec. in cap. quamuis. de offic. deleg.

Præscriptione tñ ab his, qui nō sunt de collegio, vel ecclesia illa in qua prælatus est eligendus, acquiri potest id ius. d. c. cum ecclesia sutrina. vbi Doct. & requiritur etiam q̃ eligentes sint in possessione eligendi cum bona fide, vel saltem constet de eorum proprietate: vt ait Cucch. ibi nu. 90. cum seq. & in Regularibus Ecclesijs oportet, q̃ eligens, eam regulam tacitè vel expressè professus sit, vt eligere possit. c. ex eo. vbi gl. de elect. in 6. vt supra.

11 Eligere an laici possint.

Laici verò ab electione excluduntur etiā si patroni sint ecclesiæ, de qua agitur, & etiam si post electionem adeundi sint, vt præstent consensum, nec valet pactum, aut consuetudo in contrarium. cap. Messana. c. sacrosancta.

vbi

vbi glo. & Doct. de elect. nisi ex priuilegio Papæ id habeant. cap. cum inter. c. licet. de translat. præl. nec etiam abuti possunt laici potestate, vt eorum arbitrio electio fiat, aliàs electio cui laicus Princeps fuerit, irrita est ipso iure, & electores potestate eligendi ea vice priuantur, & ab officijs, & beneficijs triennio suspenduntur, & electus admittes huiusmodi electionem, eius commodo priuatur, nec potest eligi postea ad Episcopatus, vel maiores ecclesias sine dispensatione, secus de curatis. cap. quisquis. vbi Doct. de elect. & si Princeps impulit ad eligendam certam personam est ipso iure irrita, si verò de certo genere, non est irrita, sed irritari potest. Abb. in cap. licet. de vitanda. nu. 12. de elect. & si Princeps spoliat, vel persequitur eligentes quia noluerint sibi ab eo propositum eligere, incurrit excommunicationem. c. sciant cuncti. vbi glo. & Doct. de elect. in 6. Non improbatur tamen mos, vt mors prælati significetur Principi, cum ei intersit ne prælatus suspectus in eius regno constituatur. Innoc. & Abb. in c. quod sicut. de elect. in c. quod terra. in c. quod super his. eo. Silu. Electio. 1. q. vlt. quo casu alius etiam eligendus esset si is Principi esset suspectus re vera, dicit Abb. Innoc. & Fel. in c. super his. de accusat. potest tamen Princeps, vel laicus interesse electioni, vt eam protegat, eique opem ferat. glo. in c. quia propter. de elect. cap. Messana. vbi Abb. Ioan. And. & Bal. eod. vt & laicus fundans ecclesiam collegiatam potest de consensu Episcopi sibi reseruare, vt prælatum in ea præsentare possit. Archid. in cap. laici. 63. dist. sic tamen, vt Princeps sine licentia Papæ clericum non eijciat, vel non admittat. Bal. in cap. 1. §. si clericus. de pace tenen. Nec etiam laici conuersi possunt cum clericis interesse electioni. cap. ex eo. de elect. in 6. nisi quò ad eligendum Rectorem societatis per laicos tantum administratæ. glo. in d. c. verbo, clericis. quòd si legatum fiat à testatore cum onere Missæ celebrādæ in aliquo altari, & quòd hæredes eligant Sacerdotem, id facere possunt; & satis est quòd eligant Sacerdotem vnum ex approbatis ab Ordinario. ex decis. 322. sac. congreg. qui sit idoneus, vt ait Guid. Pap. q. 187. nu. 1. quorum tamen institutio spectat iure ad Episcopos, vel Prælatos. cap. præterea. de Iure patr. c. ex frequentibus. de Instit. & contrafacientes excommunicantur, dictis iuribus, & tales Capellaniæ veniunt appellatione beneficij ecclesiastici. gl. in clem. 2. de decimis. Excommunicatus etiam, vt supra, eligere non potest. cap. si celebret. de cler. excom. & si sit excommunicatus minori, tutius erit petere confirmationem à Papa. c. illa quotidiana. de elect. & si excommunicatus à collegio eiei non potest ob eius potentiam, Capitulum habebit protestari se non intendere communicare potestatem eligendi excommunicato, sic enim electio sustinetur, etiam si protestatio clam, & tacitè fiat. Innoc. in cap. illa. de elect. vel ea vice, admisso collegio, alia vice eo excluso eligere poterunt. Abb. & Host. in d. c. illa. nec vitiatur electio si sit præsens ei excommunicatus, nisi sit publicè denunciatus, & si quis occultè est excommunicatus, vox e us alijs accrescit. Abb. in c. in causis. col. fi. de elect. quòd si omnes præter vnum sint excommunicati, si sciens alios non admisit, vel protestatus sit, vt supra, solus eliget. Innoc. in c. illa. de elect. Abb. in c. 2. de postul. prælat. & si is vnum eligit, excommunicati alium, electus ab eo sic se agente, vt supra, præfertur, sed si omnes eum elegerint, eo ignorante ipsos esse excommunicatos, tenebit electio. Innoc. loco cit. nec suspensi ab officio eligunt. cap. cum inter. cap. cum Vinton. de elect. nec est necesse, quòd à principio discutiatur, qui nam interesse possint electioni, vel nō, si enim post con-

stet

stet aliquos ex nō citatis non posse, ex supradictis defectibus interesse electioni, electio valebit Innoc. & Ab. in cap. 2. de postul. prælat.

Citatio verò eorum qui debent interesse electioni debet fieri publicis documentis, quibus significetur prælatum esse mortuum, & deueniendum esse ad electionem, & ob id conueniant die certa ad tractandum, & cum eis concludendum de electione. Spec. tit. de citat. § 1. num. 2. & addi solet, quòd electio celebrabitur eo amplius non monito, quod operatur, vt si fiat prorogatio citationis, opus non sit talem amplius citare. Ioan. And. in cap. cum nobis. de elect. hora etiam est apponenda, & si non apponatur intelligitur consueta. Ioan. And. loco cit. & harum literarum citationis debet fieri publicum documentum quibus pateat eas citato esse redditas, ne id negare possit, & reddi debent apertæ. Spec. loco cit. vers. de præsentatione autem. vbi Apost. Ioan. Andr.

His actis, sindicus, & notarius antequam fiat electio constitui debent, cuius sindici officium erit petere, vt absentes declarentur contumaces, & instrumenta, quæ docere opus erit, conficiantur, & notarius habebit scribere acta omnia, cui cum testibus iuramentum erit deferendum, quòd fideliter munus exequentur, & secreta celabunt, scribendo, citando, referendo, &c. vt dicit Cucchus d. tract. de Elect. nu. 43. 44. & 45.

Quibus peractis, post triduum sepulturæ corporis prælati, electio fieri debet in ecclesia vacanti, in Capitulo, vel alio loco honesto, iuxta loci consuetudinem. c. in causis. de elect. dummodo locus non sit e andestinus. c. 2. dist. 79. vnde electiones Episcoporum in ecclesia fieri solent. cap. sicut. de elect. ex causa tamen etiam extra ciuitatem fieri possunt etiam in loco interdicto. cap. in nomine. dist. 23. Abb. in cap. 1. de postul. præl. nisi sit electio Papæ, quæ in loco interdicto fieri non potest. c. vbi. de elect. in 6.

Sic ergo congregati legitimi electores, vel eorum procuratores, vt supra, post Missam celebratam, & Eucharistiam sumptam etiam vbi agitur de electione Episcoporum, vel Abbatum, & prius Capitulo absoluente omnes qui sint excommunicati, interdicti, vel suspensi, ne electio vitietur, quod Capitulum potest cum succedat in iurisdictione prælati. Cucchus in d. tract. num. 186. cum seq. Spiritum Sanctum inuocare debent, vt dignum pastorem ecclesiæ viduatæ prouideat. cap. cum ter. c. quia propter. §. nisi. extra de elect. dato signo campanæ, vel alio solito. cap in causa. eodem tit. tempore statuto, quod est. vt supra, post sepulturam prædecessoris, vt supra. cap. bonę 2. col. nisi necessitas aliud poscat. Cucch. de elect. nu. 21. intra tres menses in Cathedralibus, & regularibus ecclesijs, vel sex pro eligẽdo prælato aliarum ecclesiarum, vel alio prælato inferioris dignitatis in Cathedrali, vel regulari. cap ne pro defectu. de elect. quod incipit currere à die mortis scientibus d. c. c. 2. de concess. præb. vbi Abb. nisi sint legitimè impediti, vel iustam causam ignorantiæ habuerint. d. cap. ne pro defectu. c. quia diuersitatem. de concess. præb. & quibus vetitum est ne absque superioris licentia eligant, tempus currit ex quo in mora fuerint petendi licentiam. cap. fi. de elect. aliter si id tempus, electione non facta, elabitur, ad proximum Antistitem superiorem, ius eligendi prælatum deuoluitur. d. c. ne pro defectu. c. 2. eod. tit. in 6. debent procedere ad electionem, non de nocte, nisi necessitas id poscat, & cum tribus luminaribus. cap. quia propter. §. fin. de elect. Abb. in c. 1. de cland. despons. intra tempus de quo supra, quod coarctari potest citatis prius omnibus, & termino citationis elapso, sic q; qui præsentes

præſentes ſunt, alijs exiſtentibus contumacibus, etiam ſi pauciores illis ſint, poſſunt eligere, & ſi nulli ſint citati, & duæ partes collegij adſint, poſſunt tempus à iure præfixum coarctare, in fine verò legitimi tẽporis præſentes, etiam abſentibus pauciores, imò & ſi vnus ſit, poteſt eligere. Cucchus d.tract. nu. 126. cum ſeq. quòd ſi iam aliqui congregati diſcedant, remanentes, ſi tamen ſint duæ partes collegij, ijs nõ vocatis amplius, poſſunt eligere, non verò ſi ſint minor pars, niſi propè ſit finis termini iuris. Cucchus ibi. & idem ſi maior remanſit etiam ſi non ſint duæ partes; qui tamen nimis feſtinè properare non debent ſine cauſa electionem, viuente adhuc prælato, citando, &c. aliter electio eſſet irritanda. Cucch. ibi. nu. 183. cum ſeq. qui ſic congregati vno ex tribus modis, vel per communem inſpirationem, vel per ſcrutinium, vel per compromiſſum eligere debẽt, alias electio aliter facta nulla eſt ipſo iure, d.c. quia propter. primũ ſit, ſi electio fiat per communem inſpirationem, quando omnes eligentes, etiam vno nõ deficiente, per Spiritus Sancti inſpirationem, tractatu prius habito, in electione vnius conſentiunt. d.c. quia propter. §. niſi. de conceſſ. præb. quæ electio eſt potior alijs, ſi fraus abſit, cum ſic electus dicatur vocatus à Deo tanquam Aaron. c. qualiter. de elect. & ſic Apoſtoli electi fuere, Deo ſcilicet vocante. Matt. 10. Luc. 6. & alij poſt eos, de quibus Actuum 6. & 15. & ſufficit etiam, quòd concordent ſimul in Capitulo, & ſigillatim, dummodo communis electio ſubſequatur, & id collegialiter fiat. cap. cum omnes. de conſtit. c. in Geneſi. de elect. in hoc enim non eſt tradita certa forma. d. cap. in Geneſi. d.c. quia propter. de elect. cum ſufficiat qualitercunque illi de Capitulo exprimant votum ſuum. Duo tamen ad eam requiruntur, primò, ꝙ ſit concors, nam ſi vna pars contradicit, non valet huiuſmodi electio, quia non videtur facta Deo conſentiente. arg. c. ſi ergo. 8. q. 1. Secundò, quòd ſit ſine vitio ſimoniæ, conſpirationis, coniurationis, vel requiſitionis extra Capitulũ habitæ ante electionem. arg cap. per inquiſitionem. c. cum poſt petitam. de elect. ſecus ſi in tractatu habito in communi ad concordiam redigantur. arg. cap. bonæ. 2. §. verum. de poſtul. prælat. cap. cum terra. §. fin. de elect. & vlterius requiritur, quòd omnes in hanc viam procedendi conſentiant, quia ſi vnus nollet, procedendum eſſet per viam ſcrutinij, oportet etiam quòd omnes conſentiant in vnam perſonam, quia ſi in duas, non valet, nec eſt inſpiratio cõmunis, & quòd nullus præcedat tractatus ſpecialis in quo nominetur certa perſona, ſed ſolũ generalis fieri poteſt, vt ſcilicet oretur, vt prouideatur de bono Prælato Eccleſiæ.

Secundus modus, eſt per viam ſcrutinij, d.c. quia propter. in quo, omnibus in vnum congregatis, iuxta morem, tres è collegio probi viri ab illis eligi debent, qui ſcrutatores ſint, & exquirant vocem ſingulorum ſeparatim, & ſecretò voce prolatam, & non per fabas. cap. ecce eſia veſtra. 2. eo. tit. interrogando eos, quare, quo zelo in aliquem conſentiant, & quæ ſint eius merita, & qualitates, & hoc vbi ſunt plures electores, primò tamen vt ſcrutatores ſcrutentur ſeipſos, nec reſeruentur in fine, quia ſic eorum electio dependere poſſet ab alijs, quòd ſi ſint tantum tres electores, duo ex eis ſcrutabuntur tertium, & ſic procedetur ad electionem, ſi verò ſunt duo, vnus ſcrutabitur alium, & ſi ſit vnus ſolus, teſtibus vocatis exprimet vocem ſuam, eliget, & publicabit, vt dicit Abb. in d.c. quia propter. qui ſcrutatores per ſeipſos, vel per tabellionem vota eligentium in ſcriptis redigere debent, qui tabellio poteſt eſſe etiam laicus, vt dicit Io. And. in cap. 1. de

D procur.

procur. in 6. ita vt quilibet dicat, nomino talem, vel consentio in talem, melius quam eligo talem, cum hoc vltimum dependeat à cōmuni electione, vt dicit Abb. ibi. non potest tamen dici eligo talem postulando, vel postulo eligendo, vel eligo postulandum, vel postulo eligendum, nec, eligo, & postulo, nisi quando probabiliter dubitatur, an quis sit eligendus, vel postulandus, subiungendo, eligo, & postulo prout melius erit. cap. perpetuo. de postul. in 6. His actis, vota sunt publicanda postquam statim per scrutatores scripta fuerint, quæ publicatio facit, vt electores variare non possint, sed facienda sit confirmatio. cap. publicato. de elect. si tamen communiter in vnum aliquem consentiant, ita vt eligendus habeat maiorem, & saniorem partem Capituli, vt Abb. ibi dicit. & in c. ecclesia vestra. 1. eod. tit. quæ maior pars intelligitur, quò ad totum Capitulum, in quo numero computari non debent qui nolunt interesse, vt ait glo. & Abbas. in cap. quod sicut. eod. tit. dicitur autem maior, & sanior pars non in solo numero, sed etiam in dignitate, authoritate, & merito personarum, vt notat Bart. in l. Pomponius. de iudic. vnde non sufficit, quod sit maior pars, nisi etiam sit sanior. c. ecclesia vestra. 2. de elect. vt notat ibi Abb. licet idem dicat ad hoc communiter non attendi. & maior pars intelligitur non respectu minorum partium. sed respectu totius Capituli. d. c. ecclesia vestra. 1. eod. vbi Abb. etiam dicit. quòd non sufficit pars sanior, nisi etiam sit pars maior totius Capituli, vt idem dicit etiam in d. cap. quia propter. & licet duæ partes vniuersitatis a principio debeant cōuenire. l. nulli. l. planè. ff. quod cuiusq; vniu. intelligitur de duabus partibus non omnium de Capitulo, sed illorum qui volunt, debent, & possunt commodè interesse, vt ait Abb. in clem. quod circa. de elect. in c. cum nobis. & cap. cum in causis. extra eod. & non solùm in electionibus, in quibus seruanda est forma dicti cap. quod circa. & c. quia propter. oportet esse maiorem partem totius Capituli respectu omnium, & non tantum respectu minorum partium, sed etiam in omnibus explicandis per vniuersitatem, vbi tamen dicta forma seruanda non est valet statutum. vt factum a maiori parte respectu minoris valeat, vt dicit glo. in c. si cui. de elect. in 6. & in c. 1. ne sede vac. in 6. quod procedit etiam in patronis qui præsentant non vt collegium, sed vt singuli. cap. quoniam. de Iure patr. & in electione prouincialis minorum, vbi valet electio facta à maiori parte respectu partium minorum. clem. exiui. §. denum. de verb. sign. his actis, vnus de Capitulo nomine omnium, vel Capituli, per verba numeri singularis, eligit eum, in quem maior, & sanior pars Capituli consentit. cap. sicut. de elect. in 6. c. dudum. & d. c. ecclesia vestra. de elect. non quem minor pars eligit, licet maior pars per subsequentem consensum ratificauerit. cap. auditis. eod. tit. nam ratificatio consensus in electione recipitur tantum in his quæ præcedunt, & sequuntur electionem, non quæ ipsam respiciunt, cum in singulari consensu diuisio esse videatur. clem. causam. de elect. c. cum dilecti. § verò. de testibus. c. bona. 2. §. fi. de postul. prælat. Et ita de substantia electionis scrutinialis plura requiruntur, vt inquit Abb. in d. cap. quia propter. de substantia ipsius est, primò, vt electio fiat per congregatos in vnum collegialiter, nam non sufficeret quòd quilibet separatim præstaret suum consensum. c. in Genesi. de elect. not. glo. in c. 1. de rebus eccl. non alien. in 6. & si aliquis absens non sit vocatus, non per hoc electio annullatur, licet ibi sit contemptus. c. sicut. c. bonæ c. ecclesia 1. eod. tit. etiam si statutum Episcopi, vel Capituli id inducat, cum statuta

tuta prædicta non possint immutare constitutionem superioris.clem.ne Romani.de elect. omissus tamen si prosequatur suum contemptum,poterit illam electionem retractare. Secundò, scrutatores debent assumi per collegium,& non se ingerere,quia sic redderentur suspecti. d.cap.quia propter. nisi alijs videntibus, & tacentibus se ingerant, quia sic illi videntur consentire, vt not.glo.in simili.in cap.sicut. eod.in 6. Tertiò, vt tres scrutatores assumantur, nec plures, nec pauciores; vbi multi sunt electores, aliàs sufficiunt duo, vel vnus, vt supra est dictum, qui scrutatores debent esse de collegio d.c.quia propter.scilicet de collegio eligentium, & non tantum ecclesiæ vacantis, & debent vota singulorum exquirere secretè, vnde si vnus ex præsentibus omitteretur, electio esset nulla,si vocatus est, aliàs secus, vel si contemptum suum non prosequatur, vt supra est dictum, & debent sigillatim interrogari, & postea ea in scriptis redigere, & scripta in Capitulo publicare, nullo actu interueniente post scripturam extraneo,& contrario.l.1.§.1.& l.continuus. ff.de verb.oblig. & not.Hostien.de elect.in summa.§.11.col.5. Quartò, vt facta publicatione fiat collatio, nullo actu extraneo intermisso, vt ait glo. & Abb.in d.c.quia propter. quod intelligitur quando collatio pertinet ad Capitulum, vel quando electio non exigit confirmationem, sed Canonici, vel alij,eligendo conferunt, quæ habet vim potius collationis,quàm electionis,vt ait Rebuff.in pract.benef.tit.de electione. secus si ad alios,& electio sola ad Capitulū, quæ electio debet fieri per vnum nomine Capituli,& per verba singularis numeri.c.sicut. eod.in 6. vt supra. & is debet esse ille qui primam vocem habet in Capitulo, vel cui Capitulum commiserit,& si Capitulum non committit,vnus,præsentibus alijs, vice Capituli,vel consentientium,eligere debet,quod satis est, cum taciturnitas, & ratihabitio in re fauorabili mandato æquiparetur, vt dicit Innoc.in d.c.in Genesi. qui eligens debet esse de Capitulo. Quintò, vt ipsa electio fiat & post confirmatio.c.cum post.eod.tit. & electio fiat de eo, qui electus fuerit à maiori,& saniori parte Capituli, & vbi est maior pars præsupponitur etiam sanior,nisi contrarium probetur.cap.dudum.eo.tit. & ista electio debet esse verbalis. d.c.ecclesia.eod.tit.& solemniter publicari in Capitulo.d.c.quia propter. & est tutum etiam illam publicare populo, licet non necessarium, electio verò facta contra prædicta nulla est ipso iure,vt tenet Innoc.Abb. & alij in d.c.quia propter. & in c cumana.eod.tit. & aliter eligentes si peccant eligentes indignum scienter priuantur potestate eligendi ea vice. cap. cum in cunctis. eodem tit. si verò peccant contra formam, sunt priuandi per sententiam. d.cap.quia propter. vt distinguit glo.in d.cap.cumana.

12 Electus qs dicatur legitimè.

De hac forma eligendi per scrutinium videatur Cucch.d.tract. de elect. à nu.191. vsque ad 325. qui fusè, & optimè hanc rem tractat, cuius dicta non referuntur, cum electio paucis in locis secundùm hanc formam sit in vsu, ob reseruationes quas Papa sibi facit de Episcopatibus, & Ecclesijs maioribus, & in prælaturis regularium,ex Conc.Trid. non ita exactè procedatur, & ex eod. Conc. tradita sit forma circa collationem parochialiū, & Canonicatuum.& beneficia,quandoq; tantum sint electiua cum Capitulum eligit, & Episcopus confirmat, in quo tñ non ita exactè proceditur,vt in electione prælatorum,quandoq; sunt tantum collatiua,quando Capitulum eligendo confert, sic enim collatio vicem obtinet confirmationis.Ripa cons.15. proderit tamen cognitio prædictorum ad dignoscēdum,quæ qua-

litates requirantur in obtinentibus beneficia, & vota quæ attendantur in similibus causis, & huiusmodi.

Tertia via eligendi, quæ est tutior, cum illa scrutinij facilè subuerti possit ob multa requisita, est per viam compromissi, quando .s. potestas à collegio viris idoneis datur, vt vice omnium Ecclesiæ prouideat de pastore, quæ forma arbitraria, vel compromissaria dicitur, ad quam requiritur, primò, quòd ea potestas detur à Capitulo aliquibus nomine ipsius, eligendi prælatum Ecclesiæ vacanti. d.c. quia propter. & melius est, vt committatur in numero impari veluti tribus, vel quinque. c. in causis. c. cum dilectus. c. cum in iure. de elect. nec est necessarium, vt illi sint de collegio. c. causam quæ. eod. debent tamen necessariò esse viri religiosi, vt dicit glo. in d. c. quia propter. & potest etiam committi vni. d.c. causam quæ. eod. & hoc est etiam melius, vt ait glo. d.c. & potest etiam Capitulum eligere aliquos per quos eligantur compromissarij electuri nomine Capituli, quæ tamen commissio non valet, si vnus dissentiat nolens compromittere. d.c. eod. not. Abb. in c. in causis. eod. nec etiam si compromissum fiat sub hac forma, vt illum eligat in quem, quæsitis votis in secreto, plures consentiunt, si nō sunt maior pars totius Capituli, & non maior respectu minorem partium. d.c. si cui. eod. in 6. nec si fiat de eligendo certam personam, non valet etiam compromissum factum ab vno nomine omnium alijs præsentibus, & non contradicentibus, cum res sit ardua, & in tali re, & etiā quia onerosa est taciturnitas non habetur pro consensu, vt not. Innoc. in d.c. in causis. vbi alij post eum. eod. & ista potestas data compromissarijs eligendi prælatum intelligi debet de idoneo, vnde si non idoneus electus sit, electores non tenentur illum recipere, vt not. gl. in d.c. causam quæ. ista tamen potestas eligendi data compromissarijs, causa integra, reuocari potest, secus si causa non sit integra, vt si compromissarijs cœperunt habere tractatum de persona eligenda, secus si attigerunt tantum pertinentia ad solemnitatem, vt si dixerunt Missam de Spiritu Sancto, vt ait Innoc. in d.c. in causis. §. fi. eod. Secundò, compromissum duobus modis fieri potest, primò limitatè, vt scilicet compromissarij eligere illum teneantur in quem maior pars totius Capituli, sigillatim scrutatis omniū votis, & secretò, ab ipsis, consenserit, de quo habetur in c. dilecti. de elect. & in c. cum expediat. eod. in 6. non valeret tamen si fiat compromissum alicui, vel aliquibus sub hac forma, vt ipse secretò, & sigillatim, vel etiam non secreto, scrutatis votis singulorum de Capitulo, & in scriptis redactis, illum eligant in quem plures de Capitulo respectu partium minorum consenserint, licet consentientes non perueniant ad maiorem partem totius Capituli, cum, vt supra est dictum, in electione requiratur maior pars totius Capituli, & non maior respectu minorum partiū, vt not glo. in d. cap. si cui. eod. in 6. & hæc forma compromittendi melior est omnibus, sic tamen vt habeatur consensus maioris partis totius Capituli, modo supradicto, vt ait ibi glo. Tertiò, simpliciter fieri potest compromissum, vt scilicet compromissarij eligant quem volunt. Quartò, de substantia electionis compromissariæ plura requiruntur, primò, vt seruentur ea, quæ dicta sunt de electione in genere, & quòd tenuerit compromissum, & quòd non excedatur forma compromissi. cap. cum dilecti. eod. & quòd electio fiat per verba singularis numeri, licet compromissarij sint plures, aliter non valet. c. sicut. eod. Secundò, si compromissum fiat limitatè, illa sola requiruntur necessariò, videlicet, quòd compromittentes sint simul congregati,

omnes

omnes scilicet qui volunt,& debent interesse, & omnes compromittant in vnum, vel in duos, vel plures, vel sint de collegio, vel non, dummodo sint clerici,& non laici.c.contingit.de arbit. & quòd compromissarius, vel compromissarij scrutetur vota singulorum secretè, & sigillatim, & eligant illũ in quem maior pars totius Capituli consenserit, vno eorum, si plures sint, dicente, ego Antonius compromissarius,de consensu,& voluntate compromissariorum meorum eligo,virtute compromissi in nos facti,in Episcopum Andream &c. in quem maior pars Capituli consensit, & si in primo scrutinio electores non consentiunt in aliquem vnum, debet procedi ad secundũ scrutinium,& sic vlterius donec consenserint.c.cum terra.eod.& si dubitatur de fide compromissarij, electores debent scribere nomen illius quem volunt eligere,tradendo illud scrutatori, qui id recipiat, implicitum tamen,vt nõ dignoscatur quod cuiusq; sit, quæ scripta in præsentia omnium perlegat, & sic eligat eum in quem maior pars totius Capituli consentit. Tertiò, si compromissum fiat simpliciter,sufficit quòd concurrant ea, quæ dicta sunt de electione in genere, & compromissum tenuerit, & postquam compromissarij consenserunt, vnus ex illis dicat, Ego Antonius compromissarius, de consensu,& voluntate compromissariorum meorum, virtute compromissi in nos facti,Eligo in Episcopum Andream,non dicendo tamen in quem maior pars Capituli consensit,& in hac forma, & etiam superiori requiritur,quòd omnes compromissarij consentiant, vel saltem maior eorum pars,electores verò,vt supra, omnes debent consentire in compromissum faciendum,vt ait Abb.in d.c.quia propter. §.vel saltem. in glo.verbo, aliquibus.in fi. Quartò,si sit vnus tantum compromissarius,non potest eligere seipsum,vt dicit glo.in cap.cum in iure. eod. cum nemo creet seipsum. c.in scripturis.8.q.1. quia sic esset prius se,quod procedit etiam si ignorasset eligere meliorem, & ipse esset melior,esset enim inhonestum, quòd eligeret se,quia vt ambitiosus esset repellendus. d.c.in scripturis. nec etiam posset, cum in generali sermone persona loquens non comprehendatur. l. qui hæredi.ff.de condit.& demonst. & idem de eo,cui per superiorem præcipitur,vt magis idoneum eligat,vnde Abb.in cap.licet.eod. dicit, quòd si esset superstes vnus solus Cardinalis ille haberet electionem,vt not.in cap. gratum.de postul. præl. non tamen poterit eligere seipsum.c.per vestras. de iure patr. is verò nomine totius collegij poterit compromittere hanc facultatem in alium,qui nomine totius collegij eligere poterit istum compromittentem, fraude, & ambitione cessante. Quintò, si plures compromissarij ex forma compromissi habent,vt possint eligere vnum de seipsis, id poterunt,si ille in electione consentiat. c.cum in iure. vbi glo. eod. dummodo maior pars compromissariorum in illum consentiat, etiam si ipse prius in alium consenserat in quem alij non consenserunt,vt dicit ibi glo.& is dicitur vocari à Deo tanquam Aaron, ad Hebr.1. quia seipsum non eligit immediatè,& minus practicando, sed tantum consentit electioni de se factæ, etiam si sua vox compleat electionem,dummodo id faciat bono fine, scilicet ad obediendum Spiritui Sancto,& subueniendum ecclesiæ,vt dicit Abbas in d.c.cum in iure. si verò ex forma compromissi id non habetur, id non possunt,vt ait glo.in d.cap. Vltimò, quòd si ex septem compromissarijs tres eligunt vnum ex numero ipsorum compromissariorum, veluti Antonium, & tres alij vnum de non illo numero, tunc electus auget vocem,& consentire potest illi actioni de se factæ à tribus, & suam electionem consentiendo

do perficit, vt dicit Abb. in d.c. cum in iure. vbi tamen proceditur per viã scrutinij, votum electi non computatur in numerum. c. cumana. eod. nam in primo casu, compromissum non debet esse onerosum cõpromissarijs: secundò, quia electio non oritur à se inchoatiuè, vt in forma scrutinij: tertiò, nã compromissum non arctat ad seruandum formam. d.c. quia propter. quò ad ea quæ procedunt de forma scrutinij, vnde compromissarij possunt eligere palam, vt quisque audiat vota aliorum, vnde cum quis non possit eligere, quia sciat se ab alijs electum, consentiendo electioni de se factæ à parte æquali non videtur esse ambitiosus, nec oriri à se cum prius sit vocatus à Deo, & socijs. vnde consentiendo numerum auget, cum sit vnus de habentibus potestatem, & principaliter non disponit in seipsum, sed consentit dispositioni ab alijs factæ, quòd non est ambitiosum, sed meritorium, si bono animo fiat, arg. c. qui Episcopatum. 8. q. 1. quando verò proceditur per viam scrutinij, cum in secreto quilibet consentiat, & sic ignoret an fuerit ab alijs electus, quia sic esset ambitiosus, si in se consentiret; ideò id fieri non potest, vt dicit Io. And. in c. per vestras. de Iure patr. quòd si ex tribus compromissarijs, duo indignum, & vnus idoneum eligat, electio non tenet, & potestas eligendi reuertitur ad compromittentes, cum maior pars ibi deliquerit, quando verò vnus ex compromissarijs, eligitur non debet dicere, eligo me, contra cap. fin. de instit. sed debet consentire electioni de se factæ, intra tempus statutum à iure ad electionem faciẽdam, & electio suo consensu perficitur, vt not. glo. in simili, in c. cum sit. de elect. in 6. Sextò, si compromissarius non eligat intra tempus à iure statutum, potestas eligendi deuoluitur ad superiorem, si verò eligat indignum, etiam ignoranter, potestas deuoluitur ad electores, nisi electionem scienter factam ratam haberent, & idem si idoneus electus non consentit. cap. si compromissarius. eod. in 6. & compromissarius eligens scienter indignum, triennio suspensus est à beneficijs quæ obtinet in Ecclesia illa in quam offendit, dummodo illa electio sit de Episcopo, vel superiori, & idem de eo, qui electionem, vel postulationem, vel prouisionem impugnans deficit in probatione eius quod obijcit in personam, compromittentes verò non puniuntur, nisi ratificent. d. cap. si compromissarius. Septimò, si compromissarius acceptans compromissum habet potestatem confirmandi non oportet quòd prius eligat, deinde confirmet, sed sufficit quòd vigore suæ compromissionis instituat in prælatum illum de quo sibi videtur, secundùm distinctionem tamen quam ponit Abb. in d.c. causam quæ. eod. Octauò, compromissarius prouidere potest de persona cuiusq; loci. arg. c. lectis. & c. Reatina. 63. dist. sed melius, & tutius est, quòd de ipsa ecclesia eligat. c. in nomine domini. 33. dist. c. quod sicut. extra eodem.

Quod verò dictum est electionem factam per viam scrutinii, nõ seruatis his de quibus supra, esse nullam, non habet locũ in omni electione ad quam cunque prælaturam, vel officium, ita vt electio aliter facta irrita sit, sed tantum in electione Episcoporum, & prælatorum, qui habent generalem iurisdictionem in ecclesijs collegiatis, nam textus ille loquitur de ecclesijs viduatis, & cum Episcopus sit sponsus ecclesiæ. cap. sicut. 7. q. 1. & alij prælati possint dici quodammodo sponsi ob generalem iurisdictionem quam habent in ecclesijs collegiatis, ideò per mortem istorum prælatorum remanent ecclesiæ viduatæ, vnde in electionibus Canonicorum, & alijs dignitatibus, vel personatibus Ecclesiæ Cathedralis non habet locum dispositio

tio huius Capituli, cum per illorum mortem non remaneant ecclesiæ viduatæ, nam non sunt eorum sponsi, sed tantum Prælati principales, & in occurrentibus difficultatibus possit recurri ad superiorem, qui prouidere potest. arg cap. vbi periculum. in princ. eod. in 6. & etiam id habet locum in electionibus Abbatum, vt dicit Ioan. Andr. in c. officii. de elect. vbi Abbates dicuntur etiam pastores, oportet tamen vt Prælati illi habeât iurisdictionem generalem, ita vt cognoscere possint de causis criminalibus, & ciuilibus, vt aperte tenet Abb. in d. cap. quia propter. in princ. nu. 7. & 8. de elect. vnde in electionibus aliorum beneficiatorum, seu Prælatorum a supradictis, sufficiunt singulares consensus illorum de Capitulo, dummodo præstentur in communi, idest collegialiter in ipso Capitulo, nec est de necessitate seruanda aliqua prædictarum formarum, videlicet per viam scrutinii, compromissi, & communis inspirationis, sed electus simpliciter à maiori, & saniori parte habebit ius, vt not. glo. in d cap. sicut. eod. in 6. & Abb. loco prædicto. nu. 8. ad fin. & sic nec necessaria est scriptura, vt ait Panor. in cap. ecclesia. eod vt quando quis eligitur Archidiaconus, Primicerius, Canonicus, vel in inferioribus beneficiis, in quibus sat est quòd consensus præstetur collegialiter. d. c. in Genesi. §. 1. de elect. cap. sicut eod. in 6. & dummodo maior, & sanior pars Capituli consentiat. d. c. licet. d. c. quia propter. d. cap. cumana. de elect. & tunc dicitur maior pars consentire, cum maior pars nô respectu minoris, sed cum maior pars Capituli consentit. cap. quoniam. de Iure patr. l mortuo. ff. de fideiuss. sic tamen, vt absentes citentur, & Capitulum congregetur, iuxta loci consuetudinem, vt dixi tract. de Canonicis, & Capitulo. & ita Prælati religionum approbatarum habentes generalem iurisdictionem & ordinariam, debent fieri secundùm formam, d. c. quia propter. resecatis tamen multis iuris subtilitatibus, per eorû constitutiones, & huiusmodi Prælati sunt Priores, Abbates, Præpositi, Prouinciales & huiusmodi: in electione verò definitorum, vel discretorum, & similium sufficit si id fiat collegialiter de consensu maioris partis, nec est necessaria vox viua, aut scriptura; & hodie ex Conc. Trid. sess. 25. c. 6. de regul. statuitur, vt electio Abbatum, Abbatissarum, Priorum, Generalium, & huiusmodi, fiat per secreta vota, nec titulares, vt Abbates, Priores, & huiusmodi, possint constitui procuratores absentium, nec pro eis vota dare.

In postulatione verò etiam solemni, per cuius admissionem postulatus consequitur plenum ius, ita quòd admissio facta per superioré habeat vim electionis, & confirmationis, debet seruari forma huius Capituli, vt dicit Innocen. in c. in causis. eod. in electione scilicet Prælatorum, si verò postulatio sit minus solemnis, per cuius admissionem non consequitur postulatus ius Prælaturæ, sed habilitatur vt possit eligi, vt cum postulatur laicus, non habet locum, nec est seruanda necessariò forma d. c. quia propter. nec similiter in collatione, vt not. glo. in d. c. sicut. eod. in 6. vnde si ad plures spectet collatio, possunt omnes simul conferre, nec est necessarium quòd fiat per vnum nomine omnium, vel per scrutinium secretum, sed sufficiunt singulares consensus. vt dicit Abb. d. c. quia propter. nu 8. vers. 2. & 3. 13

Quartum dictum. Peracta electione, quæ fieri debet in Cathedralibus, & regularibus intra tres menses, aliàs facultas deuòluitur ad superiorem. cap. ne pro defectu. eod. tenentur electores electionem electo præsentare, & petere consensum eius intra octo dies, postquam commodè poterunt, aliter negligentes exclusi sunt à prosecutione processus, & suspensi sunt per tres

Electio intra q tempus fieda, & sub qua pœna. 14 Electio q̃s

præsentan da electo. tres annos ab omnibus beneficijs suis, electus verò tenetur intra mensem à die præsentationis consentire, aliàs priuatus est iure electionis, nisi fortè talis sit ipsius conditio, vt electus electioni de se celebratæ absq; superioris sui licentia ex prouisione, vel prohibitione sedis Apostolicæ consentire non possit, quo casu, idem electus, vel electores ipsius licentiam consentiendi ab eius superiore, cum ea celeritate quam dicti superioris absentia, vel præsentia requirit, petant, & vlterius quilibet electus intra tres menses post consensum electioni de se celebratæ, præstitum confirmationem electionis ipsius à superiore petere tenetur, aliàs cassa est electio. cap. cum sit. & cap. cupientes. §. cæterum. de elect. in 6. & si à Papa confirmatio est petenda, electus tenetur intra mensem post consensum, vel si electio non fuerit ei præsentata, intra mensem a notitia, iter versus curiam arripere, & confirmationem petere absque fraude, & negotium prosequi. d.c. cupientes. primo responso: in alijs verò ecclesijs, sufficit vt prouideatur intra sex menses, alias prouisio ad superiorem deuoluitur. c. de multa. de præb. & c. nulla. de concess. præb. qui terminus trium mensium potest ex causa coarctari à collegio, si duæ partes præsentes sunt, nam tunc absens potest saltem vni de collegio committere vices suas. d. cap. quia propter. eod. quòd si duæ partes absentes sint, vel non subsit causa coarctationis, non potest coarctari prædictum tempus, sed expectandum est circa finem trium mensium, vt dicit Silu. Electio. 1. q. 7.

15 Electio q̃ sit inualida. Quintum dictum. Electio illa est cassanda quando requisitus, antequam esset electus, consensit electioni de se fiendæ, cum sic præsumatur ambitiosus. c. cum post petitam. eod. & similiter electiones clandestinæ reprobantur, quæ in cubiculis per occulta conuenticula fiunt. c. 1. & 2. & c. si transitus. 78. dist. d. c. quia propter. extra eod. & pariter illæ electiones, quas electores inter se tenent secretas, cum celebratæ debeant solemniter publicari. d. c. quia propter. vbi verò electio tenuit iure naturali, quia interuenit consensus eligentium, sed omissa fuerunt substantialia, & sic non tenuit iure positiuo, si confirmetur à superiori talis electio, sic electus erit verè Prælatus, & non tenetur in foro conscientiæ resignare, vt not. Innoc. & alij in d. cap. quod sicut. de elect. Secundò, si duæ electiones simul fiant, si fiunt simul, & incontinenti, vt quia in scrutinio diuisa sint vota, & paria, illa adiuuatur, quæ meritis maioribus, & melioribus adiuuatur. c. licet. in fi. & c. dudum. eod. & eo casu potest etiam is adire superiorē, qui poterit gratificare ad se accedenti, ita vt in votorum paritate, cæteris paribus, præferat seniorem, ordine, & ætate iuniori, Doctorem plebeium nobili tantum, incolam loci, vel de gremio ecclesiæ, extraneo, pauperem diuiti, nisi ecclesia egeat, vt dicit Lamb. de Iure patr. lib. 2. p. 3. q. 5. princ. cum seq. quòd si fiant ex interuallo, & prima fuerit ritè facta, valet, & secunda est cassanda, imò licet prima annullanda sit, secunda etiam cassari debet. c. bonæ memoriæ. eod. nisi gratia fiat. d. cap. bonæ memoriæ. 1. eod. si verò prima nulla fuit ex causa notoria, valet secunda ritè facta. c. venerabilem. eod. c. vlt. de suppl. negl. præl. Tertiò, aliqui sunt casus, in quibus electores possunt reeligere, vt si electus nō vult consentire, vel si post renunciat iuri suo, vel moritur, vel ob eius occultum vitium irritatur electio, & habent integrum tempus à dissensu, & alijs supradictis, dummodo fraudem non adhibuerint. cap. si electio. eod. in 6. Quartò, sunt aliqui casus, in quibus eligendi potestas deuoluitur ad superiorem, nam in Cathedralibus, & regularibus ecclesijs, si

non

non eligant intra tres menses, deuoluitur ad proximum superiorem vsque ad Papam. Quartò, si eligant scienter indignum, vel priuentur per sententiam, quia non seruant debitam formam, eligendi potestas in prælaturis deuoluitur ad Papam: in inferioribus verò ecclesiis ad proximum superiorem. cap. quamquam. eod. in 6. & quod dictum est de eligente indignum, intelligitur quando scienter id facit, vel eligit omnino incapacem, vt homicidam, &c. tunc enim propter malitiam deuoluitur potestas eligendi ad superiorem, vt dicit Ioan. And. in c. cum nostris. de conceß. præb. & Rota decis. 253. & in dubio eligens indignum præsumitur scienter id facere, quia præsumitur habere notitiam eius, quem eligit, vt ait Host. in c. cum terra. de elect. Quintò, si maior pars Capituli committit vitium in electione, deuoluitur electio ad pauciores innoxios. cap. 2. de postul. imò etiam ad vnum propter omnium delictum. c. si forte. dist. 55. cap. bonæ. de elect. not. gl. in d. cap. 2. quod intelligitur quando peccarunt eligendo indignum, secus si ex contemptu aliquorum habentium vocem, quia sic non deuoluitur potestas, sed sufficit si electio cassetur, cum propter defectum formæ non sint priuati ipso iure, vt supra est dictum, sed priuandi. d. c. quia propter. post sententiam verò ob peccatum formæ potestas deuoluitur ad non culpatos, vt dicit Innoc. in d. c. & si omnes delinquant, deuoluitur, vt supra, ad superiorem proximum. Sextò, eligentes priuati sunt potestate eligendi, cum postulant, vel eligant scienter indignum, vel postulationem, aut electionem cassatam vitio personæ innouant, vel cum eligunt per abusum potestatis secularis. cap. quisquis. de elect. vel eligunt incapacem, vel recipiunt, vt Prælatum electum, vel postulatum, cuius tamen electio, vel postulatio est nulla, vel si sunt excommunicati, vel suspensi, vel non eligunt intra tempus præfixum. c. ne pro defectu. de elect. vel cum postulant post appellationem factam à duabus partibus, & sic friuola, secus in electione, nisi appellatio interposita esset ex iusta causa. c. scriptum. de elect.

Notadum etiam quòd nemo potest prosequi duas electiones de se in eadem ecclesia factas, sed vnam tantum eligere debent. cap. sciant cuncti. eodem in sexto.

Secundò notandum, quòd si quis eligat aliquem ex odio, tenetur ei ad omne damnum inde contingens illi. c. honoratus. 74. dist.

Tertiò notandum, quòd consuetudo circa electionem, si aufert libertatem eligendi non valet, secus si restringit electores ad certum collegium, vel certum genus personarum, vt ait Abb. in d. c. cum terra. eod. qui ibidem dicit post Innoc. consuetudo induci posse, vt mortuo Prælato, Capitulum priusquam deueniat ad electionem, quam nunciet Principi mortem Prælati, & petat ab eo potestatem eligendi, quod consuetudine induci potest ob interesse Principis, vt proponat aliquem sibi fidelem, maximè si dubitatur de proditione loci, vel reuelatione secretorum, si tamen in electũ non vult Princeps consentire sine rationabili causa, non ob id cassatur electio, & cõsuetudo contraria non valet, quia sic electio dependeret à voluntate Principis; quia tolleret libertatem eligendi, & talis electus per abusum potestatis secularis esset deiiciendus. cap. quisquis. de elect. secus si potestas illa restringatur ad certas personas, vt dicit ibi Abbas, quòd consuetudine induci potest; quod ego intelligerem si illa consuetudo habuit initium à rationabili causa, & non à Principis coactione: arg. eorum quæ dicit Abbas in cap. ad Apostolicam. de simon.

16 Elect' an, & quando teneatur i cõscientia cõsentire electioni.

Sextum dictum. Electus in aliquibus casibus tenetur sub pœna peccati mortalis consentire electioni de se factæ, vt inquit Ricar.quodlib.3.q.21. primò, si à superiore per obedientiam sibi præcipitur. c. nisi cum pridem. de renunc. Secundò, si secundùm suæ conscientiæ credulitatem credit non esse alium qui velit, & possit melius procurare salutem animarum quàm ipse, & videt notabile dispendium ecclesiæ imminere, nisi consentiat. d.c. in scripturis. & cap.olim.eadem causa, quæst.2. nisi religiosus eligatur extra suum monasterium, vel ex mendicantibus, modo quo supra est dictum. Tertiò, si per viam illicitam refugit, vt se abscondendo, nisi ex speciali instinctu Spiritus sancti. Quod si nec ex obedientia cogitur, nec imminet ecclesiæ notabile damnum, & fugit licitè ob pigritiam, est veniale, & si ob humilitatem æstimans se indignum meretur, vt idem dicit; & D.Th.quodlib.5.art.22. qui in quodlib.prædicto art.23.dicit, quòd si is casu quo non tenetur necessariò consentire, intendit aliquod temporale, vt diuitias, honorem, excussionem à iugo religionis, & huiusmodi melius faciet dissentiendo, quàm assentiendo, cum intentio sit mala, sed si intendit profectum ecclesiæ potest ex charitate consentire, dummodo in eo sit idoneitas debita, & purgatum se sentiat, vt Isa.1. qui post purgationem dixit, ecce ego, mitte me; sed quia difficile se potest quisque cognoscere an diuina gratia iuuante, purgatus sit, tutius est prælationis officium declinare, non tamen pertinaciter, cum ad hoc suscipiendum superna voluntas agnoscatur, nec vllo casu licet ambitu prælaturam petere, potest tamen quis medio modo se habere, dicendo quòd consentiet electioni de se factæ, si è bono ecclesiæ erit. Cucch.d.tract.de elect.nu.325.dicit, onus id esse graue, &c.vt ibi dicit, Deo tamen iuuante, si vocabitur ab illo, illud se expleturum pro viribus, de quibus etiam latius habetur tractatu de Episcoporum statu. quid verò si quis per preces beneficium obtineat, vel prælaturam, iuris sit, habetur sub tractatu de Simonia.

17 Electionis effectus quis.

Septimum dictum. Electio operatur, vt electus si consenserit ecclesiæ viduatæ spiritualiter coniungatur. c.cum inter canonicos. eod. non tamen si religiosus eligatur extra ordinem suum, ex electione, vt supra est dictum. Secundò, decretum electionis facit plenam fidem pro electo, si fuit confectũ per publicam personam, & concurrant requisita substantialia scripturæ publicæ, vt præsentia testium, & huiusmodi, quæ publica persona testetur omnia fuisse gesta in præsentia sua, & eo casu non est opus apponi sigillum Capituli, cum publica scriptura faciat fidem sine illo, sed est necessarium, quando scriptura est priuata. Tertiò, apponitur decretum, idest scriptura continens seriem electionis, quæ operatur, vt appareat debitam formam seruatam fuisse, & vt eligentes negare non possint se electioni consensisse, & est de solemnitate, non de necessitate electionis, vt dicit glo.in §. sed aliud dist.5. vnde si superior est præsens in domo per vnum eligentium verbo recitantur gesta in electione, sed quando est absens mittitur decretum. Quartò, electio gignit confirmationem.cap. postquam.eod.tit.de elect. confirmatio concedit administrationem.c. transmissa. & c.nihil. eod.tit.

18 Electus tenetur petere cõfirmationẽ,

Octauum dictum. Electus tenetur ante administrationem ecclesiæ, vel religionis petere confirmationem à superiori, in quo actu citari debet competitor, vel se opponens, iuxta formam cap.fi. de elect.in 6. alias si se ingerit ante confirmationem administrationi, vt Prælatus, vel Procurator, vel Oeconomus, vel alio colore in temporalibus, vel spiritualibus in toto, vel

in

in parte, ipso iure priuatur omni iure, quòd per electionem in illa dignitate habebat. c.qualiter.de elect.c.cum iamdudum. de præb. c.auaritiæ. de elect.in 6. & idem est si electus administrauit post confirmationem nullam si errauit in iure, secus si in facto, vt dicit glo.in c.fi.eod.in 6. & idem procedit in postulatione confirmationis, quando superior postulatum admittendo, confirmat, secus in postulatione, quæ fit quando monachus electus à suo Prælato postulatur, & similiter habet locum in præsentatione, vtis, cui fit præsentatio seruet dictum cap.fi.eod.in 6.vt ibi not.gl. quòd procedit licet consuetudo sit in contrarium, quæ non valet, vt dicit Archid.in c.eum qui. de præb.in 6. ita vt ad illud beneficium amplius eligi non possit. d.cap.auaritiæ.vbi Archid.de elect.in 6. quòd tamen fallit in Papa, qui eo ipso quòd eligitur confirmatur.c.in nomine domini.23.dist.c.licet.de elect. & etiam in eo qui eligitur à Papa; fallit etiam, si paritur administranti. cap.nosti. de elect.& si confirmatio est petenda à Papa, & electus est valdè remotus à sede Apostolica, quia is in concordia electus ante confirmationem administrare potest in spiritualibus, & temporalibus, nullam tamen ailenationem facere potest. cap.nihil. de elect. quòd probabiliter intelligi debet quando nó est in mora petendæ confirmationis, aliàs habebit locum pœna dicti cap. auaritiæ. & quod dicitur de vltramontanis, intelligitur etiam de Italis si curia est vltra montes, vt ait Ioan. And.in d.c.nihil. Fallit etiam si Abbatissa electa à maiori parte, non tamen à duabus partibus impugnatur ne confirmetur, quia interim potest administrare. c.indemnitatibus.§.si verò. de elect.in 6. fallit etiam, si ordinarius negligit confirmare Abbatem, vt dicit Host.de elect.in summa.§.26. fallit etiam, si quis administret ob necessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ, vt dicit Oldr.cons.9. Archid. in d.cap.auaritiæ. & Rebuff. in praxi benef. in regul. de subrog. col. fallit etiam, si consuetudo id tolleret, quia licet malè agat, non tamen debet puniri, vt dicit ibi Rebuff.nu.8. Gig.in ep.de intrus.nu.24. cap.6. fallit etiam, si administret de mandato superioris, vt ait Franc.in d.c.auaritiæ. col.2. & hæc pœna habet locum etiam in Episcopo, vt inquit Gemin.Ioan. And. & alij in d.c.auaritiæ. non tamen in Imperatore, vt not.in c.legimus. 93.dist. & not.glo.in clem.vnica.de iureiur. qui ante confirmationem potest administrare, & iurisdictionem Imperij exercere.

& quid vlterius.

Secundò, electus ante confirmationem iurare debet quòd non dilapidabit bona ecclesiæ, nec alienabit, nisi modis debitis. cap.Siracusanæ. 28.dist. cap.cum venissent.§.1.de instit. post consecrationem verò consecrator exigit iuramentum fidelitatis.cap.quamquam.33.dist. cap.significasti. § fin.de elect. Episcopus verò iurabit sub forma tradita in c.ego. de iureiur. quòd scilicet erit fidelis Papæ, eius secreta non pandet, & Papæ, ac Sanctorum Patrum regulas contra omnes defendet, vocatus ad Sinodum veniet, Legatum Apostolicum honorificè tractabit, limina Apostolorum per se, vel per certum nuntium singulis annis visitabit; hodie tamen ex Constitut. Sixti Quinti, tres anni sufficiunt. Canonicus verò iurabit secundùm formam.cap.cum clerici. de verb.sign. vbi habetur, quòd debet iurare se obedientem fore Capitulo, & Episcopo. Abbas verò iurabit secundùm formam cap. ne Dei ecclesia. de simon. vbi iurare debet se exhibiturum reuerentiam, & obedientiam Episcopo, & suis successoribus canonicè intrantibus saluo ordine suo, & generaliter quisque Rector, quòd erit obediens, & fidelis, & Episcopo, ac successoribus, & seruiet ecclesiæ cui præficitur, nec

ad aliam se transferre sine Episcopi licentia, iura ecclesiæ seruabit, & curabit, & alienata recuperare curabit, nec commisit simoniam. Abb. in cap. tua nos. de iureiur. quæ tamen omnia hodie non seruantur, licet tutius sit ea seruari.

19 Electus qs teneat ad fidei professionem, & vt iurare de residendo, & nō alienādo bona ecclesiæ.

Hodie verò ex Bulla Pij IIII. incip. In sacrosancta, dat. 1534. Idibus Nouembris, promoti ad doctoratum, & professores cuiusq; artis, & facultatis tenentur emittere professionem fidei, iuxta formam ibi traditam, aliàs eos admittentes, si Episcopi interdictum ab ingressu ecclesiæ, si inferiores excommunicationem incurrunt, & ex dispositione Conc. Trid. sess. 24. c. cum dignitates. prouisi de beneficijs curam animarum habentibus, tenentur intra duos menses coram Episcopo, vel eius vicario fidei professionem emittere, & idem prouisi de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus non solùm coram Episcopo, vel eius Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur, aliter prædicti, fructus non faciant suos, nec possessio illis suffragetur, & ex Bulla Pij IIII. incip. Iniunctum, dat. 1564. Idibus Nouembris, idem facere tenentur, prouisi de Monasterijs, Conuentibus, domibus, & alijs locis regularium, quorumcunque ordinum, etiam militiarum, iuxta formam ibidem traditā; & vlterius prouisi de parochialibus, tenentur iurare de residendo, & super illo fideiussionem præstare, ex Bulla Pij IIII. incip. Inter multiplices, dat. 10. Martij 1563. & insuper prouisi de quibuscunque beneficijs iurare debent de non alienando bona ecclesiæ, nisi modis debitis, & concessis, ex Bulla Alexandri VI. & quòd erunt obedientes Episcopo, & Papæ, residebunt, & ecclesiam defendent, nec commisisse simoniam. Abb. in c. tua. de iureiur. modo, vt supra est dictum, & beneficium curatum iure conferri debet illi tantum qui residere in loco, & curam animarum per seipsum exercere valeat. cap. quia plerique. de cler. non resid. notandum etiam, quòd electus, & confirmatus ante expeditionem literarum administrare non potest, alias est intrusus, ex Bulla Alexandri VI. vt refert Gig. epis. de intruso, non tamen est necessaria installatio, vel possessionis apprehensio, secundùm communem, vt dicit Panor. in cap. transmissa. de elect. Felin. in cap. ne Dei timorem. de simon. nisi consuetudo contrarium seruet, vt dicit Archid. in d. c. eum qui. de præben. in 6. quo tamen casu non est priuato iure suo talis administrans, iuxta prædictos.

20 Electus à quo debeat confirmari.

Tertiò, si electus est exemptus confirmatio debet peti à Papa, vel eius Legato de latere, si est in illa prouincia, vt in cap. si Abbatem. de elect. in 6. quod intelligitur si is exemptus subsit immediatè Papæ, secus si habeat alium Prælatum medium, vt Generalis confirmat Prouincialem in mendicantibus, & Abb. in c. 1. de suppl. negl. præl. dicit, quòd Abbates exempti sunt per Episcopos confirmandi, quòd si non est exempto confirmatur per superiorem suum Prælatum immediatè, vnde Episcopus confirmat sibi subiectos. cap. nullus. 16 q. vlt. c. cum monasterium. de elect. Archiepiscopus Episcopos suos suffraganeos. cap. illud. 64. dist. cap. cum dilectus. c. inter canonicos. de elect. Archiepiscopum non exemptum confirmat Primas, vel Patriarcha. cap. bona. 1. de elect. Patriarcham verò Papa, & Imperatorem. c. venerabilem. de elect. non potest tamen Prælatus superior confirmare sine Capitulo, aliàs confirmati, confirmatio non valet, si fiat in absentia Capituli, vt dicit Archid. & Gemin. in c. quoniam. de elect. in 6. nisi consuetudo contrarium habeat, quæ est seruanda. c. non est. de consuet. in 6.

Quartò, confirmatio debet peti intra tres menses post præstitum consensum,

fensum, aliter, cessante impedimento legitimo, si non petitur ab electoribus, vel electo, vel alio per ipso, electio est nulla. cap. cum sit. de elect. in 6. in Cathedralibus verò, & regularibus ecclesijs, in quibus confirmatio à Papa est petenda, electi post consensum, vel habitam notitiam de electione iter arripere debent intra mensem ad sedem Apostolicam, pro confirmatione petenda, post quòd habebunt tempus arbitrarium intra quòd commodè venire possent, & post illud viginti dies intra quos si personaliter non venerint, iusto impedimento cessante, vel non probauerunt illud intra quindecim dies ad hoc assignatos, vel proposuerunt, & approbauerunt debito tempore, tamen non miserunt procuratorem sufficienter instructũ, vel si miserunt procuratorem instructum, tamen impedimento cessante intra tempus debitum personaliter non venerunt, pro confirmatione petenda, his enim casibus, vel altero ipsorum, priuati sunt ipso iure, omni iure, sibi per electionem quæsito. c. cupientes. de elect. in 6. & hæc confirmatio Prælati debet peti à Capitulo, quòd debet mittere ad curiam vnum ex Capitulo, pro confirmatione petenda. Cucch. tract. de confirm. nu. 21. cum seq. impensis tamen Prælati electi, si bona adsunt, aliàs Capituli, vt ibi dicit. 21 Confirmatio itra quod tẽpus fienda, & quo.

Quintò, quando confirmatio est facienda, si est aliquis coelectus, vel apparet oppositor debet vocari nominatim, aliàs in ecclesia in qua talis debet residere assignato termino peremptorio, vt compareant volentes opponere, & si nullus apparet, fieri debet diligens examinatio personarum tam eligentium, quàm electi, & bonum est, vt superior electum trahat ad partem, & moneat eum de his quæ impedire possunt electionem, & si impedimentum inuenerit non publicet, vel infamet, sed ad renunciandum inducat secretò. c. dudum. 2. in fi. de elect. c. per tuas. de simon. aliàs procedet secundùm allegata, & probata: nam, si cõfirmet indignum, vel ætatis illegitimæ, vel aliàs inhabilem, mortaliter peccat, & est ipso iure priuatus potestate confirmandi successorem illius, & confirmatio ipso iure est nulla, quando fit non vocatis vocandis, si aliquis est coelectores, vel alius volens opponere electo, vel electioni, vel negotium non sit discussum, & habetur in d. cap. nihil. de elect. vbi latè Abb. & c. fi. eod. in 6. & vbi Gemin. & Francus, & notat Hostien. in summa. eod. §. 28.

Sextò, hæc forma seruanda est in omnibus beneficijs simplicibus, vt ait Gemin. cap. fi. eod. in 6. vel habent curam animarum, vel non, cum in omni beneficio requiratur examinatio, & præsentatio electi, vel præsentati, vel postulati, vt dicit Io. And. & Host. in cap. proposuit. de concess. præb. & secundò, in hospitali si datur in beneficium per viam præsentationis, vel electionis, secus si non datur in beneficium, quia tunc cõmissio fit, non electio, vel collatio, vel præsentatio. clem. quia contingit. de relig. dom.

Septimò, ius acquiritur confirmato, vt habeat administrationem ecclesiæ suæ, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus. d. c. transmissa. & d. c. nihil. de elect. Secundò, quòd non deijciatur ex metu, calumnia, &c. nisi fortè appellatum sit, quia tunc superior causa probata, ipsum deijceret, vt dicit Host. loco prædicto. §. 29. & 30. 22 Confirmationis effectus quis.

Prælatus electus tenetur ad consecrationem suscipiendam intra tres menses, licet sint Cardinales, aliàs ad fructus restitutionem tenentur, & si intra totidem menses id facere neglexerint ecclesijs, ipso iure sint priuati, quæ consecratio si extra Romanam curiam fiat celebretur in ecclesia ad quam promoti sunt, vel in Prouincia si commodè fieri potest. cap. ecclesijs. & ss. 23. 23 Elect⁹ qñ, & quo tẽpore dẽat procurare se cõsecrari.

sess.23 in Trid.Conc.& debet pascere oues verbo,& exemplo, vt dicit Hostien. loco prædicto. §.ad quid tenetur vnde Episcopus electus,& confirmatus ante consecrationem potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, sed non ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, vt not.Abb.in d.c.cum in cunctis. §. cum verò.num.2.de elect. & beneficia per eum antea obtenta, ipso iure vacant, per translationem ad Episcopatum.d.§.cum verò. vbi Abb.nu.3.

Hodie verò ex Conc.Trid.sess.24.de reform.c.1.circa electionem,& confirmationem Episcoporum statuitur, vt cum primũ Episcopus decesserit à Capitulo per ciuitatem, & diœcesim supplicationes publicæ decernantur, quibus oretur à clero, & populo, vt de bono pastore ecclesia prouideatur, & vt singuli, qui ad promotionem præficiendorum, quodcunque ius à sede Apostolica habent, curent summoperè vt de bono pastore prouideatur, & vt Sinodus Prouincialis per Metropolitanum habenda pręscribat formam inquisitionis faciendæ, & examinis, à Papa postea probandæ ipsius arbitrio, ita vt cum hoc examen, vel inquisitio cum de persona promouenda perfecta fuerit in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, ac professioni fidei ab illo facta, statim ad Papam transmittatur, vt ille plena totius negotij, & personarum notitia habita, pro gregis dominici commodo, de illis si idonei per examen, vel per inquisitionem factam reperti fuerint, ecclesijs possit vtilius prouidere, quę inquisitiones, informationes, testimonia, & probationes de promouendi qualitatibus à quibuscunque habitæ, etiam in Romana curia, per Cardinalem qui eam relationem facturus erit in Cõcistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, & relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se, adhibita, accurata diligentia inuenisse promouendos qualitatibus à iure, & ab hac sancta Sinodo requisitis, prædictos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ, idoneos eos esse, qui ecclesijs præficiantur, ita vt relatione in vno Concistorio facta, vt maturius interim de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud Concistorium iudicium differatur, nisi aliud beatissimo Pontifici videbitur expedire; qui & quandoq; in personis notis,& gratis, pręsentibus Cardinalibus absque formatione processus Episcopos promouet, ordinariè tamen cum in Conc.Trid.sess.22.c.si in quibuslibet. expressum sit quæ qualitates in promouendis in Episcopos requirantur, formatur processus, in quo examinantur ex officio, & non ad instantiam partis, tres, vel quatuor testes, an promouendus sit natus ex legitimo matrimonio, an sit triginta annorum, Doctor, vel licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, bonæ famæ, honestè vixerit, & viuat, & Christianis moribus præditus sit, & aptus ad ecclesiam regendam, & defendendam, & an sit in sacris constitutus à sex mensibus transactis citra, fit etiam interrogatio super ecclesia vbi sit sita, sub cuius ditione, sub qua inuocatione; quot dignitates, & Canonicatus sint in ea, an supellex ecclesiastica sufficiens, an diœcesis ampla, cuius reditus, qui testes sunt interrogandi an nerint promouendũ, & à quo tempore citra, & an secum sint versati, & quomodo sciant qualitates eius, de quibus supra. Et hic processus, si promouendus est in curia, fit à notario deputato à Cardinali relationem facturo, qui examinet hos testes præsente Auditore eiusdem Cardinalis; si verò est extra curiam, nec in ea adsint testes qui deponere possint super articulis prædictis, processus fit à nuntijs, legatis, vel ordinarijs. sess.22.c.2.in Conc.Trid. quo confecto,

& facta

& facta professione fidei coram Cardinali relatore, processus subscribitur à Cardinali à quo cóficitur, & à capitibus ordinum, scilicet primo Episcopo Cardinali, primo Presbitero, & primo Diacono, postea in vno Concistorio fit præconizatio, & in alio relatio, & admissio, & prædicti articuli, vt Doctoratus, possunt probari per instrumenta.

Hodie verò promouendus diligenter examinatur coram sanctissimo, licet sit Doctor, & literas debet conficere super promotione, ante quas non potest ad ministrare. ex cap. iniunctæ. de elect. in extrauag. com. & Bulla Alexandri VI. sub pœnis in eis contentis. Paris. de resig. benef. lib. 8. q. 5. qui & q. 6. dicit, beneficia concistorialia in Concistorio secreto conferri præsentibus Cardinalibus, & desuper formari processum, & in promouendo requiri qualitates ferè omnes quæ requiruntur in promouendo ad Episcopatus, qui & in sequentibus quæstionibus docet, qua forma beneficia conferantur in curia, & coram ordinarijs, de qua re aliquid dicetur infra, sub tract. de Renunciatione.

De hac materia confirmationis latè agit Cucchus, vt & materiam Electionis, & Consecrationis, hic tamen omnia necessaria fortè sunt facta, & quæ magis praxim hodiernam attingunt.

De electione Romani Pontificis.

Dicto in superioribus de Pontificatu in genere, dicendum nunc est de electione eius, qui in culmine omnium diuino iure positus est, cum in eius electione multa specialiter requirantur, quæ in alijs electionibus non cadunt, in quo primò notandum, Papa superstite de electione successoris non esse loquendum, aliàs loquens de eo priuetur. c. si quis Papa. 79. dist. & per Bullam Pauli IIII. 42. incip. Cum secundum, dat. 1558. 17. Calendas Ianuarij, ij incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, & crimen hæresis, & læsæ maiestatis in primo capite, & priuationem omnis dignitatis Episcopalis, Cardinalatus honoris, Ducalis, Regalis, & Imperialis, & omnium beneficiorum, ac pensionum, & alias pœnas, de quibus ibi, vnde primò videndum est, qui sint illi qui Papam eligere possint, secundò, quis eligi possit, tertiò, qua forma sit eligendus, quartò, quis sit effectus ipsius electionis.

24 De Papæ electione, viuo primo, nó est loquendũ.

Quò ad primum, certum est ad laicos, & populum, non pertinere electionem Papæ, nec Episcoporum, & aliorum pastorum, probatur Hebr. 5. vbi dicitur, nullum debere sibi assumere honorem, nisi vocetur à Deo, tanquam Aaron, sed Aaron fuit electus in Pontificem à solo Moyse sine consensu multitudinis, ergo, 2. Ioan. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, ergo, Apostoli debebant gubernare Ecclesiam ea ratione, qua ipse Christus tunc eam gubernabat, sed ipse sine consilio multitudinis elegit duodecim Apostolos, & postea septuagintaduos: tertiò, nam Episcopi sunt pastores populi, populi verò oues Ioan. vlt. Actuum 20. 1. Petri 5. ratio verò naturalis docet ouibus non conuenire, vt pascant, & regant, sed regantur, & pascantur, sed eligere pastores ad gubernationem, & regimen pertinet, ergo. Quartò, nam Apostoli sine suffragio multitudinis Episcopos eligebant. Quintò ex Conc. Laudiceno I. can. 13 & Conc. Martini Papæ, apud Bracar. c. 1 & Nicen. II can. 3. & Constantinop IIII. can. 28. idem etiam probatur ex sancto Hieron. ep. 85. ad Euagrium. & Ruffino lib. 10. hist. cap. 9. ratione

25 Electio Papæ ad quos spectet, & qd de laicis an vnq̃ licuerit.

pre-

probatur, nam populares sunt imperiti, vnde non possunt ritè iudicare an quis sit idoneus. Secundò, si populus ius habeat eligendi, oportebit, vt peiores eligantur cum maior pars vincat, vt dicit sanctus Chrisost. lib. 3. de sacerdotio. Tertiò. nam popularis electio seditionibus est obnoxia, vt dicit sanctus Aug. ep. 110. & 225. vt probat latè Bellarm. de cler. lib. 1. cap. 7. nec proinde etiam Principi, vel Imperatori licet eligere Papam, vel Episcopum, cum electio sit ius spirituale, quod non cadit in laicum, nec obstat, quod habetur in c. Adrianus. & in c. in Synodo. 63. dist. vbi videtur concessum esse Imperatori ius eligendi Papã, respondetur enim primò, illos non elegisse, sed tantum interfuisse tractatui faciendæ electionis, ad quem etiam laici possunt vocari. d. cap. Adrianus. vt dicit Archidiac. in cap. 1. eadem dist. vel quòd ibi interfuere Imperatores ad sedandos tumultus electionis, ad reddendum locum tutum, quo casu licet etiam alio transferre locum electionis faciendæ, vt idem dicit Archid. in c. quanto. ead. dist. vel quòd per electionem, & confirmationem Imperatorum non contrahebatur vinculum aliquod inter Ecclesiam, & electum, sed tantum per consecrationem, quæ fiebat per spirituales personas, vt dicit idem Archid. in d. cap. Adrianus. & Imperator eo casu concedebat tantum temporalia, vt ibi dicit, vel quòd illi Imperatores interfuere electioni Papæ vi, & potentia, non autem aliquo iure ex prædictis, vt dicit Gregorius in Psal. 4. Pœnitentiali, vel quia Pontifices id necessarium iudicabant ob defensionem ecclesiæ eo tempore, vt dicit Bellarm. d. lib. 1. c. 9. & non quòd ius aliquod haberent in electione ex supradictis.

Secundò dicendum, varios modos olim seruatos fuisse in electione Romani Pontificis, & Episcoporum, primus, vt solus Papa illos eligeret maximè in nouis Episcopatibus, secundus, vt omnes Episcopi Prouinciæ eligerent Episcopum eiusdẽ adhibito consensu, & testimonio cleri, & populi, sic tamen, vt laici nõ eligerent, sed tantum ferrent testimonium de vita electi, & sic etiam eligebatur Papa ab Episcopis vicinis, qui modus fuit antiquissimus, & diu durauit, vt testatur Cipr. lib. 1. ep. 4. & lib. 4. ep. 2. refert Cornelium Papam electum fuisse à plurimis Episcopis, & idem habetur in Conc. Nic. can. 4. & Antiochen. can. 19. Tertius modus fuit, vt clerus, & populus ciuitatis eligeret: quartus, vt Imperator, & Reges, vel soli, vel cum clero, & populo eligerent, modo tamen supra relato. Quintus modus fuit, vt soli Canonici, idest Primarii clerici Episcopum eligerent. Ex his modis primus non potest adesse in electione Papæ, cum non expediat, vt prædecessor eligat successorem, secundus, reperitur in forma præsenti, quòd ad id, quòd erat in illa præcipuum, nam nunc eligunt Papam Episcopi vicini, idest sex Episcopi Cardinales; tertius modus, non reperitur in electione quæ hodie fit de summo Pontifice, cum sic adessent maxima incommoda: quartus modus reijcitur ex supradictis, cum ad laicos non pertineat Papæ electio: quintus ergo denique restat modus, nam quòd sunt Canonici in aliis vrbibus, id sunt Cardinales, presbiteri, & diaconi in vrbe.

Ex prædictis apparet ius eligendi Papam ad solos Cardinales iure spectare. c. 23. dist. c. 1. 79. dist. c. vbi periculum. de el. & in 6. & c. licet. eod. tit. quòd ratione congrua factum est, nam Papa non debet eligi per sortes, nec per carnalem successionem, nec per solius prædecessoris nominationem, nec a suffragia populi, nec totius cleri, vt supra est dictum, ergo ad suffragia primorum è clero, qui sunt Episcopi, presbiteri, diaconi, Cardinales Romanæ Ec-

manæ Ecclesiæ: præterea nulli melius iudicare possunt, qualis debeat esse Episcopus eligendus, quàm illi qui sunt Episcopi consiliarij, & cum eo ecclesiam regunt, & norunt optimè ecclesiastica negotia, tales sunt Cardinales, ergo, accedit quòd nulla forma electionis tamdiu durare potuit, quàm ista per solos Cardinales, quæ durauit ab anno 1179. vsque ad hæc tempora, vt patet ex decreto Alexandri III. in c. licet. de elect. vbi statuit Papam eligi debere à duabus partibus Cardinalium, & dicit morem fuisse ante etiam eligi solitum esse à Cardinalibus, sed tamen statuere, vt à duabus partibus eligeretur vltimò, nam experientia patet nullum schisma ferè fuisse sub hac forma, cum antea multa fuissent, vt probat Bellarm. d. lib. 1. cap. quia. nec opponi potest Cardinalibus, quòd sint excommunicati, suspensi, vel interdicti, quominus eligere possint. clem. ne Romani. §. sane. & §. cæterum. de elect. quòd si omnes Cardinales deficerent præter vnum in eo sisteret ius eligendi Papam, non tamen posset eligere seipsum, sed tamen nomine totius collegij posset dare hanc potestatem alteri, & ille nomine totius collegij posset eligere istum Cardinalem, dummodo cessaret fraus, & ambitio, vt not. Abb. in d. c. licet. extra eod. si verò totum collegium deficeret, licet primaria authoritas eligendi in illo casu spectaret ad Concilium generale, tamen immediata authoritas eligendi, eo casu deberet permitti ab Episcopis totius orbis, Episcopis vicinis, & clericis Romanæ Ecclesiæ, primò, quia ab omnibus Episcopis vicinis, & clericis Romanis translatum est ius eligendi Papam ad Cardinales, qui sunt quædam pars Episcoporum, & clericorum Romanæ Ecclesiæ, ergo, deficientibus Cardinalibus hoc ius ad eosdem redire debet. Secundò, nam mos antiquissimus est, vt Episcopi eligantur ab Episcopis vicinis præsente clero, vt supra est dictum, nec vnquam legitur, quòd Concilium conuenerit ad electionem Papæ, nisi in casu, quo dubitatur, qui sint legitimi electores, vt dicit Bellar. loco prædicto. c. 10. & licet beatus Petrus elegerit sibi in successorem beatum Clementem. c. si Petrus. 8. q. 1. id tamen fuit factum ex necessitate, quia tunc pauci erant Christiani, nec erant clerici, qui sibi Prælatum eligerent, oportebat, ergo, quòd Petrus eligeret sibi successorem, vel aliquis seipsum institueret, sed rationabilius fuit, quòd Petrus hoc faceret, & ideò cessante illa necessitate, modo non licet. Papæ sibi eligere successorem, vt nec Episcopo. c. Episcopo. cum seq. 8. q. 1. & tradit Archid. in d. cap. si Petrus. dicta q. 1. vnde Clemens ne res huiusmodi transiret in exemplum, noluit statim post Petrum succedere, sed tantum post Linum, & Cletum, & sic renunciauit Petri electioni, vt not. glo. in d. c. si Petrus. potest tamen Papa cum Cardinalibus de sui successoris electione, tractare, sed cùm non potest sibi eligere, vt not. in c. Apostolica. ead. q. & in hoc sensu intelligitur. c. si transitus. 79. dist. vbi videtur Papam sibi posse successorē eligere, quod intelligitur, vt supra, de tractatione, non autem de institutione.

Quò ad secundum, eligendus in Papam debet esse Cardinalis, si in collegio reperitur idoneus, aliàs potest creari à Cardinalibus alius idoneus extra collegium, dummodo laicus non sit. c. 1. 23. dist. vbi glo. in verbo, de gremio. c. oportebat. 79. dist. vbi Archid. sentit posse creari etiam non Cardinalem, etiam si monachus, licet contrarium videretur esse statutum in cap. si quis ex Episcopis. 79. dist. nam hodie ex c. vbi periculum. de elect. in 6. cùm ibi habeatur tantum quòd prouideatur de pastore, & non dicatur quòd debeat esse Cardinalis, vt not. ibi Franch. 1. resp. nu. 11. imò non potest crea- 26 Eligi ĩ Papam quis possit, & debeat.

F ri Car-

Non card.^lis potest eligi in Papam

Potest; dummodo non sit laicus.

ri Cardinales si in collegio non adest idoneus: vt ait Franch.in d. c. vbi periculum. & expresse Card.in clem.ne Romani. de elect .quod tamen vix fieri possit, cum semper in sacro collegio fuerint viri insignes, & nunc plurimi digni existant; in pari tamen idoneitate de collegio potius est eligẽdus prædicto; primò, nam sic electus habet maiorem cognitionem de Cardinalibus, quorum consilio agere eum conuenit quidquid agit: secundò, nam habet pleniorem informationem de ordinatione ecclesiæ, quòd non erit si nouitius assumatur: tertiò, nam habet magis consuetum vsum potestatis clauium, quibus Papa ecclesiæ præest, & magis consuetam iurisdictionem: quartò, nam de fidelibus, & subditis ecclesiæ habet pleniorem recordationem: quintò, nam tanto dominio, vt est summi Pontificis habet propinquiorem dispositionem, extranei verò repentè de paruo statu ad magnum assumpti nesciunt ferre fœlicitatem, & vti tanto dominio, & quandoque nimis restringunt, quandoq; nimis excedunt, quòd est periculum in rebus nouis constituendis, nisi appareat vtilitas, vt dicit August.de Anchona, de ecclesiast. potestate. q.3. art.6.

Secundò, eligendus in Papam debet eligi doctior, & sufficientior alijs, si æqua facilitate eligi potest, vt habetur in c.valentinianus. 63 dist. cum in Papa perfectior scientia requiratur, quàm in Episcopis, vnde eligens si credit, quòd per vocem suam augeatur numerus eligentium, tenetur eligere magis sufficientem, & doctum, quòd si conscientia dictaret ille, vt amitteret vocem suam si eligeret magis sufficientem, & doctum, tunc potest conformare conscientiam suam cum alijs, vt eligat minus sufficientem, & doctum, dummodo sufficiens sit, vt dicit idem d.q.3. art.3. quo verò ad bonitatem & sanctitatem sat est quòd sit bonus, licet consultius sit, vt eligatur doctior, & sanctior. c.licet. 8.q.1. & sic transit August. ibi d.q.3.art.4. mihi tamen videtur digniorem esse eligendum, vt dictum est supra de electione in genere, ita vt qui omisso digniori eligit dignum peccet contra iustitiam commutatiuam c.vnico.vt ecclesiastica beneficia, & d.c.licet.quæ bonitas, & sufficientia intelligitur in ordine ad regimen ecclesiæ, cum simpliciter eligendus non sit melior alijs secundùm charitatem, dummodo electus bonus sit, & aptior ad regendam ecclesiam, quàm magis sanctus, cum quis eligatur ob bonum ecclesiæ, vt ait D.Tho.2.2.q.185.art.3. & licet August.de Anchona d q.art.5. sentiat debere præferri bonum Theologum iuristæ, attamen sentirem, vt pro temporis varietate id semper non expediat, si enim vigent hæreses, bonum est, vt Theologus sit ad quæstiones fidei dirimendas, & hæreses detestandas, ac domandas, quòd si ecclesia pace potiatur, nec hæresibus, aut schismatibus perturbetur, satius erit, vt bonus iurista sit ob regimen ad quod iurista magis est aptus, quàm Theologus, qui verò pollet vtraque scientia, quod in Papa vtique deberet adesse, cum eius officium sit omnes docere, vnam tantum possidenti præferendus erit cæteris paribus, cum Episcopus debeat habere notitiam noui, & veteris Testamenti c. quæ Episcopus.23.dist.c.1. & fin. 62.dist. & etiam debet habere scientiam iuris Canonici, cum secundùm illam debeat iudicare. c.1.de consang. & affin. ergo multo magis Papa, qui deberet habere maiorem scientiam reliquis, cum sit Præpositus curæ totius Christhianitatis, vt inquit Abb.in c.cum in cunctis . 1.resp.nu. 4.de elect. & vt dignosci possit apertius qualis debeat esse eligendus in Papam, vti possumus exemplo beati Petri qui volens eligere sibi successorem Clementem, in eius persona ostendit qualis

debeat

debeat esse in Papam eligendus, dum dixit, Clementem Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado, qui mihi ab initio vsque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnouit, qui in omnibus tentationibus meis solus extitit fideliter perseuerans, quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studio debitum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex ijs qui in verbo Dei instituuntur, iniurias, vt ipse Clemens Romanus testatur in ep. 1. ad Iacobum fratrem Domini, col. 1. vel vt idem Clemens de qualitate Episcoporum. lib. 2. Constitutionum Apostolicarum tradit c. 2. cum seq. eligendus in Papam, debet esse sobrius, temperans, moderatus, constans, placidus, vt sic gregem dominicum ad virtutes amore adducat, cum eius finis sit adeptio regni cœlorum, ad quod nisi amore peruenire non potest, vt docet Origenes in Matt. c. 20. non violentus, non percussor, sed æquus, non contentiosus, non auarus, non neophitus, bene domui suæ præsideat, vacet omni culpa, sit expers iræ, misericors, liberalis, charitate præditus, facilis ad communicandum, studiosus viduarum, hospitalis, promptus ad suppeditandum, & ministrandum, sine pudore inseruiens, noscens quisnam dignior sit, vt accipiat ab eo, non acceptor personarum, nec diuitem reuerens, non turpis lucri cupidus, peccatores corrigens, pœnitentes recipiens, infirmis opem ferens, pacem procurans, curam habens ne populus, aut clerus peccet, diligenter oues concreditas custodiens, seque denique sine reprehensione subditis tanquam formam eorum in omnibus exhibens, qui tamen licet prædictis qualitatibus careat, si legitime eligatur, verus est Pontifex, & caput Ecclesiæ, & sic distet à cæteris doctrina, & sanctitate, vt cæteri eius comparatione grex dici possint, iuxta d. cap. licet ergo. 8. q. 1. & vt Sol à cæteris astris, prout docet etiam Aristoteles 3. & 4. Politic. principam tem principatu politico, & monarchico, ita differre debere, cuiusmodi hac nostra ætate, summo Dei beneficio in Beatissimo Clemente VIII. conspicitur, virtutibus omnibus cumulatissimo, sanctitate conspicuo, & doctrina, ac prudentia admirando.

Quò ad tertium, ea forma tradita est, vt sine concordi, & canonica electione Cardinalium, quis in Papam intronizari non debeat. cap. 1. 79. dist. quæ concordia ab Alexandro III. in c. licet. de elect. declarata est, vt quis in Papam eligi non possit, nisi à duabus partibus Cardinalium electus, & receptus fuerit, & qui cum minori parte Cardinalium electus, quàm duabus prædictis, electioni de se factæ assensum præbuerit, & se per Papam gesserit, tam ipse, quàm illi, qui eum receperint excommunicationi subiaceant, ipso iure, & ab ordine deponitur, & communione priuatur, præterquam in articulo mortis, ex quo textu plura colliguntur, primò, quòd Papa potest facere Constitutionem super & forma electionis futuri sui successoris ex potestate sibi tradita à Christo ligandi, & soluendi, & ordinandi quæcunq; pertinent ad totum statum totius Ecclesiæ, licet ipse sibi successorem eligere non possit, quæ constitutio æquum est, vt ex consilio Cardinalium dicto collegio approbante, non autem disponente fiat, vt dicit Abbas in d. c. licet. nu. 2. Secundò colligitur, quòd vox electi computatur in numero duarum partium, si fiat scrutinium publicè, nam si secretò fieret, cum ipse ignoret an sit electus ab alijs non potest dicere, eligo me ipsum, quia sic esset ambitiosus, vt ait Abb. ibid. nu. 13. c. cum in iure de elect. Tertiò colli-

27 Electio Papę qua forma sit fienda, & quæ in ea vitāda.

gitur, quòd duæ partes intelligũtur de ijs qui sunt præsentes in Concilio, vel Conclaui, dummodo alij fuerint expectati, iuxta d.c. vbi periculum. de elect.in 6. vt ibi dicit Abb. nu.14. vnde si duo tantum sint in Conclaui, vnus poterit eligere alium, si alius consentiat electioni, vt ibi dicit in fi. & si à principio non consentiunt, & postea consensus ascendat ad perfectum numerum, electio illa Papæ licet nulla, poterit conualidari, vt ibid. dicit. nu.8.& sic contra Papam electum à duabus partibus Cardinalium, non potest opponi aliqua exceptio d.c.licet. & non potest etiam opponi qui sit illiteratus, nec quòd per ingenium, cautelam, præsumptionem, electus sit, nisi talis sit, quæ ipso iure annullet electionem, poterit tamen opponi, q. aliquis elector non fuerit Cardinalis, & omnis exceptio, quæ naturaliter, vel iure diuino infert illum non esse Papam, vt quòd sit hæreticus, mulier, furiosus, vel infans, vel quòd violenter, vel simoniacè electus sit Papa, cum in his casibus electio sit nulla, quæ tamen intelliguntur posse opponi antequam adipiscatur possessionem, vel administrationem, nam post non posset excipi, sed deberet accusari, vt ait Abb.in d.cap.licet.nu.4.& 10. cum seq. quod verò dicitur de concordia, intelligitur si non adsit metus, vt quia electores compellantur per impressionem eligere certum, quia tunc ipso iure non valet electio, vt quia tirannus cum exercitu magno iuit ad vrbem, & compulit aliquem eligi debere, secus si compulit eligere ex certo genere personas, iuxta dicta superius, vt ibi dicit in d.c.nu.12.similiter si metu venit ab intrinseco, vt quia vna pars Cardinalium licet minor perfecto numero incipit adorare aliquem in Pôtificem, quasi communi inspiratione, & alij timentes ne absque illis electio concludatur, & ita ne Papæ suspecti reddantur, accedant ad eum adorandum, & ita in Papam eligendum, cum aliàs hoc timore remoto eum non elegissent, nam tũc electio tenet, nec metus illam inualidat, cum timor ille veniat ab intrinseco, quo casu dicitur simpliciter voluntarium, non autẽ ab extrinseco, & violento, vbi adest ratio inuoluntarij, vt notabiliter distinguit Philosophus 2.Ethic.& habetur latè in Sacramento Matrimonij, in impedimento metus, sic etiam concordia intelligitur de canonica, & legitima, vnde si quis per simoniacam labem in Pontificatus culmen fuerit euectus, vel populari tumultu, apostata est, & alius eligi debet. c.si quis pecunia.79.dist. & per Bullam Iulij II. primam, incipientem, Cum tam diuino, dat.1515. 9.Calendas Februarij, declaratur huiusmodi electionem esse nullam; & contra electum de simoniaca labe à quocunque Cardinali, qui electioni interfuerit, tanquam de vera hæresi opponi posse, & Cardinales simoniacè eligẽtes, & alios huiusmodi electionis participes beneficiis quę possident, & honoribus ipso facto priuatos esse, & ad alia inhabiles factos, & excommunicationem Papæ reseruatam, ex quibus iuribus multa specialia inueniuntur in electione Papæ, quæ in alijs electionibus non concurrunt: primò, quòd requirantur duæ partes eligentium: secundò, circa modum scrutandi, vt scilicet eligantur duo genera scrutatorum, & primò, tres, qui scrutentur vota omnium, & alij tres, qui scrutentur vota illorum, & quòd ij tres sint de quolibet ordine Cardinalium: tertium, quòd quilibet potest nominare quos, & quas vult, nec oportet, vt eligens dicat, consentio in talem, dummodo actu consentiat: quartum, quòd non est differentia in ordine nominationis, non enim refert an vltimo nominatus sit electus, sat enim est quòd sit electus à duabus partibus, quod etiam procedit in alijs electionibus, quia primo nominatus non

habet

habet maius ius: quintum, est in accessu, nam durante scrutinio, licet publicato, possunt tamen Cardinales accedere ad electum per alios, & augere numerum eligentium, & recedere à prima electione, nisi electus à minori parte se gesserit pro Papa, quia tunc alij non possunt ad eum accedere cum sit excommunicatus: sextum, nam publicato scrutinio licet eligens nō possit variare simpliciter electionem, licet ab ipso solo sit electus, potest tamē variare per accessum, accedendo ad electum per alios, cum in aliis electionibus publicato scrutinio electores, id non possint: septimum, ꝙ in alijs electionibus collatio fit solum quò ad numerū, sed etiam quò ad meritum, in hac verò attenditur solùm numerus eligentium: octauum, quòd hic non admittitur exceptio cōtra electum, nisi modo, vt supra, secus in alijs: nonum, vt absentes non vocentur, sed tantum expectentur: decimum, quòd hic nulla forma est tradita in electione, quia possunt eligere vt volunt, modo duæ partes consentiant: vndecimum, quòd hic requiruntur duæ partes eligentium alibi maior tantum pars: duodecimum, quòd electiones aliorum egēt confirmatione, non autem ista: decimumtertium, quòd contra eligentes non potest excipi qui sint excommunicati, suspensi, vel interdicti, vt in alijs: decimumquartum, quòd in Papa eligendo non determinatur certa ætas, vnde sufficit, quòd habeat trigesimum annum completum, vt Episcopi. Abbas in d. cap. licet. num. 8.

Vt verò celerius Papæ electio expediatur Gregorius decimus in Concilio generali Lugdunensi, vt habetur in cap. vbi periculum de elect. in 6. statuit, vt si Papa in ciuitate, in qua cum sua curia residebat moriatur, Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur, non autem ipsos vocare, vel citare, quibus elapsis, vel absentes veniunt, vel non, tunc omnes præsentes conueniant in Palatio Papæ, singulis, singulis tantummodo seruientibus clericis, vel laicis contenti, nisi patens necessitas aliud suaserit, quia tunc duo permittuntur, in quo Palatio vnum Conclaue nullo intermedio pariete, vel alio velamine omnes inhabitent in communi: quòd (reseruato libero ad secretam cameram aditu) ita claudatur vndique, vt nullus intrare illuc valeat, vel exire nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secretè loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant; nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro iis tantum, quæ ad electionis instantis negotium pertinent vocarentur. Nulli etiam fas sit, ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuntium mittere, vel scripturam. Qui verò contrafecerit, scripturam mittendo, vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo, ipso facto sentētiam excōmunicationis incurrat. In Conclaui tamen prædicto, aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad victum commodè necessaria ministrentur, sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus: verū si (quòd absit) intra tres dies postquam (vt prædicitur) Conclaue præfatum ijdem Cardinales intrauerint, non fuerit ipsi Ecclesiæ de pastore prouisum, per spatium quinque dierum immediatè sequentium, singulis diebus tam in prandio, quàm in cœna vno solo ferculo sint contenti, quibus (prouisione nō facta) decursis, ex tunc tantummodo panis, vinum, & aqua ministrentur eisdem, donec eadem prouisio subsequatur. Prouisionis quoq; huiusmodi pendente negotio dicti Cardinales nihil de camera Papæ recipiant, nec de alijs eidem Ecclesiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque: sed ea om-

nia ipsa vacatione durante, sub eius (cuius fidei, & diligentiæ camera eadem est commissa) custodia maneant per eum dispositioni futuri Pontificis reseruanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc à receptione quorumlibet redituum, ad eos spectantium abstinere: donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant, ijdem quoque Cardinales, accelerandæ prouisioni, sic vacent attentius, quòd se nequaquàm de alio negotio intromittant, nisi forsan necessitas adeò vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipsius ecclesię defendenda, vel cuius parte aliqua prouidere, vel nisi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quòd omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sanè si aliquis ex prædictis Cardinalibus Conclaue prædictum, vt supra, exprimitur, non intrauerit: atque intrans absque manifesta causa infirmitatis exierit, ipso minimè requisito, nec in eiusdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad eligendum summum Pontificem liberè procedatur. Si verò infirmitate superueniente, idem Conclaue ex eis aliquem exire contingat; ipsa etiam infirmitate durante poterit eius suffragio non requisito ad electionem procedi: sed si ad alios post sanitatem sibi reditam seu ante, redire voluerit: vel etiam si alij absentes, quos per decem dies statuitur expectandos, superuenerint, antequam eidem ecclesiæ sit de pastore prouisum, in eodem negotio in illo statu in quo ipsum inuenerint, admittantur: præmissa tam de clausura, quàm de seruientibus cibo, ac potu, & reliquis cum alijs seruaturi. Quòd si quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum sua curia residens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate, in cuius territorio, seu districtu idem Pontifex obijt, conuenire, nisi sit forsitan interdicta, vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat: quo casu in alia viciniori conueniant, quæ similiter nec interueniendo subiaceat, nec sit, vt prædicitur apertè rebellis: in hac etiam ciuitate, tam quò ad expectationem absentium, quàm quò ad habitationem communem, clausuram, & cætera omnia in domo Episcopali, vel alia qualibet eisdem Cardinalibus deputanda, eadem obseruentur, quæ superius obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum sua curia residebat, sunt expressa; mandans insuper, vt Domini, & alij Rectores, & Officiales ciuitatis illius præmissa omnia, & singula sine fraude, & dolo faciant plenè obseruari, & statim coram clero, & populo ciuitatis ad hoc conuocando, audito obitu Papæ præstent corporaliter iuramentum; & si prædicta nō obseruauerint, vel fraudem in eis commiserint, cuiuscunque sint dignitatis, & status, remoto omni priuilegio, eo ipso excommunicationem incurrant, & perpetuò sint infames, nec vnquam ad dignitates illis aditus pateat, & eo ipso feudis, & bonis alijs, quæ à Romana Ecclesia obtinent ipso facto priuati existant, & ciuitas prædicta sit interdicta, & Pontificali dignitate priuata; mandans insuper Cardinalibus, vt omni passione deposita, quam celerrimè fieri potest, amotis pactionibus, obligationibus, de idoneo Ecclesiæ pastore prouideant, aliàs graue peccatum incurrant, vt omnes conuentiones, & obligationes etiam iuratæ cassantur, & annullantur, & prorsus irritantur; monens denique, vt in omnibus ciuitatibus, & locis insignibus cū primùm obitus Papæ notus fuerit factus à clero, & populo solemnibus pro eo exequijs celebratis, singulis diebus, donec Papæ electio facta fuerit, humiles preces fundantur ad Dominum, vt sic concordes reddat Cardinales in eligendo,

gendo, vt celer prouisio concors, & vtilis, prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit vtilitas, ex ipsorum vnanimitate sequatur, præcipiens Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, & cæteris verbi Dei concionatoribus, & frequenter clerum, & populum ad preces dicta de causa fundendas, & ieiunia simul cum oratione iungenda solerter hortentur.

Hodie verò, si contigerit summum Pontificem extra Vrbem ex hac luce migrare, tenentur Cardinales ad Vrbem conuenire, & ibi Papam eligere, ex Bulla Eugenij Papæ, quam sanctissimo D.D. Clemente VIII. nunc temporis innouauit, & sanctissimè publicari mandauit.

Ex Bulla demũ Pij IIII. sexagesimaprima, incip. In eligendis, dat. 1562. septimo Idus Octobris, statuitur, vt iuxta decretum Concilij Lugdunensis, Cardinales præsentes, absentes per decem tamen dies expectare teneãtur, & interim solitæ nouem continuorum dierum exequiæ peragantur, quo tempore si festum solemne occurrerit, quo exequiæ essent omittendæ, dies ille inter nouem computetur, & expensæ exequiarum inter pauperes distribuantur, & funus simplicius fiat, quam cõsueuit; ita vt expensa illius præter regalia populo Romano, præstare solita decem millium aureorum summam non excedat, lapsis verò decem diebus à die obitus, sequenti die Missa de Spiritu sancto celebretur, & Cardinales præsentes statim Conclaue ingrediantur, & omissis Capitulis, mox in electionis negotio procedat, & singulis diebus scrutinium fiat, & in primo scrutinio etiam accedere liceat; & lapsis decem prædictis diebus, non expectatis Cardinalibus etiam Legatis de latere, electio Papæ, vel intra, vel extra Conclaue facta impugnari non possit; sede verò vacante collegium Cardinalium in his, quæ ad Papam pertinebant nullam potestatem habeat, nec gratiam, nec iustitiam faciendi, nec factam per Pontificem mortuum executioni mandandi, sed ea omnia futuro Pontifici reseruentur, nec de statu temporali Romanæ Ecclesiæ, nec de pecunijs cameræ Apostolicæ, præter casus infrascriptos, quicquam disponere possit, præter summam dictorum decem millium aureorum, & pro victu familiæ Pontificis ante ingressum Conclaue, & post, & pauperum officialium Palatij sustentationem, & elemosynas consuctas, & defensione terrarum Ecclesiæ, custodia Vrbis, & Conclauis, & regalibus populo Romano debitis: quæ impensæ pro defensione locorum Ecclesiæ de consensu maioris partis Cardinalium fiant; statuitur etiam quòd tres Cardinales antiquiores ex quolibet ordine, vnus simul cum Camerario, post mortem Papæ ius habeant congregandi alios Cardinales, & proponendi necessitates occurrentes in congregationibus, & vt Conclaue vndiq; bene claudatur curam habendi, quorum officium tertia die post Conclauis ingressum expiret, & alij tres tertio quoque die cum eodem Camerario in dicta potestate succedant; Pœnitentiarius verò maior ea quæ ad forũ conscientiæ pertinent expedire possit, vnde à matrimonialibus, & alijs dispensationibus, & absolutionibus, & alijs expeditionibus forum fori missiuis, vel separatim respicientibus abstineant; Camerarius verò non nisi in necessarijs causis se ingerat, Datarij verò officium omnino quiescat, ita vt nõ solùm datas per eum antea notatas extendere non possit, sed supplicationes gratiarum, & iustitiæ penès eum, vel ipsius ministros existentes, licet datatæ fuerint, collegio Cardinalium statim sub sigillo clausas præsentare teneatur, futuro Pontifici reseruandas, nec Cardinales, aut Prælati signaturæ

gnaturæ gratiarum,& iustitiæ, sede vacante supplicationes,& commissiones aliquas,licet supplicantes paruas datas,vt moris est ante obtinuerint, signare valeant,aliter à futuro Papa puniantur; mandans quòd cellæ Conclauis Cardinalibus sorte distribuantur, nec liceat eas mutare,etiam causa infirmitatis,vel illas dilatare, vel desuper ædificare, licet Decanus sit. Post Conclauis verò ingressum interdicitur, & expressè prohibetur, sub officiorum, & beneficiorum priuationis pœna, atque etiam sub alia arbitrio Gubernatoris ad custodiam Conclauis deputati soliti infligenda, ne quis immediatè supra,aut infra Conclaue,seu à lateribus habitare,vel morari possit; quæ loca muris claudi,& à Præsidentibus custodiæ Conclauis, ac à dicto Gubernatore sæpius visitare debeant, & si qua fraus commissa fuerit,teneatur ipse Gubernator sub periurij pœna,eo ipso incurrenda, & alia arbitrio futuri Pontificis infligenda, delinquentes huiusmodi Cardinalibus pro tempore deputatis reuelare, curareque, vt delinquentes ipsi carcerentur,& acriter puniantur; teneantur quoque Cardinales pro tempore deputati cellas Cardinalium, & alia Conclauis loca sæpius visitare, & diligenter perquirere ne in ipsius Conclauis muris,aut laquearibus,seu pauimentis vetita foramina fiant. Et si quòd tale deprehensum fuerit authores priuationis officiorum, & beneficiorum, ac alijs etiam corporalibus,& seuerissimis pœnis, Gubernatoris, ac etiam futuri Pontificis arbitrio afficiatur,& conscij de præmissis eisdem pœnis teneantur, nisi statim, si intra Conclaue fuerint,eisdé Cardinalibus deputatis, si verò extra Conclaue Gubernatori,& Prælatis Præpositis reuelauerint. Qui quidem Gubernator,& Prælati sub periurij pœna in hoc inuigilare,& opportunè prouidere debeant; quilibet autem Cardinalis in Conclaui duobus seruientibus clericis, vel laicis contentus sit, infirmis autem, vel grauiter affectis à maiori parte collegij per secreta suffragia tertius ad summum indulgeri possit; qui seruientes familiares domestici, & continui commensales ipsius Cardinalis,& ab anno ante fuisse,& tunc esse debeant, & non mercatores, ministri Principum, domini temporales,& iurisdictionem habentes,neque fratres, aut nepotes Cardinalium, etiam si expensis eorum viuerent; & de qualitatibus Conclauistarum Cardinales deputati ante Conclauis ingressum diligenter inquisitionem habere, & eos approbare, ac post ingressum denuò diligenter prouidere debeant. Sacrista quoque cum vno clerico coadiutore in officio sacristiæ,duo quoque magistri cæremoniarum Conclaue ingrediantur Missis celebrandis, & alijs quæ ad ipsos pertinent vacaturi; adsit præterea vnus religiosus pro confessionibus audiendis à maiori parte Cardinalium per secreta suffragia eligendus, vnus collegij Secretarius tantum, duo Medici, vnus Chirurgus, vnus Aromatarius, cum vno, aut duobus seruientibus; item octo, aut decem seruientes publicæ vtilitati,& commoditati omnium veluti pro lignis portandis, pro vertendo Conclaui, & similibus necessarijs ministrandis, qui omnes à collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicuius Cardinalis, per fabas secretas eligantur,ita tamen,vt is obtineat,qui plura vota tulerit, & eius salaria de publico persoluantur. Quòd si vltra præfatas personas in Conclaui aliquis inuentus fuerit,expelli statim debeat, & si quis vspiam se occultare deprehendatur ignominiosè expellatur, & infamia notetur,& officijs, atque beneficijs priuetur, conscij verò sub eadem pœna illa collegio reuelare teneatur;& si quis fortè(quòd absit)clam ipsum Conclaue,& aliundè quàm post

ostium ingrediatur, omni honore, gradu, ac officio, & beneficio, ipso facto priuatus existat, & tradatur curiæ seculari acerrimis pœnis puniendus: literas verò, aut cuiusuis generis scripta ad eos, qui in Conclaui erunt, seu nuntium, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra è Conclaui ad eos, qui foris erunt, vllo modo liceat, qui contrafecerint, quacunq; dignitate præditi, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant pœnę excommunicationis latæ sententiæ subiaceant, absoluendi facultate, præterquã in mortis articulo, soli Pontifici Maximo reseruata, à quo nihilominus pro qualitate delicti vltra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt; prohibendo etiam super futura electione Pontificis sponsiones, quas excommissas vocant, fieri, & si fortè contra pręsentium tenorem factæ fuerint, illas nullas, & irritas in iudicio, & extra fore, & omnino censeri, & contrafacientes, ac prosenetas arbitrio Gubernatoris, & futuri Pontificis, puniri debere decernitur. Cardinales autem primò, ipso die, quo Conclaue ingressi fuerint, tam in prandio, quàm in cœna vno solo ferculo vnius speciei tantum eoque moderato, & aliàs iuxta Constitutionem præfati Clementis VI. qualificato contenti sint, & esse debeant, nec quisquam in alterius cella, vel de alterius ferculo vescatur; Prælati quoq; ad custodiam Conclauis deputati sub pœna periurij, & suspensionis à diuinis, maxima, & exquisita diligentia vtantur in inspiciendis, ac perscrutandis epulis, & alijs rebus, ac personis Conclaue intrantibus, & de eo exeuntibus, ne sub earum rerum velamine literæ, aut notæ, vel signa aliqua transmittantur. Quòd si tale quid inuentum fuerit, familiares Cardinalium, aut alij delinquentes, pœnam priuationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta, & obtinenda incurrant, & vlterius per Gubernatorem carceribus mancipentur, exinde nisi de mandato noui Pontificis minimè relaxandi, sed eius arbitrio acrius puniendi, omni facultate collegio Cardinalium in fauorem quorumcunque, qui in præmissis, vel eorum aliquo deliquerint quicquam faciendi, omnino interdicta. Conclauistæ verò, & quicunque alij seruientes, Conclaue ex causa infirmitatis manifestæ, & notabilis à Medicis medio iuramento probatæ, & de consensu deputatorum, quorum etiam conscientia desuper oneratur, & non aliter exituri, nullo modo reuerti possint, sed eorum loco alij eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt, ingrediantur. Statuitur etiam & declaratur, quòd si fortè aliquis Cardinalis saltem in diaconatus ordine constitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat. Cardinales autem per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi enixè hortans, ac eis nihilominus sub diuini interminatione iudicij præcipiens, vt attendentes magnitudinem ministerij, quod per eos tractatur in dandis suffragiis, ac aliis omnibus, & singulis electionem quomodolibet, concernentibus, omni dolo, ac fraude, factionibus, & animorum passionibus remotis, ac Principum secularium intercessionibus, cæterisq; mundanis respectibus minimè attentis, sed solum Deum præ oculis habentes, sese purè, liberè, sincerè, quietè, & pacificè gerere, & habere debeant, nec pro ipsius Pontificis electione conspirationes, condicta, pactiones, & alios illicitos tractatus inire, signa, aut contra signa votorum suorum alteri dare, minasve aliquibus inferre, tumultus excitare, aut alia facere, per quæ electio retardetur, vel minus liberè suffragia præstentur, per se, vel alium directè, vel indirectè, quouis colore, vel ingenio audeant, vel præsumant; quòd si secus fecerint, aut con-

tra prohibita in præsenti Constitutione aliquid commiserint, vltra diuinam vltionem, arbitrio futuri Pontificis pro modo culpæ in eos quandocunque animaduerti possit. Quia verò parum esset iura condere, nisi forét qui executioni ea mandarent, statuitur, vt Prælati, Rectores, Officiales Vrbis, ac Principum Oratores illustres viri, quos omnes a collegio pro custodia Conclauis eligi continget, (eligere autem collegium debebit eos, qui ad id magis idonei videbuntur) præmissa omnia plenè, & inuiolabiliter, ac sine fraude, & dolo aliquo obseruari faciant, de quo corporale iuramentum coram ipso collegio ante ingressum Conclauis, & quoties opus fuerit, præstare teneantur, quæ quidem nisi fecerint, vel si in eis dolum, & fraudé commiserint, prædictas pœnas, & cæteras in dicta Constitutione Gregorij X. contentas incurrant; volens etiam neque per Prælatos, neque per Rectores, aut Officiales præfatos, vltra quam præmittitur, Cardinales arctari, neque præsentes has Constitutiones per collegium Cardinalium vllo modo alterari, corrigi, aut immutari posse, sed illas coram omnibus de verbo ad verbum in prima congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclauis ingressum, legi, & iurari, eo modo, quo leguntur, & iurantur Constitutiones Iulij II. & aliorum prædecessorum, quorũ Constitutionibus, & iuribus, vltra præmissa per hanc Bullam nullatenus derogat; & ad tollendas dissensiones, & occasionem schismatis, mandat, vt Cardinales prætextu prædictarum censurarum, & excommunicationum, ab electione Papæ actiuè, vel passiuè excludi non possint, quas ad illum tantum effectum suspendit, decernens ipsas solum ipsum afficere qui deliquerit, non autem alios, Conclaui durante, cum eo versantes, & hanc Bullam obseruari debere vbique, etiam extra Vrbem, vbi electio Papæ fieri contigerit, & afficiat omnes Cardinales absentes, præsentes, & futuros, nullusque eius ignorantiam prætendere possit.

Ex qua Bulla, iuncto d. cap. vbi periculum plura colliguntur, & primò, ex d. c. cum ibi not. quòd certus numerus Cardinalium non est à iure taxatus, sed est in arbitrio Papæ. clem. ne Romani. ver. omnes. de elect. vt dicit Franc. in d. c. vbi periculum. in princ. num. 6. hodie tamen ex Bulla Sixti V. de Cardinalibus, statuitur, vt non excedat numerum septuaginta. Secundò, quòd non est de substantia, quòd electio fiat in Conclaui, & in Palatio Papæ, nam si fiat à duabus partibus præsentium, alibi valeret electio, & nil posset opponi contra electum, vt ibi dicit, nu. 8. Tertiò, quòd electores non debent expectare nuntios Imperatoris in electione Papæ, vt dicit ibi num. 14. Quartò, quòd intra decem dies datos absentibus non potest deueniri ad electionem, licet certum sit q absentes in tempore venire non possint, quòd si aliquis Cardinalis non expectatus debito tempore vult agere de contemptu, id non potest si electio est facta à duabus partibus collegij Cardinalium omnium, & non præsentium tantum, ita quòd vox illius nil operata esset, post decem verò dies præsentes eligere possunt absolutè, licet duo tantum essent præsentes, imò si vnus solus, quia ius collegij remanet in illo solo, qui tamen, vt supra est dictum, non posset eligere seipsum, vt ibi dicit num. 15. 16. & 17. Quintò, quòd cum nuntij, & literæ, missio, ac loquutio prohibita sit ad Cardinales existentes in Conclaui, tamen si quis accedat ad illum locum, licet prohibitum, excommunicationem non incurrit, si prædicta non facit, nec etiam si palam loquitur, & non secretè. Sextò, colligitur, q licet in alijs electionibus, iusto impedimento impeditus possit

alteri committere vocem suam.cap.si quis iusto.de elect.in 6. tamen in electione Papæ Cardinalis absens ex iusta causa, vel recedens, non potest vocem suam alteri Cardinali committere, vt ibi dicit Franc.in §.sanè.num.2. & si causa infirmitatis recederet de Conclaui, debet admitti intrare volens, si verò renunciat voci suæ purè, & simpliciter non subsistente causa infirmitatis, tunc valet renunciatio, & pœnitere non potest, quod intelligitur si exit de Conclaui, vel non intrat, quia tunc ex hoc solo excluditur, nec amplius est admittendus, si enim staret in Conclaui, vel debito tempore intraret posset indistinctè pœnitere, vt ibi dicit, nu.6. Septimò, colligitur, quòd electio Papæ debet fieri in ciuitate, non in castro, vel alio loco, nisi talis locus sit insignis.cap.statutum.de rescript.in 6.vt ibi dicit num.3. Hodie verò Romæ tantum, vt supra. Octauò, quòd si Cardinales omnes exeant Conclaue non electo Papa, simul, vel successiuè, possunt compelli per dominum temporalem iterum intrare, nisi allegent iustum metum, quo tamen casu, non timentes, sed ingredientes possunt eligere, nisi omnes allegét metum, vt quia dicant impressionem sibi fieri, vel dominum temporalem non sufficere ad eos reddendos tutos, nisi dominus ille se offerat ad seruandum formam.d.c.vbi periculum.de elect.in 6. & si omnes habent eum suspectum, possunt accedere ad locum tutum, & si aliqui exeunt territorio, & alij remanent, illi possunt eligere. §.porrò. vbi glo.& Card. hodie tamen, vt supra, electio Romæ est fienda.

Ex Bulla verò prædicta colligitur, primò, quòd vltimo die, quando Cardinales transactis decem diebus volunt intrare Conclaue, possunt eligere Papam etiam extra Conclaue. Secundò, sede Pontificali vacante, collegium Cardinalium non succedere plenè in iurisdictione Pontificali, vel potius Papa mortuo, cum sedes apostolica nunquam moriatur. cap.si gratiosè.de rescript.in 6. vnde gratia collata ad sedis beneplacitum non annullatur Papa mortuo, secus si ad beneplacitum Papæ d.cap.& c.pudenda. 24.q.1.§.1. 21.dist. vnde Cardinales, sede vacante dispensare non possunt in iure, nec exercere illa quæ ad Papam pertinent. clem.ne Romani. vbi Doct.de elect. officium tamen Camerarij, & maioris Pœnitentiarij, vel minoris, sede vacante, non expirat, & ideò tunc collegium Cardinalium, aliquibus ex prædictis deficientibus, potest, si concors fuerit, alios eorum loco ad tempus sufficere d.clem. §.eo tamen. non tamen possunt exercere ea, quæ pertinent ad gratiam, & iustitiam, vt in hac Bulla continetur, nec Episcopos deponere.cap.nullus.2. 79.dist.

Potest tamen collegium Cardinalium excommunicare impedientes electionem futuri Pontificis, & inti usum anathematizare.cap.si quis pecunia. 79.dist.& d.clem. §.porrò. dummodo prædicta fiant ab vniuersis, nó autem vt à singulis.c.olim.de rescript. similiter non expirat iurisdictio Cardinalibus Inquisitoribus, vt nec expirat causarum cognitio eiusdem sanctæ Inquisitionis.c.ad abolendam. de hæret. potest etiam collegium Cardinaliū, sede vacante, concilium indicere, ex vrgenti tamen, & non leui causa, cum alias solius Papæ authoritate celebrari debeat. c.dudum.3.q.5.clem.ne Romani.vers.irritum. vbi Card. de elect. & ita censuit Host.in cap.cum ex eo. extra de pœnit.potest etiam restituere famæ d.clem.vers.irritum.& eo tempore ad Cardinales appellatur, vt not. Bart. in l.vbi adsunt.ff. de tut.& curat. & pariter possunt confirmare nuntios in eorum legationibus, non possunt tamen Indulgentias concedere, vt dicit Cardin.in d.clem. & §.num.5.

nec inter se habent authoritatem coactiuam, nisi repellendo resistentes ele ctioni Papæ, adeò vt si quem ex eorum gremio ad aliquid delegare vellēt, inuitum cogere non possent, vt ait Card.q.2. nec possunt conferre beneficia vacantia. d.clem. cum in alijs se miscere non debeant, nisi in Papam eligendo. d.c.vbi periculum. de elect. in 6. cum cætus Cardinalium non sit caput Ecclesiæ, cum non congruat caput consistere ex pluribus viris, vt ait Archid. in d.c. nullus. 79. dist. licet Cardinales eo tempore Ecclesiam repræsentent. arg.c. cum clerici. de verb. sign. & licet Doctores dicant Cardinales posse ius condere, vt Senatores, in c. vt constitueretur. 50. dist. ex c. ecclesia. 16.q.1. & notant Doct. in d.clem. ne Romani. tamen ex præsenti Bulla ego modo dubitarem; ex quibus omnibus patet, q potestas Papæ eo mortuo remanet in collegio Cardinalium, sicut radix se habet ad arborem, vel ad ramum; vnde sicut potestas rami, vel arboris, quæ floret, & fructum producit, remanet in radice, ipso ramo, vel arbore destructa: sic potestas Papalis remanet in collegio, vel in Ecclesia, ipso mortuo: in collegio, vt in radice propinqua, & in Ecclesia Prælatorum, & aliorum fidelium, vt in radice remota: secundò, talis potestas remanet in collegio, quò ad id quod est in Papatu materiale, quia Papa mortuo potest collegium per electionem personam determinare ad Papatum, vt sit talis, vel talis, & sicut radix producit arborem, mediante qua floret, & fructum facit, sic collegium potest eligere Papam, mediante quo floret, & fructum facit in Ecclesia; si verò nomine potestatis Papalis intelligitur iurisdictio eius authoritatis quod est quid formale, sic talis potestas nunquam moritur, quia semper remanet in Christo, nam vt nomine potestatis Papalis, intelligitur actualis administratio, quæ est quid materiale, & formale in Papatu, sic talis actualis administratio moritur Papa mortuo, quia non remanet in collegio, nisi quantum per statutum prædecessoris est illi commissum, nec hoc modo remanet in Christo, cum de communi lege post resurrectionem, nō sit executus talem potestatem, præter institutionem aliquorum Sacramentorum, nisi mediante Papa, vnde Papa mortuo collegium Cardinalium non potest dispensare in Constitutionibus, vel addere, vel minuere, aut ordinare aliqua, quæ spectent ad Papæ iurisdictionem, d.clem. ne Romani. & generaliter collegium papa mortuo nil potest, nisi quod est ei permissum, vel commissum per statutum prædecessoris, vt bene not. August. de Anchona d.q. 3.art.8.& 9.

28 Electionis Papæ effectus quis sit.

Quò ad quartum, & vltimum. Electus in Papam à Cardinalibus, iuxta formam, & modum prædictum, toti Ecclesiæ, vt caput eius coniungitur, & id absq; alia confirmatione; cum nō sit in terris aliquis superior ad quem pro confirmatione petenda recursus haberi possit, vnde eligendo confirmatur, & confirmando eligitur, & statim habet plenam, & liberam administrationem totius Ecclesiæ. cap. in nomine domini. 23. dist. c. licet. vbi glo. fi. Abb. & alij de elect. not. Host. in sum. de elect. §. 18. in fi. eo enim casu canonica Papæ electio confirmatur à Christo, vndè Papa si consideretur, vt homo, & sic persona, sic est à Patre suo: si verò spectetur coniunctio eius ad Papatum, sic est ab hominibus, quia per electionem Cardinalium, & ipsius assensum constituitur: si verò in eo consideretur Papatus, & sicut est Papa, sic est à Deo, & ideò licet Cardinalium sit eligere talem personam ad Papatum, tamen potestas illius non est à Cardinalibus, sed immediatè à Deo, & statim, vt est electus, & ipse assensit, electio illa confirmatur à Christo, vt ait Caiet. de potestate Papæ, & Concilij. c.3. & 20.

Post

Post electionem, Papa consecratur, cuius consecrationis figura præcessit in lege veteri, cum summus Sacerdos vngebatur oleo, quod Nazer appellabatur, & ab ea vnctione, qui inuncti sunt, Nazarei sunt dicti, Leuit. c. 21. vt refert Eusebius de demon. Euang. lib. 4. c. 15. & lib. 7. c. 5. & in consecratione Sacerdotis summi cum impositione sacræ thiaræ capiti, vt habetur Exo. 20. inungitur verò Papa à Cardinali Episcopo Hostiēsi, in hæc verba. Ego te inungo in Pōtificem Vrbis, & Orbis, ad designandam inuestituram, qua ostenditur visibiliter Papam esse Vicarium Iesu Christi, & eius in terra vices gerentem. cap. 2. de transl. Episc. & inungitur in capite ad denotandum eum esse caput Ecclesiæ, Cæsar verò in humero, armo, vel brachio, ad significandum eum esse non caput, sed membrum Ecclesiæ, vt notant Doct. in c. 1. de sacra vnct. c. quis dubitet. 96. dist. cap. considerandum. 50. dist. not. Bal. in c. pastoralis. de rescript. ex qua consecratione maxima deriuat virtus in Papam, vnde omnia Ecclesiæ membra vitam sumere videntur, vt & res inanimæ ex cōsecratione, vel dedicatione virtutem diuinitus sumunt. c. pudenda. c. loquitur dominus. 24. q. 1. & etiam inungitur oleo, ad demonstrandum nitorem eius conscientiæ, & balsamo, ob quod exprimitur odor bonæ famæ, eius manus inunguntur, quæ significant operationes, ad significandum, quòd operari debet bonum ad omnes, maximè verò ad domesticos fidei, & propter ministerium, & officium, caput verò balsamo inungitur, vt significetur eum diligere debere Deum ex toto corde, ex tota mente, & tota anima, & proximum sicut seipsum, & ad ostendendum eius authoritatem, & dignitatem, vt habetur in cap. 1. de sacra vnct. vbi Abbas, & alij. 29 Papa electus consecratur, & quomodo.

Vltimo loco, Papa electus ante consecrationem nomen sibi mutat, quod introductum est post quatuorcentum annos post incarnationem, vt notat Archid. in 6. in princip. idque rationabiliter factum est, vt ibidem dicit: Primò, exemplo Christi, qui summo Pontifici, quem suum Vicarium constituit, mutauit nomen proprium, cum antea vocaretur Simon Bariona, Matth. 16. & Ioan. vlt. & Christus vocauit eum Cœphas, idest Petrum. Ioan. 1. Secundò, ad innuendum, quòd totus debet innouari in re, & sanctitate conuersationis, sicut mutatur in nomine quidquid est in eo de veteri homine, vt tollantur defectus ab eo, & passiones, & induat nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Tertiò, vt si aliqui habent nomen indecens, eis mutari possit: vt inquit D. Anton. 3. p. tit. 22. cap. 8. & hæc sufficiat dixisse de Romani Pontificis electione ad laudem Dei Optimi, & Maximi, cui immortales gratiæ habeantur, quòd paulò post ingressum, Conclauis Clementem Octauum, totius Ecclesiæ Pastorem, virum, moribus grauem, prudentia insignem, sanctitate perspicuum, & omnium iurium scientia admirandum, nobis donauit, quem ipsius Maiestas, ad Ecclesiæ sanctæ salutem, & tranquillitatem incolumem, diu conseruare dignetur. 30 Papa elect. mutat sibi nomē.

Imperator verò eligitur ex Papæ priuilegio à septem Electoribus, & statur maiori parti electionis eorū, & si duo paribus suffragijs sint electi, Papa gratificat cui vult, quem & confirmat. Cucchus dicto tract. num. 353. cum sequent. qui non sit Hæreticus, Paganus, Sacrilegus, Excommunicatus, &c. 31 Imperator, vt eligatur.

SUMMARIUM.

1 *Collatio quid sit in beneficijs.*
2 *Collatio beneficiorum à quo fieri possit.*
3 *Ad Collationem bonam quæ requirantur, & quæ eam impediant, quæ beneficia conferri possint, & à quo.*
4 *Beneficia quibus modis vacent, maximè per secundi adeptionem.*
5 *Beneficia quot, & quibus modis deuoluantur.*
6 *Beneficia reseruata quæ sint Papæ, & vt de eis non dispenendum.*
7 *Beneficia quæ simpliciter cuicunque conferri non possunt.*
8 *Collatio vt valeat, debet is cui confertur, id acceptare, & quomodo.*
9 *Collationis effectus quis.*
10 *Prouisus de beneficio debet mitti in possessionem, à quo, & quomodo.*

De Collatione. Cap. V.



DICTO in superioribus, de primo modo, quo quis assumitur ad Prælaturas Ecclesiasticas, & iure quod ad eas acquiritur, nempè de electione, sequitur recto ordine dicendum de Collatione per quam quis plenum ius in beneficijs consequitur, & differt ab electione, quòd electio propriè fit ad Prælaturas, Collatio verò propriè ad inferiora beneficia extenditur.

1 Collatio quid sit in beneficijs.

Pro cuius materiæ intelligentia, notandum est, quod Collatio est beneficij gratuita traditiō alicui idoneo facta per impositionem pilei in eius capite, vel calami ab habente authoritatem; & duplex est, quædam necessaria, quædam voluntaria: necessaria, vt si alicui mandetur, vt beneficium aliquod alicui tali conferat, à Papa, vel alio superiore. cap. si tibi. cap. duobus. de rescript. in 6. d. c. si tibi. cum seq. de præb. in 6. quo casu collator nominato conferre tenetur; Similiter si institutio ad patroni præsentationem fiat, necessaria dicitur, cum alij, quàm præsentato, si idoneus sit, beneficium illud conferri non liceat, vt infra dicetur, & habetur in cap. 1. de instit. in 6. not. Abb. & alij. in cap. 2. ne sede vac.

2 Collatio à quo fieri possit.

Voluntaria est quæ ex voluntate, & liberè, nulla adigente necessitate fit à collatore, ad quem iure conferre pertinet, quæ quandoque fit à Cardinalibus, ratione suæ legationis. cap. 1. de offic. leg. in 6. vel etiam si sit nuntius sedis Apostolicæ habens potestatem Legati de latere, sic enim beneficia conferre poterit, vt ibi dicūt Doct. & Dec. cons. 28. Paris. cons. 17. vol. 4. Aliquando à Patriarchis. cap. 2. & cap. quia. de concess. præb. quandoque ab

ab

ab Episcopis.cap.2.cap.ex parte.cap.constitutus. eod. cap.omnes basilicæ. 16.q.7.cap.ordinarij. de offic.ord.in 6. quandoque ab Abbatibus, vel Prioribus.cap.fi.de instit.clem.fi.vnica. de suppl.negl.prælat. & etiam ab Abbatissis: vt not.Abb.in cap. dilecta.nu.5.de maior & obed.quandoque à Capitulo.cap.proposuit.de concess.præben.cap.eam te.de rescript.c.si capitulo. de præben.in 6. sic tamen, vt vocentur Canonici qui sunt in ciuitate, aliàs non tenet. Felin.in c.cum omnes.de constit. quandoque ab Episcopo, & Capitulo simul.cap.postulasti.de concess.præb. quandoque alternatiuè.c.cum in illis.de præb.in 6. aliquando à singulis dignitatibus, vel Canonicis. cap. fi.de præb.in 6. interdum etiam a laicis, licet non patronis, non ex consuetudine, vel præscriptione, quæ sic non valet. Felin.in c.dilecto. de testibus: sed solùm ex priuilegio Apostolico.cap.dilectus filius. vbi Abb.de præben. cap.Imperium. 10.dist.c.generali.de elect.in 6. not.Butr.in cap.ad supplicationem. de renunc. & ius conferendi probatur per famam, vel quasi possessionem, quæ etiam vnico actu acquiritur, vel per priuilegium, & etiam per testes. Paris.de resign.benef. lib.7.q.vlt. Dec.cons.124.

In particulari verò, summus Pontifex in causis beneficialibus habet plenissimam potestatem.c.2.de præb.in 6.clem.1.vt lite penden.c.proposuit.de concess.præb. vnde solus confert beneficia deuoluta ad eũ.c.licet. de suppl. negl. vel si alij etiam subiecta sint. c.fi.de renunc. & solus Episcopos transfert. c.1.de transl.prael. & concurrit cum quolibet ordinario in conferendis beneficijs, quo casu prior prouisus potior est in iure. cap.si à sede. & c.dudum. de præb.in 6. & hodie reseruat sibi etiam prouisionem Episcopatuũ, quod & iure diuino ad eum magis spectat, quàm ad aliôs, cum ei cura vniuersæ Ecclesiæ commissa sit. Ioan.vlt. qua ratione prouidere debet Christianis de ijs, qui curam eorum gerunt, & Diuus Petrus misit Episcopos ad plurimas Prouincias, vt inquit Damasus in Pontificali, Innocentius I. in ep.ad Decentium. Ioannes III. in ep.ad Germ. & sequitur Caiet.de potestate Papæ, & Conc.c.13. Legatus etiam Papæ à latere, qui Cardinalis est, potest in Prouincia sibi commissa beneficia conferre. cap.1.de offic.leg.in 6. nõ autem id possunt Legati missi, & nati, nisi specialiter eis id concedatur, vt not.in d.c.1. quod tamen hodie in Parochialibus fortè non procedit, vbi Episcopi eligunt personas, vt alibi dicitur.

Papa etiam reseruat sibi ex regulis Cancellariæ primam dignitatem in Cathedrali, & solus iure confert beneficia, dignitates, & personatus, quæ vacant in curia, & similiter curialium accedentium, vel recedentium à curia, si decedunt in locis vicinis curiæ ad duas dietas legales. l.1. ff.si quis cautionibus. not. glo.in cap.præsenti. de præb.in 6. nisi moreretur in loco proprij domicilij, si tamen ibi nõn moratur propter curiam, quia tunc reseruantur, & similiter quando is qui moritur, erat curialis decedens in loco, vnde curia recedit, vel in itinere, dum curiam sequeretur, licet vbi decedit, sit à curia remotus; si tamen post mensem collata non fuerint beneficia prædictorum, cõferre possunt illi, ad quos pertinet eorum collatio per seipsos, vel si absint, per suos Vicarios generales, quibus id commissum fuerit, in eorum diœcesibus existendo, vel nisi essent parochiales ecclesiæ quæ Papæ non reseruantur, alia sic ijs casibus, & sede vacante, si in curia vacant, vt habetur in cap.licet. c.1. c.statutum. c.præsenti. c.si apostolica. de præb.in 6. & hæc iure communi; per regulas tamen Cancellariæ, & reseruationes quas Papæ faciunt in sua creatione, prædicta variari solent, Cardi-

nales

nales iure communi hodie eligunt summum Pontificem, d.c. licet. de elect. d.cap.vbi periculum.eod.in 6. Episcopi verò iure ordinario conferunt beneficia totius diœcesis.cap.nullus.cap.omnes basilicæ.16.q.7. cap.regenda. 10.q.1.d.cap.omnes basilicæ. 16.q.7. cap.1. & 2. de institut. cap.eam te. de rescript.cap.conquærente. de offic.ord.c.cum venissent.de instit.c.1. de capellis monach. c.cum ex iniuncto. de hæret. ex Papæ tamen concessione id habent, cum ipse sit ordinarius collator; Prælatos verò Ecclesiarũ in quibus est Capitulum, iure ordinario eligit Capitulum. c.2.& c.cum terra. c. ne pro defectu.de elect.c.Abbatem. 12.q.1. c.nobis. de Iure patr. sede tamen vacante, Capitulum non potest conferre illa beneficia, quæ ad Episcopi collationem pertinent, licet præsentatos à Patronis instituere possit.cap.2. ne sede vac.c.1.eod.in 6.c.presbiteri.14.dist. c.1.de instit. cum collatio propriè ad ius Episcopale pertineat, & inter fructus Episcopales successoribus sit reseruanda, vt ait glo.in c.cum olim. de maior.& obed. nisi interim Papa conferat, vel nisi ad Episcopum, & Capitulum communiter collatio pertineat.d.c.vnico. ne sede vac.in 6. aliàs vacante beneficio, Oecumenum tantum cõstituere potest. c.cum ius. de offic.ord.nec beneficia ex causa permutationis conferre, vt ait Abb.in d.cap.cum olim. de maior.& obed. cum Episcopus sit ordinarius collator beneficiorum. c.cum vos.de offic.ordin. quod intelligitur tamen si Episcopus sit confirmatus, quia ante confirmationem non potest conferre beneficia.c.nosti. c.transmissam.cap.qualiter.de elect.c.auaritiæ.eod.in 6. & quod dictum est de Episcopis, intelligitur de Archiepiscopis, & alijs superioribus; quandoq; alijs, etiam laicis,& Principibus ex priuilegio Papę collatio permittitur, vel si in fundatione id ius sibi reseruauerint, & summus Põtifex approbarit. c.Eleutherius. 18.q.2. c.quanto.de censib.vbi Abb.c.dilectus.de præb. quandoque alij conferunt, vel ratione consuetudinis probatæ, vel in vim priuilegij, vel præscriptionis.c.si.de præb.in 6.cap.si Capitulo.de concess.præb.in 6.cap.ex frequentibus.de instit. & quandoque Capitulum confert capitulariter, quandoque singulares eius Canonici, vel iure Capituli, vel iure propriæ canoniæ, vel ratione dignitatis, vel personatus, vel officij, vel præbendæ, vel de consuetudine, vel statuto Ecclesiæ.c.si.de præb.in 6. c.cum in illis.eod. quandoq; Episcopus confert de consilio, & assensu Capituli, & similiter Capitulum quandoque sine Episcopo,& aliàs cum consilio Episcopi.cap.1.ne sede vac. in 6. cap.cum Ecclesia. de elect. & quod dictum est Papam concurrere cum ordinario, is tamen non semper intendit habere locum in præuentione; vnde si ante collationem Papæ, præsentauerit patronus, obtinebit, licet præsentatus post prouisionem alterius à Papa factam institutus fuerit, nec si præuentio fiat ex dolo impetrantis, vel Papa conferat contra regulam Cancellariæ de verisimili notitia obitus, vt ait Valer.decis.187. vel si fieret fraus regulæ Cancellariæ de publicandis resignationibus; Vicarius etiam Episcopi conferre potest beneficia eo absente, remotè cum non vult officium suum exercere. arg. cap.cum nullus. §.Episcopo. de temp. ordin. in 6. aliàs non potest nisi Episcopus id sibi specialiter mandet. c.si.de offic. vic.in 6. nec etiam Papa iure præuentionis confert ea, quæ iure regali ad reges pertinent. cap.generali. de elect.in 6. & de hac materia qui conferre beneficia possint, dixi supra cap. 2.

3 ad Collationem bo[na.] Secundum dictum. Ad bonam collationem faciendam plura requiruntur: Primò, quòd collator, vel eius vicarius sit habilis, non excommunicatus, su-

tus, suspensus, vel interdictus.cap.postulastis. de cler.excom. nam qui per se non potest, nec per alium potest.clem.religiosus. de procurat. Secundò, requiritur, q purè conferat, idest sine pacto, conditione, & modo, aliter si confert ea conditione alicui, vt compenset talem, & huiusmodi, collatio est simoniaca, & nulla.c.cum pio.1.q.2.c.cum pridem.& c.fin.de pact. & quò ad modum, non potest etiam conferre cum clausula, do tibi beneficium, si tibi debetur, quia collatio debet esse pura, vt not. Gemin.in c.dudum.in fi. de præb.in 6. Felin.in c.cum contingat. de offic.deleg.nu.12. & debet etiam collatio esse sine temporis limitatione, cum beneficia conferri debeant, vt quis perpetuò, & non ad tempus ea habeat. c.præcepta.55.dist.c.satis peruersum. 56.dist. quod tamen fallit in Papa, qui ad tempus conferre potest. cap.si gratiosæ. de rescript. in 6.not.glo.in cap.vnico. de capell.monac.in c. pastoralis. 7.q.1. & in c.veniens. de filijs presbyt. quod tamen non solet facere. Secundò, fallit in beneficijs ad nutum amouibilibus. c.cum ad monasterium.de statu monac.clem. vnica.de suppl.negl.prælar. not.Felin.in c.fin. col.2.de iudic.Ioan.de Selua in tract.de benef.3.p.q.20.Tertiò fallit, in commenda, quæ fit ab ordinario ad sex menses, de ecclesia Parochiali. c.nemo deinceps.de elect.in 6. vnde alia beneficia potest Episcopus ad tempus, vel in perpetuum commendare, hodie tamen solus Papa, vel eius Legatus commendat beneficia ad vitam. Quartò fallit, in coadiutore dato infirmo, nam cessante morbo, cessabit coadiutoris officiū.c.1. & c.fi.de cler.ægrot. Quintò fallit, in visitatore dato quando Episcopus captus est à Paganis, vel Schismaticis, tunc enim Episcopo aduemente extinguitur potestas visitatoris.c.penult.& vlt.de suppl.negl.prel. sicut Capituli potestas, cessat confirmato Episcopo. Sextò fallit in sententia, quæ si fuit lata ad alicuius vtilitatem, & executioni mandata, is habebit beneficium donec contraria fuerit lata sententia. Septimò fallit, quando datur procurator à Papa, cū libera potestate administrandi in temporalibus, & spiritualibus, quod solet Papa concedere Cardinalibus, cum eis Ecclesias Cathedrales, vel Regulares commendat. c.cum nobis. vbi Abb.de elect. vel cum electus non est legitimæ ætatis, tunc enim potest constitui procurator, vel visitator illius Ecclesiæ, cum libera potestate administrandi temporalia, & spiritualia, q solus Papa concedere potest c.cui.de elect.in 6.cap.pen.de suppl.negl.prel. c.1.de elect.in 6. Octauò fallit in beneficijs spectantibus ad Papæ collationem per reseruationem, & deuolutionem, si non sit qui de illis prouideat, potest enim Episcopus idoneum administratorem interim constituere, donec per Papam fuerit prouisum, vt not. Abb.in c.cum nobis olim. in vlt.notab.de elect. vbi dicit idem posse Episcopum facere in Ecclesijs spectantib. ad suam collationem, donec ipse prouiderit intra tempus legitimum. cap. cum vos.de offic.ordin.c.nemo deinceps. de elect.in 6. Nonò fallit in Capitulo, quod sede vacante potest constituere procuratorem in beneficijs spectantibus ad collationem Episcopi, sed conferre non poterit.c.illa. ne sede vac.c.vnico. vbi Io.And.& alij.eod.in 6. nisi collatio fuerit necessaria, vt in beneficio debito mandatario, vel nominato, vt ibi dicunt Doct. potest tñ Episcopus conferre beneficium alicui sub cōditione, si aliud incompatibile quod obtinet, resignet, vt not. Host.in c.ad audientiam.de rescript. vt & sub conditione quæ de iure inest, vt si vacat.glo.in c.2.de elect.in 6. non autem sub ea quæ reddat incertum actum conferentis, vel si alternatiuè duobus conferatur, sic enim collatio non valet. Felin.in c.2.col.fin. de accus.c.2.

nam & requiratur, & quæ eā impediāt, quę beneficia conferri possint, & a quo

H de

de elect. in 6. Tertiò requiritur, vt collatio fiat sine coactione, vel vi, aliter collatio est nulla. cap. 2. de his quæ vi, metusve causa. c. ad aures. & cap. penult. eod. Quartò, requiritur, vt beneficium sine diminutione cōferatur. c. vnico. vt ecclesiastica beneficia, vnde non potest Episcopus conferre beneficia vni, & sibi, vel alteri reseruare pensionem. d. cap. & c. extirpandæ de præb. nec conferre vni dignitatem, illam sibi reseruando. c. cum venissent. de instit. nec conferre alicui beneficium, & retinere sibi fructus, quia simonia committitur. d. c. vnico. in fi. nisi id faciat ex constitutione, statuto, vel indulgentia Papæ, vel quòd Episcopus id faciat, quatuor concurrentibus: primò, quòd id constituat de consensu Capituli, vt dicit ibi glo. secundò. q hoc sit statutum ante beneficij collationem, quia post non potest fieri sine consensu beneficiarij, qui tamen ad id consensum præstare non potest tunc sine nota simoniæ; Tertiò, quòd hoc concedatur ad tempus, d. c. 1. & penult. de verb. sign. cap. si propter. de rescript. in 6. in perpetuum enim non potest, clem. vlt. de rebus eccl. non alien. & not. Abb. in d. c. 1. Quartò, requiritur, vt Episcopus id statuat ex iusta, & necessaria causa, & sic vtrumque requiritur. d. c. vnico. Quintò, requiritur, quòd collatio fiat palam, idest coram testibus fide dignis, non domesticis, aliter illi collationi non creditur. cap. post cessionem. de præb. Sextò, requiritur, vt Episcopus conferens literas collationis tradat, aliàs non crederetur sine literis. d. c. post cessionem. de probat. not. Felin. cons. 6. Septimò, requiritur, ex parte eius cui confertur, vt sit idoneus scientia, moribus, & ætate, iuxta tradita supra in cap. 3. cap. cum in cunctis. de elect. quæ ætas requiritur in principio quando confertur, aliàs collatio est nulla. d. cap. & cap. si eo tempore. de rescript. in 6. quod non est in ordine, nam sufficit, vt quis promoueatur intra annum. cap. cum secundum. de præb. c. licet canon. de elect. in 6. nisi iure, consuetudine, vel fundatione, vel statuto requireretur ordo à principio. cap. nemo. de elect. in 6. vel si diceretur, quòd sacerdos præsentetur, illis enim casibus nisi sit sacerdos tempore collationis actu, non valebit collatio, vel institutio, vt dicit Dominicus in d. c. si eo tempore. de rescrip. in 6. Cardin Zabar. cons. 69. casus talis, quibus tamen casibus benignior est sententia, vt satis sit quòd sit in ætate sacerdotali, & intra annum promoueatur, vt habetur supra, & cap de Renunc. ætatem verò probare debebit fundans se super ea, agendo, vel excipiendo, vnde qui dicit prouisum non habere ætatem legitimam, id probare debet. l. cum de ætate. ff. de probat. Bart. in l. in illa. 1. ff. de verb. oblig. Rota decis. 254. in antiquis. & decis. 800. ibid. Felin. in c. dudum. de præsumpt. in ætate verò solus Papa dispensare potest, cum sit dispositio Concilij. d. c cum in cunctis. de elect. contra quam Episcopi non dispensant, vt dicit glo. in c. cum dilectus, verbo, ætatem. de elect. nec etiam Legatus, vt dicit glo. in c. dilectus. 1. de præb. nisi quis compleuerit vigesimum annum. Episcopus verò potest dispensare ad dignitates, & personatus non curatas. cap. vnico. de ætat. & qual. in 6. quod tamen hodie locum habere non puto, cum in cap. cum dignitates. sess. 24. in Trid Conc. requiratur in ijs certa ætas, vt supra est dictum, cap. 3. nec ibi detur facultas Episcopis dispensandi. Octauò, requiritur, vt beneficium sit vacans, quia non vacans conferri non potest. c. 1. & per totum. de concess. præb. quod tamen potest conferri cum conditione si vacat, licet electio sic fieri non possit. Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 16. quod vacare potest per mortem. cap. susceptum. de rescript. in 6. vel per renunciationem simplicem, vel ex causa permutatio-

nis.

nis. cap. 1. & per totum. de rerum permut. vel per priuationem, & depositionem. c. ex literis. & c. grauem. de excess. prael. vel si quis translatus sit ad aliud beneficium curatum, vel incompatibile; primum enim vacat eo ipso quòd illi translationi consensit. c. in apibus. 7. q. 1. post tamen adeptam possessionem secundi. c. quanto. de translat. episc. c. de multa. de praeb. clem. gratia. de rescript. glo. & Doct. in c. si quis iam. 20. q. 2. Vel si secundum quis adeptus sit incompatibile beneficium, post enim adeptam pacificam possessionem secundi vacat primum incompatibile. d. cap. de multa. cap. execrabilis. eod. in extrauag. Ioannis XXII. Conc. Trid. sess. 7. cap. 4. sess. 25. c. 17. & sic priuati tenentur in foro conscientiae dimittere beneficium, & fructus perceptos quando scilicet initium est vitiosum per simoniam, &c. cap. 1. de reg. iur. in 6. & probabiliter obtinendo secundum tale; vt & per assumptionem ad Pontificatum vacant omnia eius beneficia, pensiones, & reseruationes fructuum; Sic etiam per promotionem ad Cardinalatum vacant dignitates, & curata. Abb. in c. ecclesia. 2. de elect. vt & per Episcopatum vacant priora beneficia. Hoied. de incomp. benef. p. 1. c. 4. nu. 11. nisi concedatur eis à Papa illorum retentio, vt solet, maximè Cardinalibus. Puteus decis. 430. lib. 2. vt & per Episcopatum vacant pensiones, nisi Episcopatus sint in partibus infidelium; Sic per obtentionem Abbatiae vacant priora beneficia, etiam si is non fuerit benedictus; vt & obtinens, vt supra, Parochialem, vel curatum, si consequatur possessionem secundi similis etiam dati in commendam perpetuam, vacat primum ipso iure, modo cura sit perpetua, non temporalis, & actu, non habitu, & idem si habens dignitatem aliam consequitur, & idem de personatu.

4 Beneficia quib⁹ modis vacēt, maximè p adeptionē secundi.

Vel in hoc clarius agendo, dicendum est, quòd quaedam beneficia sunt incompatibilia primi generis, ita vt qui vnum habet, si aliud pacificè postea obtinet, primum vacet ipso iure, iuxta d. c. de multa. de praeb. clem. fin. eod. d. c. execrabilis. eod. in d. extrauag. Ioannis XXII. Conc. Trid. sess. 7. c. 4.

Quaedam, secundo loco, sunt incompatibilia, ita vt si secundum simile post obtineatur, cogi possit quis alterum dimittere, sic tamen, vt ei detur optio eligendi quod mauult, iuxta cap. praeterea. cap. referente. de praeb.

Quaedam tertio loco, sunt incompatibilia, quia non possunt retineri sine peccato simul sine dispensatione, iuxta cap. 17. sess. 24. de reform. in Trid. Conc. sed non inducunt vacationem.

In primo capite, cōstituuntur Papatus, per cuius assumptionem vacant, vt supra, omnia priora beneficia, & Cardinalatus, per cuius adeptionem vacant dignitates, & curata, & Episcopatus, per cuius promotionē vacant priora beneficia, vt supra habetur, modo percipiat fructus Episcopatus, secus si sit titularis tantum; sic enim non vacant priora beneficia, vt nec vetitum est tali simplex beneficium cōferre; vt probat Nau. cons. 21. de praeb. Sic per obtentionem secundae Abbatiae vacant priores Abbatiae, & etiam si post obtinet curatum, vel dignitatem. d. clem. fin. Nau. de praeb. cons. 27. Sic obtinens parochialem, vel curatum, si post obtinet possessionem pacificam secundi curati, amittit primum ipso iure. d. c. de multa. & d. c. execrabilis. etiam si sit datum in commendam perpetuam, non tamen id amittit qui habens curatum, obtinet post simplex cui curatum sit vnitum in alia ecclesia. cap. super eo. de praeb. in 6. Nau. de praeb. cons. 28. nu. 1. vt & fallit si secundi non obtinuerit possessionem pacificam, cum deturbatione de facto, vel litigio de iure; vt & fallit si superior primi non vult habere ratam collatio-

nem secundi, sed repetit suum clericum; sic & fallit, si secúdum calore iracundiæ accipiat, modo incontinenti pœniteat, vel si adeptus secundum curatum, in primo expensas fecit de patrimonio, quia non tenetur dimittere primum, nisi expensis sibi refusis. arg. c. quicunque. 12. q. 4. ita Abb. in d. c. de multa. nu. 13. 14. & 15. sic habens dignitaté, si aliam consequitur, vel beneficium cum cura, prima vacat ipso iure. d. clem. fi. de præb. sic habens personatum, quod est idem cum dignitate, vel beneficio curato, vt sentit Abb. d. c. de multa. nu. 21. si post simile consequitur, prius vacat ipso iure, vt & si habet officium cum iurisdictione, si post simile consequitur, modo sit perpetuum, vt & dignitas, quia non satis esset q ibd fieret vicarius Episcopi, primum vacat ipso iure. d. c. excerabilis. Sic si quis habet vnum beneficium in vna ecclesia, vt vnam Capellam, vel vnum Canonicatum, aut præbendam, si post aliud vniforme in eadem ecclesia obtinet, primum vacat ipso iure. c. literas. de concess. præb. d. clem. fi. de præb. d. c. de multa. in fi. de præb. Nau. conf. 29. nu. 5. & conf. 32. nu. 2. de præb. secus si sint difformia, licet obtineantur in eadem ecclesia, vbi consuetudo, statutum, vel Episcopi dispensatio id permittit: vt glo. d. & Franc. ac Gemin. in c. vnico. de consuet. in 6. iis enim remotis, alterum eligi debet, vt ait Nau. d. conf. 32. de præb. nu. 2. in princ. dicuntur verò vniformia, quæ habent idé prorsus officiú, vt duo Canonicatus, secus si habent idem nomen, non autem idem officium, si enim quis habeat duas capellas in vna ecclesia, cum onere celebrandi bis in hebdomada pro vna, in vno altari, & bis pro alia, in alio, non dicuntur vniformia, vnde simul retineri possunt, quando vnum non sufficit ad sustentationem, vt ait Nau. conf. 35. de præb. vt & Canonicatus cum capella simplici requirente tantum celebrationem Missæ certis diebus, vel beneficium simplex, & capella in eadem ecclesia retineri possunt. Lap. alleg. 116. num. 5. Sic habens vicariam perpetuam in beneficio curato, si secundum curatum consequitur, primum vacat ipso inre, nisi sint simul vnita, vt nec beneficium simplex, vacat per adeptionem parochialis in quo adest, vt idem ait conf. 32. de præben. num. 2.

Et hi sunt casus contenti in primo capite, quibus per adepeionem secundi, modo exposito, primum vacat ipso iure: sic tamen, vt eius possessio alteri tradi non possit, nisi vocato primi possessore. cap. licet Episcopus. de præben. in 6.

In secundo capite, dicitur, quòd si quis obtinet Canonicatum vel aliud beneficium requirens residentiam, modo nó sit dignitas, si postea consequitur curatum, primum non vacat ipso iure, sed datur optio, vt ait Abb. in d. c. de multa. nu. 2. & idem videtur, si habens curatum, post consequitur Canonicatum, qui non sit dignitas, quòd primum non vacet ipso iure, sed detur optio, iuxta d. c. præterea. & c. referente. de præb. verius tamen est, q primum vacet ipso iure, ex elucid. 24. & 528. sacr. congreg. Sic habens capellam simplicem requirentem residentiam, si in alia ecclesia aliam consequitur, primum nó vacat, sed datur optio, iuribus prædictis, & idem de præstimoniis, & aliis simplicibus beneficiis, cum residentia, & Papa ea tali ex causa potest concedere, & interim datur optio: sic qui habet dignitatem, vel personatum, si post obtinet Canonicatum in alia ecclesia, primum non vacat ipso iure, sed datur optio, & èconuerso, & idem si habens Canonicatum, consequitur alium in alia ecclesia, datur enim optio, vt ait Paris. latè de resign. benef. lib. 3. q. 1. & generaliter vbi beneficia requirunt residentiam

tiam

tiam tantum, nec sunt dignitates, aut curata idem est, imò & habens officiū sine iurisdictione, potest habere vnum beneficium simplex cū officio. Nau. cons. 36. de præb. & habens dignitatem, non amittit eam per adeptionem secundæ, vbi nulla, vel prima saltem, non requirit exercitium seruiendi, in diuersis scilicet ecclesijs, quæ & potest retineri cum Canonicatu, vt dicit Abb. in d.c. de multa. nu. 22. Nau. tamen cons. 29. de præben. censet hodie ob Conc. Trid. sess. 24. c. 12. esse incompatibiles primi generis, cum requirant ibi residentiam personalam, quod tamen in ecclesia Brixiensi vsu adhuc nō est inductum, cum nomen dignitatis ibi tantum retineant.

Circa tertium caput, dicendum est, quòd vnum beneficium tantum vni est conferendum, quod si ad vitam honestè sustentandam non sufficit, licet ei aliud, modo vtrumque residentiam non requirat, adiungere. Conc. Trid. sess. 25. c. 17. aliàs plura retinens peccat mortaliter, vt ait glo. in c. dudum. 2. de elect. Nau. c. 25. nu. 127. quod intelligitur attenta personæ qualitate, plus enim vni opus est, quam alij, & si non adsit Papæ dispensatio, vt & in alijs; & Nau. cons. 26. de præb. dicit, cogi quem posse superflua renunciare, Papæ tamen tolerantia in foro exteriori, qui id scit, & tolerat, videtur excusare. arg. c. 1. de constit. in 6. & regulariter in hoc dispensatio non petitur, & videtur id relinqui conscientiæ cuiuscunque.

Et vacat etiam si quis per vim secundum occupauit. c. eum qui. de præb. in 6. vel si habens parochialem, intra annū non est promotus ad sacerdotiū; tunc enim vacat ipso iure, & potest conferri, nisi legitimè fuerit impeditus. d. c. licet canon. & c. commissa. de elect. in 6. ante tamen finem anni potest id resignare, nisi constet de fraude: Paris. q. 2. & 3. in quo tamen requiritur iudicis declaratio. Burs. cons. 14. vol. 1. sic vacat beneficiū si quis contrahat matrimonium de præsenti. glo. & Doct. in c. vnico. de cler. coniug. in 6. vel si hæresim incurrerit. cap. ad abolendam. §. 1. de hæret not. Butr. in c. fi. de postul. Felin. in cap. Rodulphus. de rescript. nisi simulatque deprehensus est in hæresi paratus sit hæresim abiurare, antequam neget, nam si probato crimine, & post peractum processum velit pœnitere, non facile est ei danda venia, nec restituendus in beneficio, vt not. Abb. & Felin. in d. c. ad abolendam. Rebuff. in praxi benef. 3. p. nu. 7. cum seq. requiritur etiam quòd spontè sua non metu coactus, vel suasionibus redeat, vt ait Boer. decis. Bordeg. q. 341. & 343. & quòd velit redire ad fidei vnitatem, nam si post liberationem haberet animum resiliendi à fide nō reciperetur, & quod paratus sit abiurare hæresim ad arbitrium Episcopi loci vbi fuit deprehensus, vel Inquisitoris, si Episcopus esset hæreticus, vel suspensus, & quòd publicè abiurare paratus sit, nisi ex iusta causa abiuratio secreta ab Episcopo, vel Inquisitore admittatur. d. c. ad abolendam. & q. congruam satisfactionem paratus sit exhibere, vt si hæreticus scripsit heresim, contrariū scripto asserat, & si prædicauit, prædicando cōtrarium dicat, petendo veniam ab ijs, quibus falsam doctrinam tradidit, rogans eos, vt illam abijciant: vnde cōgrua non est satisfactio, si verbo satisfacere simulet, & re contrarium agat, arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. non est etiam congrua satisfactio si comprehensus neget se illa dixisse, sed asserit se credidisse, & credere contrarium: vel si specificè non fateatur suum errorem, sed dicat, se credere quod Ecclesia sancta credit, quia postquam testibus est conuictus, sua negatio nil valet, cum sufficiat aliquem confiteri crimen in iudicio, vel cōuinci. c. at si clerici. de iudic. vnde de cætero non est recipiendus ad pœnitentiam,

tentiam, nec ad abiurationem, cum spontè, & continuò id non facit, venia enim illi indulgenda non est qui non recognoscit peccatum, sed negat crimen. c. non quod Cain. de pœnit. dist. 1. nec dicitur satisfecisse negando, sed recognoscendo, & abiurando. d. c. ad abolendam. & non solùm hæreticus est priuatus beneficio, sed etiam qui illud obtinuit ad preces hæreticorum, & si id retinet est inhabilis ad alia. c. 2. §. ad hæc. de hæret. in 6. & filij etiam hæreticorum, licet non sint priuati beneficijs obtentis ante delictum patris, post tamen illud inhabiles fiunt ad obtinenda. c. statutum. & c. quicunque. de hæret. in 6. & idem in nepotibus, & filijs descendentibus. c. vt commissi §. priuandi. cod. tit. c. fœlicis. §. quod si quis. de pœn. in 6. vnde isti hæretici nō sunt tuti post triennium, decreto de pacifico possessore, licet possederint post delictum, cum semper vacet beneficiū; sic etiam vi ingrediens possessionem beneficij, ius quod in eo habet ipso iure amittit. c. eum qui. de præb. in 6. Schismaticus etiam ipso iure beneficia amittit. c. nos consuetudinem. 12. dist. & c. quia diligentia. de elect. & propriè schismaticus dicitur ille, qui se diuidit ab vnitate Ecclesiæ Romanæ, cōstituendo sibi aliam Ecclesiam, ordinando clericos, & sacerdotes, Episcopatus, & beneficia conferendo, vt ait glo. in summ. 24. q. 1. not. Abb. Anan. & alij, in rubr. de schismat. hæreticus etiam vt supra, amittit etiam beneficium ipso iure. c. cum secundum. de hæret. in 6. sic tamen, vt talis declaretur, vt deijciatur. d. c. Simoniacus etiam priuatur ipso iure beneficijs. c. insinuatum. vbi Felin. & alij. de simon. Doct. in c. 2. de rescript. extrauag. cum detestabile. de simon. in extrauag. com. quod intelligitur si crimen est notorium, secus si occultum, quia tunc veniret priuandus, nisi rehabilitetur. c. presbiter. 1. q. 1. Abb. & alij in c. nisi. de renunc. hodie tamen est ipso iure priuatus ex d. c. detestabile. de simon. in extrauag. & in foro conscientiæ, si ingressus fuit simoniacus, non poterit illud retinere. c. beneficium. de reg. iur. in 6. Limitatur etiam in resignationibus simoniacis, quæ non valent in præiudicium resignantis, vnde qui sic resignauit videtur quòd possit iterum resignare, non tamen in fauorem, cum ius amiserit, vt inquit glo. & Doct. in c. super hoc. de renunc. Innoc. in c. cum vniuersorum. de rerum permut. Rota decis. 136. in antiquis. qui tamen, vt supra, id retinere non potest, collatio tamen simoniaco facta est nulla, quia sic fit inhabilis. c. ordinationes. 1. q. 1. c. Inquisitionis. de accusat. Percutiens etiam Cardinalem ipso iure amittit beneficium. d. c. fœlicis. de pœn. in 6. vel si iniuriosè percusserit Episcopum, cœperit, vel bannierit, vel prædicta mandarit fieri, vel rata habuerit. clem. 1. de pœnis. Similiter homicida qualificatus, vt pretio conductus ad aliquem occidendum, ipso iure amittit beneficium. c. 1. de homic. in 6. Alex. conf. 166. vol. 7. & idem si parentes interfecerit, vel alterum eorum, vel fratrem. c. Inquisitioni. 1. vbi Felin. de accus. Anan. consl. 63. alij verò homicidæ non sunt priuati ipso iure, sed veniunt priuandi per sententiam. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. Diaz. in pract. crim. c. 88. Nau. c. 27. num. 249. sed si homicidium non est voluntarium, vel forte, & casu, aut se defendendo est commissum, Papa id solet committere Episcopo, vel Metropolitano, vel viciniori Episcopo, vt id cognoscat, & dispenset. d. Conc. Rebuff. tit. de dispen. cum corp. vit. num. 20. Episcopus tamen iure suo non potest dispensare cum homicida, vt obtineat etiam beneficium simplex, vel retineat saltem quò ad ordinis executionē, vt nec quòd is ordines suscipiat, nisi factum sit ad necessariam defensionem cum inculpata tutela. clem. 1. de homic. & d. Conc. Falsarij etiam literarum

Papæ

Papæ idem amittunt. c.ad falsariorum. de crim.falsi. Sic qui professionem emittit in religione probata, ipso iure amittit beneficium.c.beneficium.de regul.in 6. Sic et per se, vel alios occidere, vel mutilare præsumens rectorem alicuius Ecclesiæ. vel clericū aliū ipsius ecclesiæ, si eiusdem sit beneficiatus.c.in quibusdam.de pœnis. Similiter cogens clericum resignare suum beneficium, carceribus fortè eum detrudendo, donec resignarit. clem.multorum. de pœnis. quæ resignatio est nulla. d.clem. & c.sciant. de elect.in 6. Sic etiam apostata a fide beneficium amittit. c.pen.& fi.50.dist. non tamen apostata ab habitu in religione, vt not.glo.Abb & alij.in c.1. de apost. vt & vacat per contractum matrimonij per verba de præsenti. cap.decernimus. cap.de his.cap.presbiter.dist.18.Clar.in pract.crim.lib.5.sent.§.fi.q 73.ver. clericus. vt & si quis alienat bona sui beneficij Papa inconsulto. c.ambitiosæ. de rebus eccl. non alien. in extrauag. vel si non defert habitum clericalem. ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura; vel si quid dat, vel accipit pro gratia, vel iustitia accipienda, vel danda in curia, & fortè etiam Sodomitæ consuetudinarij. ex Bulla quinta, & sexta Pij V. & aliter si qui alij sunt casus iure expressi. Quibus tamen casibus adhuc requiritur sententia declaratoria iudicis, quòd ea crimina incurrerint, antequam possessione priuentur.c cum secundum.de hæret.in 6. In alijs verò criminibus veniunt priuandi per sententiam. Intrusus etiam ipso iure amittit beneficium.cap. eum qui. de præb. in 6. cum distinctione de qua ibi per Gem. & tenetur ad fructuum perceptorum, & qui percipi potuere, restitutionem, impensis deductis. Nau.cap.25.nu.114. & tenetur actione iniuriarum, si alicui iniuriā eo actu irrogauit. c.grauis. de restit.spol. & est inhabilis ad id beneficium. d.c. nec iuuatur ex communi errore. Abb.in c.gratum. num.2.de offic.deleg. Dicitur verò intrusus, qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, sed de facto obtinet beneficium. c.eum qui. de præb.in 6. vel si habet beneficium sine authoritate superioris. Innoc.in c.nihil. de elect. vel si ante institutionem percipit fructus, vel ante confirmationem administrat. Rebuff. in praxi 3.p.for.sign.grat.nu.54.55.& 56. Vel si est depositus, & declaratus inhabilis ad beneficia. & tamen remanet in possessione. Inn.in c.qualiter.2. de accus. vt & ob suspensionem in perpetuum, vel homicidium, lata sententia.cap.14.sess.7.in Trid.Conc. Vel si commisit crimen dignum depositione. Silua.3.p.q.2.ru.5.modo vt ibi. Vel si habet iniustè alteri beneficium ablatum. c.licet. de præb.in 6. Vel si ingreditur possessionem beneficij propria authoritate, & oportet exprimere hanc qualitatem, aliàs impetratio non valet. Felin.in c.veniens. de accusat. vel si accipit possessionem beneficij sine Bullis cum sola signatura. Rebuff.in 3.p.sign.nu.8. vel si est ei collatum à non habente facultatem, vel si collator erat suspensus. cap.quia.de concess. præb. vel à Vicario sine speciali mandato. c.fi.de offic.vic.in 6. vel ab Episcopo, ad Papam deuolutum. Boer.decis.170. vel id habuit per simoniam. Couar.lib.3. c.16.nu.7. var. resol. vel possessionem est ingressus ante collationem. Felin. in c. in nostra. de rescript. vel si se fecit institui in beneficio viuentis, aut se in eo intrusit. Abb.in c.2. de concess. præb.

Et si beneficii collatio in quo quis se intrudit pertinebat ad Papam, per cap.2.de præb in 6. vel per cap.2 de concess.præb. vel ex reseruatione eius, non restituitur ad illud. Gemin.q.47.de trien.poss. & tenetur restituere fructus, vel componere cum camara; si verò spectat ad ordinarium, ipse prouidebit de eo, nisi sit deuolutum; & etiam quòd diu possederit intrusus talis ad-

lis adhuc priuatus existit, nec potest resignare, aut permutare. Boer. decis. 205. nu. 6. cum diuturnitate temporis nō acquiratur ius in beneficialibus, & spiritualibus. Bal. in c. ex parte de testibus. nisi in foro fori, ius resignantis super beneficio resignato fuisset canonizatum per sententiam rotalem, quia sic acquirit ius. Caputaq. decis. 300. p. 2. Sic si cui laico est beneficium collatum, id non potest retinere. Put. decis. 266. lib. 1. sed & restituendum collatori; sic in minoribus constitutus matrimonium contrahens id amittit ipso iure. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 73.

In foro verò conscientiæ, vbi quis ob crimen priuatur beneficio ob crimen etiam hæresis, non tenetur id resignare ante latam sententiam, sed potest id retinere. Sotus lib. 1. de iust. & iu. q. 6. art. 6. Couar. in 4. decret. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 8. nisi in lege addatur etiam in foro conscientiæ, vel nisi initium sit vitiosum, vt simoniæ, intrusionis, &c. vel si is à iure inhabilitetur ad id obtinendum. arg. c. 1. de reg. iur. in 6. lata sententia verò, vbi quis ipso iure priuatur, priuatur beneficio, & fructibus à die criminis cōmissi perceptis. Couar. loco cit. num. 7. & 8.

His casibus beneficiū vacare ipso iure dicitur. & ideò ab Episcopo conferri potest, vt not. Rebuff. in d. praxi 3. par. quod intelligitur si constat de crimine, & dummodo sententia declaratoria sequatur super eo, reo prius citato. c. cum secundum de hæret. in 6. nam si delictum sit occultum, non tenetur quis id resignare in foro conscientiæ, nisi simoniacus, vel intrusus, vel alias habens initium vitiosum, vel nisi in iure, vt supra, addatur etiam in foro conscientiæ, vt non possit id retinere, cum nemo teneatur pœnam exequi contra seipsum, & pœnæ in foro conscientiæ locum non habeant: vt not. glo. communiter recepta. in c. fraternitatis. 12. q. 2. nisi initium sit vitiosum, vt supra, tunc enim resignare tenetur, nec pōtest illud tuta conscientia retinere, & idem videtur de obtinente secundum incompatibile, vt supra est dictum.

Verum est tamen quòd cum hodie omnes pœnæ sint arbitrariæ, etiam si sint in iure taxatæ, ideò iudex potest eas ex causa minuere, vel augere. Couar. lib. 2. c. 8. var. resol. Sim. de cath. instit. tit. 46. nu. 79. Foller. in pract. 4. p. nu. 2. etiam in hæresi, ideò potest has pœnas mitigare. Zerola in praxi epis. verbo, priuatio. in princ. Et quando beneficium ipso iure vacat, vel alio modo, debet impetrans exprimere modum quo vacat. d. cap. susceptum. de rescript. in 6. nec sufficit dicere quòd ecclesia vacet.

5 **Beneficia quot, & qbus modis deuoluantur.**

Octauò, requiritur, quando Episcopus confert, vt beneficium illud non sit deuolutū, quod tribus modis contingit, vel quia collator scienter indignum ad beneficium elegit, potestatem. n. amittit pro ea vice eligendi aliū. c. cum Vintoniensis. c. per inquisitionem. c. ne pro defectu. de elect. & eo casu deuoluitur potestas eligendi ad proximum superiorem. d. c. ne pro defectu. secundò, si collator infra sex menses à die scientiæ vacationis computandos, beneficium vacans non conferat glo. in cap. postquam. 50. dist. c. quia diuersitatem. in fi. de concess. præb. cap. 2. de concess. præb. non per hoc tamen derogando collationibus quæ breuius tempus requirunt, vt is, qui optare debet intra viginti dies, id agere debet. c. fi. de consuet. in 6. & in ecclesia patronata, laicus intra quatuor menses, clericus intra sex præsentare debet. d. c. vnico. de Iure patr. in 6. & mandatarius; intra decem dies debet acceptare beneficium vocatus, quando mandatum à Papa procedit, quo tempore elapso, ordinarius conferet. cap. si pluribus de præb. in 6. maiores etiam dignitates,

dignitates, vt Episcopales, Archiepiscopales, Abbatiæ, & huiusmodi, intra tres menses de pastore prouideri debent, aliter ius eligendi deuoluitur ad proximum superiorem. d. c. ne pro defectu. cap. quam. de elect. in 6. aliæ verò dignitates inferiores, & beneficia debent conferri intra sex menses, vel per electionem. c. cum nostris. c. dilectus. cap. postulastis. de concess. præb. vel per collationem. cap. 2. eod. tit. tam a primo collatore, quàm ab alio in quem fit deuolutio. c. fin. de suppl. negl. prælat. secundus enim collator habet idem tempus quod primus, & collatio ante tempus deuolutionis facta, ab eo, ad quẽ deuoluitur, valet, nisi & alia postea fiat, vt dicunt Doct. in c. 2. de præben. in 6. Felin. & alij. in c. cum ex officij. de præscript. Boer. decis. 20. & quando ius cõferendi deuoluitur ad Papam per negligentiam inferiorum, si intra vnum mensem Papa non confert, potestas redit ad primos ordinarios collatores. c. 3. de præb. in 6. quasi id negligat, quod Rebuff. in §. 1. de regia ad prælaturas denominatione, intelligit procedere tantum in beneficijs vacantibus in curia, aliter quam iure deuoluto, cum nemo sit superior Papæ qui eius negligentiam corrigere possit, & hoc tempus sex mensium currit à die quo collator scire debuit vacationem. c. præsumitur. de reg. iur. in 6. & in Ecclesijs nuper ædificatis currunt sex menses à die ꝙ cœperunt perfici, vel consecrari, quia tunc dicuntur vacare. c. quoniam. c. cum propter. de Iure patr. quæ tamen intelliguntur, si collator præsentans, vel nominans, potuit id munus exequi, nam impedimento stante non nocet lapsus temporis, vt si Episcopus sit suspensus, vel excommunicatus. c. quia propter. de concess. præb. vel sedes vacet. c. de quanta. c. auditis. cap. cum nobis. de præscripr. c. 1. & fi. ne sede vac. cum eo tempore non currat præscriptio, & licet sit Episcopus excommunicatus culpa sua, non per hoc currit ei tempus, cũ alia pœna sit ei imposita. c. 1. de suppl. negl. prælat. in 6. nam suspensus, vel excommunicatus eligere nec eligi potest. cap. cum dilectus. §. quia verò. de consuet. c. cum inter. de elect. c. cum bonæ. de æt. & qual. nec eo casu Archiepiscopus qui ob negligentiam Episcopi subit eius officium, potest conferre beneficium, nec ad eum fit deuolutio. c. quanquam. de elect. in 6. c. si compromissarius. eod. tit. oportet etiam ad hoc vt fiat deuolutio quòd adsit culpa, aliàs si impedimentum legitimum interuenerit non fit deuolutio. c. cupientes. §. insuper. & c. concessa. de elect. in 6. vnde impeditis postulare, vel præsentare ob pestem, non currit præscriptio, nec fit deuolutio, vt inquit Bal. in cons. 479 vol. 4. Ripa tract. de peste, fol. 27. idem in casu hostilitatis. c. ex transmissa. de præscript. Rebuff. in tract. de pacif. possess. nu. 301. & in quolibet legitimo impedimento, de quibus Rebuff. de collat. in concordant §. 1. ver. impedimento cessante. Quando verò impedimentum non subest, deuolutio fit hoc ordine, primò, vt cõmunis sit regula, vt deuolutio fiat ad proximum superiorem, non inferiorem; vnde si Prælati regulares non conferant beneficia regularia suo tempore, deuolutio fit ad Episcopum loci clem. vnica. vbi glo. de suppl. negl. prælat. sic si Patroni negligant præsentare intra tempus debitum statutũ, deuolutio fit ad eum qui instituere debet. d. clem. cum glo. in verbo. dispositionem. Rocus in tract. de Iure patron. ver. honorificum. q. 23. si electores negligant ius deuoluitur ad confirmantem. c. 2. de suppl. negl. prælat. not. Abb. in c. 1. de elect. Doct. in c. fin. eod. in 6. quòd si ab inferiori facienda sit collatio ex consuetudine, priuilegio, statuto, vel alio modo, ad Episcopum fit deuolutio, & ab eo ad Archiepiscopum. c. 2. de concess. præben. & ab eo ad Papam, non ad Patriarcham. c. licet.

nales iure communi hodie eligunt summum Pontificem, d.c. licet. de elect. d.cap. vbi periculum. eod. in 6. Episcopi verò iure ordinario conferunt beneficia totius diœcesis. cap. nullus. cap. omnes basilicæ. 16. q. 7. cap. regenda. 10. q. 1. d. cap. omnes basilicæ. 16. q. 7. cap. 1. & 2. de institut. cap. eam te. de rescript. cap. conquærente. de offic. ord. c. cum venissent. de instit. c. 1. de capellis monach. c. cum ex iniuncto. de hæret. ex Papæ tamen concessione id habent, cum ipse sit ordinarius collator; Prælatos verò Ecclesiarũ in quibus est Capitulum, iure ordinario eligit Capitulum. c. 2. & c. cum terra. c. ne pro defectu. de elect. c. Abbatem. 12. q. 1. c. nobis. de Iure patr. sede tamen vacante, Capitulum non potest conferre illa beneficia, quæ ad Episcopi collationem pertinent, licet præsentatos à Patronis instituere possit. cap. 2. ne sede vac. c. 1. eod. in 6. c. presbiteri. 14. dist. c. 1. de instit. cum collatio propriè ad ius Episcopale pertineat, & inter fructus Episcopales successoribus sit reseruanda, vt ait glo. in c. cum olim. de maior. & obed. nisi interim Papa conferat, vel nisi ad Episcopum, & Capitulum communiter collatio pertineat. d.c. vnico. ne sede vac. in 6. aliàs vacante beneficio, Oecumenum tantum cõstituere potest. c. cum ius. de offic. ord. nec beneficia ex causa permutationis conferre, vt ait Abb. in d. cap. cum olim. de maior. & obed. cum Episcopus sit ordinarius collator beneficiorum. c. cum vos. de offic. ordin. quod intelligitur tamen si Episcopus sit confirmatus, quia ante confirmationem non potest conferre beneficia. c. nosti. c. transmissam. cap. qualiter. de elect. c. auaritiæ. eod. in 6. & quod dictum est de Episcopis, intelligitur de Archiepiscopis, & alijs superioribus; quandoq; alijs, etiam laicis, & Principibus ex priuilegio Papę collatio permittitur, vel si in fundatione id ius sibi reseruauerint, & summus Pontifex approbarit. c. Eleutherius. 18. q. 2. c. quanto. de censib. vbi Abb. c. dilectus. de præb. quandoque alij conferunt, vel ratione consuetudinis probatæ, vel in vim priuilegij, vel præscriptionis. c. si. de præb. in 6. cap. si Capitulo. de concess. præb. in 6. cap. ex frequentibus. de instit. & quandoque Capitulum confert capitulariter, quandoque singulares eius Canonici, vel iure Capituli, vel iure propriæ canoniæ, vel ratione dignitatis, vel personatus, vel officij, vel præbendæ, vel de consuetudine, vel statuto Ecclesiæ. c. si. de præb. in 6. c. cum in illis. eod. quandoq; Episcopus confert de consilio, & assensu Capituli, & similiter Capitulum quandoque sine Episcopo, & aliàs cum consilio Episcopi. cap. 1. ne sede vac. in 6. cap. cum Ecclesia. de elect. & quod dictum est Papam concurrere cum ordinario, is tamen non semper intendit habere locum in præuentione; vnde si ante collationem Papæ, præsentauerit patronus, obtinebit, licet præsentatus post prouisionem alterius à Papa factam institutus fuerit, nec si præuentio fiat ex dolo impetrantis, vel Papa conferat contra regulam Cancellariæ de verisimili notitia obitus, vt ait Valer. decis. 187. vel si fieret fraus regulæ Cancellariæ de publicandis resignationibus; Vicarius etiam Episcopi conferre potest beneficia eo absente, remotè cum non vult officium suum exercere. arg. cap. cum nullus. §. Episcopo. de temp. ordin. in 6. aliàs non potest nisi Episcopus id sibi specialiter mandet. c. si. de offic. vic. in 6. nec etiam Papa iure præuentionis confert ea, quæ iure regali ad reges pertinent. cap. generali. de elect. in 6. & de hac materia qui conferre beneficia possint, dixi supra cap. 2.

3 ad Collationem bo Secundum dictum. Ad bonam collationem faciendam plura requiruntur: Primò, quòd collator, vel eius vicarius sit habilis, non excommunicatus, su-

rus, suspensus, vel interdictus.cap.postulastis. de cler.excom. nam qui per se non potest, nec per alium potest.clem.religiosus. de procurat. Secundò, requiritur, ꝙ purè conferat, idest sine pacto, conditione, & modo, aliter si confert ea conditione alicui, vt compenset talem, & huiusmodi, collatio est simoniaca, & nulla.c.cum pio.1.q.2.c.cum pridem.& c.fin.de pact. & quò ad modum, non potest etiam conferre cum clausula, do tibi beneficium, si tibi debetur, quia collatio debet esse pura, vt not. Gemin.in c.dudum.in fi. de præb.in 6. Felin.in c.cum contingat. de offic.deleg.nu.12. & debet etiam collatio esse sine temporis limitatione, cum beneficia conferri debeant, vt quis perpetuò, & non ad tempus ea habeat. c.præcepta.55.dist.c.satis peruersum. 56.dist. quod tamen fallit in Papa, qui ad tempus conferre potest. cap.si gratiosæ. de rescript. in 6.not.glo.in cap.vnico. de capell.monac.in c. pastoralis. 7.q.1. & in c.veniens. de filijs presbyt. quod tamen non solet facere. Secundò, fallit in beneficijs ad nutum amouibilibus. c.cum ad monasterium.de statu monac.clem. vnica.de suppl.negl.prælat. not.Felin.in c.fin. col.2.de iudic.Ioan.de Selua in tract.de benef.3.p.q.20.Tertiò fallit, in commenda, quæ fit ab ordinario ad sex menses, de ecclesia Parochiali. c.nemo deinceps.de elect.in 6. vnde alia beneficia potest Episcopus ad tempus, vel in perpetuum commendare, hodie tamen solus Papa, vel eius Legatus commendat beneficia ad vitam. Quartò fallit, in coadiutore dato infirmo, nam cessante morbo, cessabit coadiutoris officiũ.c. 1. & c.fi.de cler.ægrot. Quintò fallit, in visitatore dato quando Episcopus captus est à Paganis, vel Schismaticis, tunc enim Episcopo adueniente extinguitur potestas visitatoris.c.penult.& vlt.de suppl.negl.præl. sicut Capituli potestas, cessat confirmato Episcopo. Sextò fallit in sententia, quæ si fuit lata ad alicuius vtilitatem, & executioni mandata, is habebit beneficium donec contraria fuerit lata sententia. Septimò fallit, quando datur procurator à Papa, cũ libera potestate administrandi in temporalibus, & spiritualibus, quod solet Papa concedere Cardinalibus, cum eis Ecclesias Cathedrales, vel Regulares commendat. c.cum nobis. vbi Abb.de elect. vel cum electus non est legitimæ ætatis, tunc enim potest constitui procurator, vel visitator illius Ecclesiæ, cum libera potestate administrandi temporalia, & spiritualia, ꝙ solus Papa concedere potest c.cui.de elect.in 6.cap.pen.de suppl.negl.præl. c. 1.de elect.in 6. Octauò fallit in beneficijs spectantibus ad Papæ collationem per reseruationem, & deuolutionem, si non sit qui de illis prouideat, potest enim Episcopus idoneum administratorem interim constituere, donec per Papam fuerit prouisum, vt not. Abb.in c.cum nobis olim. in vlt.notab.de elect. vbi dicit idem posse Episcopum facere in Ecclesijs spectantib. ad suam collationem, donec ipse prouiderit intra tempus legitimum. cap. cum vos.de offic.ordin.c.nemo deinceps. de elect.in 6. Nonò fallit in Capitulo, quod sede vacante potest constituere procuratorem in beneficijs spectantibus ad collationem Episcopi, sed conferre non poterit.c.illa. ne sede vac.c.vnico. vbi Io.And.& alij.eod.in 6. nisi collatio fuerit necessaria, vt in beneficio debito mandatario, vel nominato, vt ibi dicunt Doct. potest tñ Episcopus conferre beneficium alicui sub cõditione, si aliud incompatibile quod obtinet, resignet, vt not. Host.in c.ad audientiam.de rescript. vt & sub conditione quæ de iure inest, vt si vacat.glo.in c. 2.de elect.in 6. non autem sub ea quæ reddat incertum actum conferentis, vel si alternatiuè duobus conferatur, sic enim collatio non valet. Felin.in c.2.col.fin. de accus.c.2.

nam ꝗ requiratur, & quæ eã impediãt, quę beneficia conferri possint, & à quo.

de elect. in 6. Tertiò requiritur, vt collatio fiat fine coactione, vel vi, aliter collatio est nulla. cap. 2. de his quæ vi, metusve causa. c. ad aures. & cap. penult. eod. Quartò, requiritur, vt beneficium fine diminutione cōferatur. c. vnico. vt ecclesiastica beneficia, vnde non potest Episcopus conferre beneficia vni, & sibi, vel alteri reseruare pensionem. d. cap. & c. extirpandæ. de præb. nec conferre vni dignitatem, illam sibi reseruando. c. cum venissent. de instit. nec conferre alicui beneficium, & retinere sibi fructus, quia simonia committitur. d. c. vnico. in fi. nisi id faciat ex constitutione, statuto, vel indulgentia Papæ, vel quòd Episcopus id faciat, quatuor concurrentibus: primò, quòd id constituat de consensu Capituli, vt dicit ibi glo. secundò, quod hoc sit statutum ante beneficij collationem, quia post non potest fieri fine consensu beneficiarij, qui tamen ad id consensum præstare non potest tunc fine nota simoniæ; Tertiò, quòd hoc concedatur ad tempus, d. c. 1. & penult. de verb. sign. cap. si propter. de rescript. in 6. in perpetuum enim non potest, clem. vlt. de rebus eccl. non alien. & not. Abb. in d. c. 1. Quartò, requiritur, vt Episcopus id statuat ex iusta, & necessaria causa, & hic vtrumque requiritur. d. c. vnico. Quintò, requiritur, quòd collatio fiat palam, idest coram testibus fide dignis, non domesticis, aliter illi collationi non creditur. cap. post cessionem. de præb. Sextò, requiritur, vt Episcopus conferens literas collationis tradat, aliàs non crederetur fine literis. d. c. post cessionem. de probat. not. Felin. cons. 6. Septimò, requiritur, ex parte eius cui confertur, vt sit idoneus scientia, moribus, & ætate, iuxta tradita supra in cap. 3. cap. cum in cunctis. de elect. quæ ætas requiritur in principio quando confertur, aliàs collatio est nulla. d. cap. & cap. si eo tempore. de rescript. in 6. quod non est in ordine, nam sufficit, vt quis promoueatur intra annum. cap. cum secundum. de præb. c. licet canon. de elect. in 6. nisi iure, consuetudine, vel fundatione, vel statuto requireretur ordo à principio. cap. nemo. de elect. in 6. vel si diceretur, quòd sacerdos præsentetur, illis enim casibus nisi sit sacerdos tempore collationis actu, non valebit collatio, vel institutio, vt dicit Dominicus in d. c. si eo tempore. de rescrip. in 6. Cardin. Zabar. cons. 69. casus talis, quibus tamen casibus benignior est sententia, vt satis sit quòd sit in ætate sacerdotali, & intra annum promoueatur, vt habetur supra, & cap de Renunc. ætatem verò probare debebit fundans se super ea, agendo, vel excipiendo, vnde qui dicit prouisum non habere ætatem legitimam, id probare debet. l. cum de ætate. ff. de probat. Bart. in l. in illa. 1. ff. de verb. oblig. Rota decis. 254. in antiquis. & decis. 800. ibid. Felin. in c. dudum. de præsumpt. in ætate verò solus Papa dispensare potest, cum sit dispositio Concilij. d. c cum in cunctis. de elect. contra quam Episcopi non dispensant, vt dicit glo. in c. cum dilectus, verbo, ætatem. de elect. nec etiam Legatus, vt dicit glo. in c. dilectus. 1. de præb. nisi quis compleuerit vigesimum annum. Episcopus verò potest dispensare ad dignitates, & personatus non curatas. cap. vnico. de ætat. & qual. in 6. quod tamen hodie locum habere non puto, cum in cap. cum dignitates. sess. 24. in Trid Conc. requiratur in ijs certa ætas, vt supra est dictum, cap. 3. nec ibi detur facultas Episcopis dispensandi. Octauò, requiritur, vt beneficium sit vacans, quia non vacans conferri non potest. c. 1. & per totum. de concess. præb. quod tamen potest conferri cum conditione si vacat, licet electio sic fieri non possit. Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 16. quod vacare potest per mortem. cap. susceptum. de rescript. in 6. vel per renunciationem simplicem, vel ex causa permutationis.

nis. cap. 1. & per totum. de rerum permut. vel per priuationem, & depositionem. c. ex literis. & c. grauem. de excess. præl. vel si quis translatus sit ad aliud beneficium curatum, vel incompatibile; primum enim vacat eo ipso quòd illi translationi consensit. c. in apibus. 7. q. 1. post tamen adeptam possessionem secundi. c. quanto. de translat. episc. c. de multa. de præb. clem. gratia. de rescript. glo. & Doct. in c. si quis iam. 20. q. 2. Vel si secundum quis adeptus sit incompatibile beneficium, post enim adeptam pacificam possessionem secundi vacat primum incompatibile. d. cap. de multa. cap. execrabilis. eod. in extrauag. Ioannis XXII. Conc. Trid. sess. 7. cap. 4. sess. 25. c. 17. & sic priuati tenentur in foro conscientiæ dimittere beneficium, & fructus perceptos quando scilicet initium est vitiosum per simoniam, & c. cap. 1. de reg. iur. in 6. & probabiliter obtinendo secundum tale; vt & per assumptionem ad Pontificatum vacant omnia eius beneficia, pensiones, & reseruationes fructuum; Sic etiam per promotionem ad Cardinalatum vacant dignitates, & curata. Abb. in c. ecclesia. 2. de elect. vt & per Episcopatum vacant priora beneficia. Hoied. de incomp. benef. p. 1. c. 4. nu. 11. nisi concedatur eis à Papa illorum retentio, vt solet, maximè Cardinalibus. Puteus decis. 430. lib. 2. vt & per Episcopatum vacant pensiones, nisi Episcopatus sint in partibus infidelium; Sic per obtentionem Abbatiæ vacant priora beneficia, etiam si is non fuerit benedictus; vt & obtinens, vt supra, Parochialem, vel curatum, si consequatur possessionem secundi similis etiam dati in commendam perpetuam, vacat primum ipso iure, modo cura sit perpetua, non temporalis, & actu, non habitu, & idem si habens dignitatem aliam consequitur, & idem de personatu.

4 Beneficia quib' modis vacēt, maximè p adeptionē secundi.

Vel in hoc clarius agendo, dicendum est, quòd quædam beneficia sunt incompatibilia primi generis, ita vt qui vnum habet, si aliud pacificè postea obtinet, primum vacet ipso iure, iuxta d. c. de multa. de præb. clem. fin. eod. d. c. execrabilis. eod. in d. extrauag. Ioannis XXII. Conc. Trid. sess. 7. c. 4.

Quædam, secundo loco, sunt incompatibilia, ita vt si secundum simile post obtineatur, cogi possit quis alterum dimittere, sic tamen, vt ei detur optio eligendi quod mauult, iuxta cap. præterea. cap. referente. de præb.

Quædam tertio loco, sunt incompatibilia, quia non possunt retineri sine peccato simul sine dispensatione, iuxta cap. 17. sess. 24. de reform. in Trid. Conc. sed non inducunt vacationem.

In primo capite, cõstituuntur Papatus, per cuius assumptionem vacant, vt supra, omnia priora beneficia, & Cardinalatus, per cuius adeptionem vacant dignitates, & curata, & Episcopatus, per cuius promotionē vacant priora beneficia, vt supra habetur, modo percipiat fructus Episcopatus, secus si sit titularis tantum; sic enim non vacant priora beneficia, vt nec vetitum est tali simplex beneficium cõferre; vt probat Nau. cons. 21. de præb. Sic per obtentionem secundæ Abbatiæ vacant priores Abbatiæ, & etiam si post obtinet curatum, vel dignitatem. d. clem. fin. Nau. de præb. cons. 27. Sic obtinens parochialem, vel curatum, si post obtinet possessionem pacificam secundi curati, amittit primum ipso iure. d. c. de multa. & d. c. execrabilis. etiam si sit datum in commendam perpetuam, non tamen id amittit qui habens curatum, obtinet post simplex cui curatum sit vnitum in alia ecclesia. cap. super eo. de præb. in 6. Nau. de præb. cons. 28. nu. 1. vt & fallit si secundi non obtinuerit possessionem pacificam, cum deturbatione de facto, vel litigio de iure; vt & fallit si superior primi non vult habere ratam collatio-

nem secundi, sed repetit suum clericum; sic & fallit, si secūdum calore iracundiæ accipiat, modo incontinenti pœniteat, vel si adeptus secundum curatum, in primo expensas fecit de patrimonio, quia non tenetur dimittere primum, nisi expensis sibi refusis. arg. c. quicunque. 12. q. 4. ita Abb. in d. c. de multa. nu. 13. 14. & 15. sic habens dignitaté, si aliam consequitur, vel beneficium cum cura, prima vacat ipso iure. d. clem. fi. de præb. sic habens personatum, quod est idem cum dignitate, vel beneficio curato, vt sentit Abb. d. c. de multa. nu. 21. si post simile consequitur, prius vacat ipso iure, vt & si habet officium cum iurisdictione, si post simile consequitur, modo sit perpetuum, vt & dignitas, quia non satis esset quod fieret vicarius Episcopi, primum vacat ipso iure. d. c. execrabilis. Sic si quis habet vnum beneficium in vna ecclesia, vt vnam Capellam, vel vnum Canonicatum, aut præbendam, si post aliud vniforme in eadem ecclesia obtinet, primum vacat ipso iure. c. literas. de concess. præb. d. clem. fi. de præb. d. c. de multa. in fi. de præb. Nau. cons. 29. nu. 5. & cons. 32. nu. 2. de præb. secus si sint difformia, licet obtineantur in eadem ecclesia, vbi consuetudo, statutum, vel Episcopi dispensatio id permittit: vt glo. d. & Franc. ac Gem. in c. vnico. de consuet. in 6. ijs enim remotis, alterum eligi debet, vt ait Nau. d. cons. 32. de præb. nu. 2. in princ. dicuntur verò vniformia, quæ habent idé prorsus officiū, vt duo Canonicatus, secus si habent idem nomen, non autem idem officium, si enim quis habeat duas capellas in vna ecclesia, cum onere celebrandi bis in hebdomada pro vna, in vno altari, & bis pro alia, in alio, non dicuntur vniformia, vnde simul retineri possunt, quando vnum non sufficit ad sustentationem, vt ait Nau. cons. 35. de præb. vt & Canonicatus cum capella simplici requirente tantum celebrationem Missæ certis diebus, vel beneficium simplex, & capella in eadem ecclesia retineri possunt. Lap. alleg. 116. num. 5. Sic habens vicariam perpetuam in beneficio curato, si secundum curatum consequitur, primum vacat ipso iure, nisi sint simul vnita, vt nec beneficium simplex, vacat per adeptionem parochialis in quo adest, vt idem ait cons. 32. de præben. num. 2.

Et hi sunt casus contenti in primo capite, quibus per adeptionem secundi, modo exposito, primum vacat ipso iure: sic tamen, vt eius possessio alteri tradi non possit, nisi vocato primi possessore. cap. licet Episcopus. de præben. in 6.

In secundo capite, dicitur, quòd si quis obtinet Canonicatum vel aliud beneficium requirens residentiam, modo nō sit dignitas, si postea consequitur curatum, primum non vacat ipso iure, sed datur optio, vt ait Abb. in d. c. de multa. nu. 2. & idem videtur, si habens curatum, post consequitur Canonicatum, qui non sit dignitas, quòd primum non vacet ipso iure, sed detur optio, iuxta d. c. præterea. & c. referente. de præb. verius tamen est, quod primum vacet ipso iure, ex elucid. 24. & 528. sacr. congreg. Sic habens capellam simplicem requirentem residentiam, si in alia ecclesia aliam consequitur, primum nō vacat, sed datur optio, iuribus prædictis, & idem de præstimonijs, & alijs simplicibus beneficijs, cum residentia, & Papa ea tali ex causa potest concedere, & interim datur optio: sic qui habet dignitatem, vel personatum, si post obtinet Canonicatum in alia ecclesia, primum non vacat ipso iure, sed datur optio, & èconuerso, & idem si habens Canonicatum, consequitur alium in alia ecclesia, datur enim optio, vt ait Paris. latè de resign. benef. lib. 3. q. 1. & generaliter vbi beneficia requirunt residentiam

tiam tantum, nec sunt dignitates, aut curata idem est, imò & habens officiū sine iurisdictione, potest habere vnum beneficium simplex cū officio. Nau. cons.36. de præb. & habens dignitatem, non amittit eam per adeptionem secundæ, vbi nulla, vel prima saltem, non requirit exercitium seruiendi, in diuersis scilicet ecclesijs, quæ & potest retineri cum Canonicatu, vt dicit Abb. in d.c. de multa. nu.22. Nau. tamen cons.29. de præben. censet hodie ob Conc. Trid. sess.24.c.12. esse incompatibiles primi generis, cum requirant ibi residentiam personalam, quod tamen in ecclesia Brixiensi vsu adhuc nō est inductum, cum nomen dignitatis ibi tantum retineant.

Circa tertium caput, dicendum est, quòd vnum beneficium tantum vni est conferendum, quod si ad vitam honestè sustentandam non sufficit, licet ei aliud, modo vtrumque residentiam non requirat, adiungere. Conc. Trid. sess.25.c.17. aliàs plura retinens peccat mortaliter, vt ait glo. in c. dudum. 2. de elect. Nau. c.25. nu.127. quod intelligitur attenta personæ qualitate, plus enim vni opus est, quam alij, & si non adsit Papæ dispensatio, vt & in alijs; & Nau. cons.26. de præb. dicit, cogi quem posse superflua renunciare, Papæ tamen tolerantia in foro exteriori, qui id scit, & tolerat, videtur excusare. arg. c.1. de constit. in 6. & regulariter in hoc dispensatio non petitur, & videtur id relinqui conscientiæ cuiuscunque.

Et vacat etiam si quis per vim secundum occupauit. c. eum qui. de præb. in 6. vel si habens parochialem, intra annū non est promotus ad sacerdotiū; tunc enim vacat ipso iure, & potest conferri, nisi legitimè fuerit impeditus. d.c. licet canon. & c. commissa. de elect. in 6. ante tamen finem anni potest id resignare, nisi constet de fraude: Paris. q.2. & 3. in quo tamen requiritur iudicis declaratio. Burs. cons.14. vol.1. sic vacat beneficiū si quis contrahat matrimonium de præsenti. glo. & Doct. in c. vnico. de cler. coniug. in 6. vel si hæresim incurrerit. cap. ad abolendam. §.1. de hæret not. Butr. in c. fi. de postul. Felin. in cap. Rodulphus. de rescript. nisi simulatque deprehensus est in hæresi paratus sit hæresim abiurare, antequam neget, nam si probato crimine, & post peractum processum velit pœnitere, non facile est ei danda venia, nec restituendus in beneficio, vt not. Abb. & Felin. in d.c. ad abolendam. Rebuff. in praxi benef. 3.p. nu.7. cum seq. requiritur etiam quòd sponte sua non metu coactus, vel suasionibus redeat, vt ait Boer. decis. Bordeg. q.341. & 343. & quòd velit redire ad fidei vnitatem, nam si post liberationem haberet animum resiliendi à fide nō reciperetur, & quod paratus sit abiurare hæresim ad arbitrium Episcopi loci vbi fuit deprehensus, vel Inquisitoris, si Episcopus esset hæreticus, vel suspensus, & quòd publicè abiurare paratus sit, nisi ex iusta causa abiuratio secreta ab Episcopo, vel Inquisitore admittatur. d.c. ad abolendam. & q congruam satisfactionem paratus sit exhibere, vt si hæreticus scripsit hęresim, contrariū scripto asserat, & si prædicauit, prædicando cōtrarium dicat, petendo veniam ab ijs, quibus falsam doctrinam tradidit, rogans eos, vt illam abijciant: vnde cōgrua non est satisfactio, si verbo satisfacere simulet, & re contrarium agat, arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. non est etiam congrua satisfactio si comprehensus negat se illa dixisse, sed asserit se credidisse, & credere contrarium: vel si specificè non fateatur suum errorem, sed dicat, se credere quod Ecclesia sancta credit, quia postquam testibus est conuictus, sua negatio nil valet, cum sufficiat aliquem confiteri crimen in iudicio, vel cōuinci. c. at si clerici. de iudic. vnde de cætero non est recipiendus ad pœnitentiam,

tentiam, nec ad abiurationem, cum sponte, & continuò id non facit, venia enim illi indulgenda non est qui non recognoscit peccatum, sed negat crimen. c. non quod Cain. de pœnit. dist. 1. nec dicitur satisfecisse negando, sed recognoscendo, & abiurando. d. c. ad abolendam. & non solùm hæreticus est priuatus beneficio, sed etiam qui illud obtinuit ad preces hæreticorum, & si id retinet est inhabilis ad alia. c. 2. §. ad hæc. de hæret. in 6. & filij etiam hæreticorum, licet non sint priuati beneficijs obtentis ante delictum patris, post tamen illud inhabiles fiunt ad obtinenda. c. statutum. & c. quicunque. de hæret. in 6. & idem in nepotibus, & filijs descendentibus. c. vt commissi §. priuandi. cod. tit. c. fœlicis. §. quod si quis. de pœn. in 6. vnde isti hæretici nō sunt tuti post triennium, decreto de pacifico possessore, licet possederint post delictum, cum semper vacet beneficiū; sic etiam vi ingrediens possessionem beneficij, ius quod in eo habet ipso iure amittit. c. eum qui. de præb. in 6. Schismaticus etiam ipso iure beneficia amittit. c. nos consuetudinem. 12. dist. & c. quia diligentia. de elect. & propriè schismaticus dicitur ille, qui se diuidit ab vnitate Ecclesiæ Romanæ, cōstituendo sibi aliam Ecclesiam, ordinando clericos, & sacerdotes, Episcopatus, & beneficia conferendo, vt ait glo. in summ. 24. q. 1. not. Abb. Anan. & alij, in rubr. de schismat. hæreticus etiam vt supra, amittit etiam beneficium ipso iure. c. cum secundum. de hæret. in 6. sic tamen, vt talis declaretur, vt deijciatur. d. c. Simoniacus etiam priuatur ipso iure beneficijs. c. insinuatum. vbi Felin. & alij. de simon. Doct. in c. 2. de rescript. extrauag. cum detestabile. de simon. in extrauag. com. quod intelligitur si crimen est notorium, secus si occultum, quia tunc veniret priuandus, nisi rehabilitetur. c. presbiter. 1. q. 1. Abb. & alij in c. nisi. de renunc. hodie tamen est ipso iure priuatus, ex d. c. detestabile. de simon. in extrauag. & in foro conscientiæ, si ingressus fuit simoniacus, non poterit illud retinere. c. beneficium. de reg. iur. in 6. Limitatur etiam in resignationibus simoniacis, quæ non valent in præiudicium resignantis, vnde qui sic resignauit videtur quòd possit iterum resignare, non tamen in fauorem, cum ius amiserit, vt inquit glo. & Doct. in c. super hoc. de renunc. Innoc. in c. cum vniuersorum. de rerum permut. Rota decis. 236. in antiquis. qui tamen, vt supra, id retinere non potest, collatio tamen simoniaco facta est nulla, quia sic fit inhabilis. c. ordinationes. 1. q. 1. c. Inquisitionis. de accusat. Percutiens etiam Cardinalem ipso iure amittit beneficium. d. c. fœlicis. de pœn. in 6. vel si iniuriosè percusserit Episcopum, cœperit, vel bannierit, vel prædicta mandarit fieri, vel rata habuerit. clem. 1. de pœnis. Similiter homicida qualificatus, vt pretio conductus ad aliquem occidendum, ipso iure amittit beneficium. c. 1. de homic. in 6. Alex. cons. 166. vol. 7. & idem si parentes interfecerit, vel alterum eorum, vel fratrem. c. Inquisitioni. 1. vbi Felin. de accus. Anan. cons. 63. alij verò homicidæ non sunt priuati ipso iure, sed veniunt priuandi per sententiam. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. Diaz. in pract. crim. c. 88. Nau. c. 27. num. 249. sed si homicidium non est voluntarium, vel forte, & casu, aut se defendendo est commissum, Papa id solet committere Episcopo, vel Metropolitano, vel viciniori Episcopo, vt id cognoscat, & dispenset. d. Conc. Rebuff. tit. de dispen. cum corp. vit. num. 20. Episcopus tamen iure suo non potest dispensare cum homicida, vt obtineat etiam beneficium simplex, vel retineat saltem quò ad ordinis executionē, vt nec quòd is ordines suscipiat, nisi factum sit ad necessariam defensionem cum inculpata tutela. clem. 1. de homic. & d. Conc. Falsarij etiam literarum

Papæ

Papæ idem amittunt. c.ad falsariorum. de crim.falsi. Sic qui professionem emittit in religione probata, ipso iure amittit beneficium.c.beneficium.de regul.in 6. Sic ét per se, vel alios occidere, vel mutilare præsumens rectorem alicuius Ecclesiæ, vel clericū aliū ipsius ecclesiæ, si eiusdem sit beneficiatus.c.in quibusdam.de pœnis. Similiter cogens clericum resignare suum beneficium, carceribus fortè eum detrudendo, donec resignarit. clem.multorum. de pœnis. quæ resignatio est nulla. d clem. & c.sciant. de elect. in 6. Sic etiam apostata à fide beneficium amittit. c.pen.& fi.50.dist. non tamen apostata ab habitu in religione, vt not.glo.Abb & alij.in c.1. de apost. vt & vacat per contractum matrimonij per verba de præsenti. cap.decernimus. cap.de his.cap.presbiter.dist.18.Clar.in pract.crim.lib.5.sent.§.fi.q 73.ver. clericus. vt & si quis alienat bona sui beneficij Papa inconsulto. c.ambitiosæ. de rebus eccl. non alien. in extrauag. vel si non defert habitum clericalem. ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura; vel si quid dat, vel accipit pro gratia, vel iustitia accipienda, vel danda in curia, & fortè etiam Sodomitæ consuetudinarij. ex Bulla quinta, & sexta Pij V. & aliter si qui alij sunt casus iure expressi. Quibus tamen casibus adhuc requiritur sententia declaratoria iudicis, quòd ea crimina incurrerint, antequam possessione priuentur.c cum secundum.de hæret.in 6. In alijs verò criminibus veniunt priuandi per sententiam. Intrusus etiam ipso iure amittit beneficium.cap. eum qui. de præb. in 6. cum distinctione de qua ibi per Gem. & tenetur ad fructuum perceptorum, & qui percipi potuere, restitutionem, impensis deductis. Nau.cap.25.nu.114. & tenetur actione iniuriarum, si alicui iniuriā eo actu irrogauit. c.grauis. de restit.spol. & est inhabilis ad id beneficium. d.c.nec iuuatur ex communi errore. Abb.in c.gratum. num.2.de offic.deleg. Dicitur verò intrusus, qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, sed de facto obtinet beneficium. c.eum qui. de præb.in 6. vel si habet beneficium sine authoritate superioris. Innoc.in c.nihil. de elect. vel si ante institutionem percipit fructus, vel ante confirmationem administrat. Rebuff. in praxi 3.p.for.sign.grat.nu.54.55.& 56. Vel si est depositus, & declaratus inhabilis ad beneficia, & tamen remanet in possessione. Inn.in c.qualiter.2. de accus. vt & ob suspensionem in perpetuum, vel homicidium, lata sententia.cap.14.sess.7.in Trid.Conc. Vel si commisit crimen dignum depositione. Silua.3.p.q.2.ru.5.modo vt ibi. Vel si habet iniustè alteri beneficium ablatum. c.licet. de præb.in 6. Vel si ingreditur possessionem beneficij propria authoritate, & oportet exprimere hanc qualitatem, aliàs impetratio non valet. Felin.in c.veniens. de accusat. vel si accipit possessionem beneficij sine Bullis cum sola signatura. Rebuff.in 3.p.sign.nu.8. vel si est ei collatum à non habente facultatem, vel si collator erat suspensus. cap. quia.de concess. præb. vel à Vicario sine speciali mandato. c.fi.de offic.vic.in 6. vel ab Episcopo, ad Papam deuolutum. Boer.decis.170. vel id habuit per simoniam. Couar.lib.3. c.16.nu.7. var. resol. vel possessionem est ingressus ante collationem. Felin. in c.in nostra. de rescript. vel si se fecit institui in beneficio viuentis, aut se in eo intrusit. Abb.in c.2. de concess. præb.

Et si beneficii collatio in quo quis se intrudit pertinebat ad Papam, per cap.2.de præb in 6. vel per cap.2 de concess.præb. vel ex reseruatione eius, non restituitur ad illud. Gemin.q.47.de trien.poss. & tenetur restituere fructus, vel componere cum camara; si verò spectat ad ordinarium, ipse prouidebit de eo, nisi sit deuolutum; & etiam quòd diu possederit intrusus talis ad-

lis adhuc priuatus existit, nec potest resignare, aut permutare. Boer.decis. 205.nu.6. cum diuturnitate temporis nō acquiratur ius in beneficialibus, & spiritualibus. Bal.in c.ex parte.de testibus. nisi in foro fori, ius resignantis super beneficio resignato fuisset canonizatum per sententiam rotalem, quia sic acquirit ius. Caputaq.decis.300.p.2. Sic si cui laico est beneficium collatum, id non potest retinere. Pur. decis.266.lib.1. sed & restituendum collatori; sic in minoribus constitutus matrimonium contrahens id amittit ipso iure. Clar.lib.5.sent.§.fin.q.73.

In foro verò conscientiæ, vbi quis ob crimen priuatur beneficio ob crimen etiam hæresis, non tenetur id resignare ante latam sententiam, sed potest id retinere. Sotus lib.1.de iust.& iu.q.6.art.6. Couar.in 4.decret.2.par. c.6.§.8.nu.8.nisi in lege addatur etiam in foro conscientiæ, vel nisi initium sit vitiosum, vt simoniæ, intrusionis, &c. vel si is a iure inhabilitetur ad id obtinendum. arg.c.1.de reg.iur.in 6. lata sententia verò, vbi quis ipso iure priuatur, priuatur beneficio, & fructibus a die criminis cōmissi perceptis. Couar.loco cit.num.7.& 8.

His casibus beneficiū vacare ipso iure dicitur. & ideò ab Episcopo conferri potest, vt not. Rebuff.in d. praxi 3.par. quod intelligitur si constat de crimine, & dummodo sententia declaratoria sequatur super eo, reo prius citato.c.cum secundum de hæret.in 6. nam si delictum sit occultum, non tenetur quis id resignare in foro conscientiæ, nisi simoniacus, vel intrusus, vel alias habens initium vitiosum, vel nisi in iure, vt supra, addatur etiam in foro conscientiæ, vt non possit id retinere, cum nemo teneatur pœnam exequi contra seipsum, & pœnæ in foro conscientiæ locum non habeant: vt not.glo.communiter recepta.in c.fraternitatis.12.q.2.nisi initium sit vitiosum, vt supra, tunc enim resignare tenetur, nec pōtest illud tuta conscientia retinere, & idem videtur de obtinente secundum incompatibile, vt supra est dictum.

Verum est tamen quòd cum hodie omnes pœnæ sint arbitrariæ, etiam si sint in iure taxatæ, ideò iudex potest eas ex causa minuere, vel augere. Couar.lib.2.c.8.var.resol. Sim.de cath.instit.tit.46.nu.79. Foller.in pract.4. p. nu.2.etiam in hæresi, ideò potest has pœnas mitigare. Zerola in praxi epis. verbo, priuatio.in princ. Et quando beneficium ipso iure vacat, vel alio modo, debet impetrans exprimere modum quo vacat. d.cap.susceptum. de rescript.in 6. nec sufficit dicere quòd ecclesia vacet.

5 Beneficia quot, & quibus modis deuoluantur.

Octauò, requiritur, quando Episcopus confert, vt beneficium illud non sit deuolutū, quod tribus modis contingit, vel quia collator scienter indignum ad beneficium elegit, potestatem.n.amittit pro ea vice eligendi aliū. c.cum Vintoniensis.c.per inquisitionem.c.ne pro defectu.de elect. & eo casu deuoluitur potestas eligendi ad proximum superiorem. d.c.ne pro defectu. secundò, si collator infra sex menses à die scientiæ vacationis computandos, beneficium vacans non conferat glo. in cap. postquam.50.dist.c.quia diuersitatem.in fi. de concess.præb. cap.2.de concess.præb. non per hoc tamen derogando collationibus quæ breuius tempus requirunt, vt is, qui optare debet intra viginti dies, id agere debet.c.fi.de consuet.in 6. & in ecclesia patronata, laicus intra quatuor menses, clericus intra sex præsentare debet. d.c.vnico. de Iure patr.in 6. & mandatarius; intra decem dies debet acceptare beneficium vocatus, quando mandatum à Papa procedit, quo tempore elapso, ordinarius conferet.cap.si pluribus de præb.in 6. maiores etiam dignitates,

dignitates, vt Episcopales, Archiepiscopales, Abbatiæ, & huiusmodi, intra tres menses de pastore prouideri debent, aliter ius eligendi deuoluitur ad proximum superiorem. d. c. ne pro defectu. cap. quam. de elect. in 6. aliæ verò dignitates inferiores, & beneficia debent conferri intra sex menses, vel per electionem. c. cum nostris. c. dilectus. cap. postulastis. de concess. præb. vel per collationem. cap. 2. eod. tit. tam à primo collatore, quàm ab alio in quem fit deuolutio. c. fin. de suppl. negl. prælat. secundus enim collator habet idem tempus quod primus, & collatio ante tempus deuolutionis facta, ab eo, ad quẽ deuoluitur. valet, nisi & alia postea fiat, vt dicunt Doct. in c. 2. de præben. in 6. Felin. & alij. in c. cum ex officii. de præscript. Boer. decis. 20. & quando ius cõferendi deuoluitur ad Papam per negligentiam inferiorum, si intra vnum mensem Papa non confert, potestas redit ad primos ordinarios collatores. c. 3. de præb. in 6. quasi id negligat, quod Rebuff. in §. 1. de regia ad prælaturas denominatione, intelligit procedere tantum in beneficijs vacantibus in curia, aliter quam iure deuoluto, cum nemo sit superior Papæ qui eius negligentiam corrigere possit, & hoc tempus sex mensium currit à die quo collator scire debuit vacationem. c. præsumitur. de reg. iur. in 6. & in Ecclesijs nuper ædificatis currunt sex menses à die quo cœperunt perfici, vel consecrari, quia tunc dicuntur vacare. c. quoniam. c. cum propter. de Iure patr. quæ tamen intelliguntur, si collator præsentans, vel nominans, potuit id munus exequi, nam impedimento stante non nocet lapsus temporis, vt si Episcopus sit suspensus, vel excommunicatus. c. quia propter. de concess. præb. vel sedes vacet. c. de quanta. c. auditis. cap. cum nobis. de præscript. c. 1. & fi. ne sede vac. cum eo tempore non currat præscriptio, & licet sit Episcopus excommunicatus culpa sua, non per hoc currit ei tempus, cũ alia pœna sit ei imposita. c. 1. de suppl. negl. prælat. in 6. nam suspensus, vel excommunicatus eligere nec eligi potest. cap. cum dilectus. §. quia verò. de consuet. c. cum inter. de elect. c. cum bonæ. de æt. & qual. nec eo casu Archiepiscopus qui ob negligentiam Episcopi subit eius officium, potest conferre beneficium, nec ad eum fit deuolutio. c. quanquam. de elect. in 6. c. si compromissarius. eod. tit. oportet etiam ad hoc vt fiat deuolutio quòd adsit culpa, aliàs si impedimentum legitimum interuenerit non fit deuolutio. c. cupientes. §. insuper. & c. concessa. de elect. in 6. vnde impeditis postulare, vel præsentare ob pestem, non currit præscriptio, nec fit deuolutio, vt inquit Bal. in cons. 479 vol. 4. Ripa tract. de peste, fol. 27. idem in casu hostilitatis. c. ex transmissa. de præscript. Rebuff. in tract. de pacif. possess. nu. 301. & in quolibet legitimo impedimento, de quibus Rebuff. de collat. in concordant §. 1. ver. impedimento cessante. Quando verò impedimentum non subest, deuolutio fit hoc ordine, primò, vt cõmunis sit regula, vt deuolutio fiat ad proximum superiorem, non inferiorem; vnde si Prælati regulares non conferant beneficia regularia suo tempore, deuolutio fit ad Episcopum loci clem. vnica. vbi glo. de suppl. negl. prælat. sic si Patroni negligant præsentare intra tempus debitum statutũ, deuolutio fit ad eum qui instituere debet. d. clem. cum glo. in verbo, dispositionem. Rocus in tract. de Iure patron. ver. honorificum. q. 23. si electores negligant ius deuoluitur ad confirmantem. c. 2. de suppl. negl. prælat. not. Abb. in c. 1. de elect. Doct. in c. fin. eod. in 6. quòd si ab inferiori facienda sit collatio ex consuetudine, priuilegio, statuto, vel alio modo, ad Episcopum fit deuolutio, & ab eo ad Archiepiscopum. c. 2. de concess. præben. & ab eo ad Papam, non ad Patriarcham. c. licet.

de suppl.negl.præl.Primate Galliæ excepto, ad quem fit deuolutio, vt ait Rebuff.in praxi benef.tit. de deuolut. si ad Capitulum, & Episcopum pertineat collatio coniunctim, vel diuisim, altero negligente ad alterũ fit deuolutio.c.2.de concess.præb. c.vnico.ne sede vac.in 6. si verò ad Episcopum est deuolutum, ex ipsius negligentia, deuolutio fit ad superiorem, vt dicit Abb.& alij, in c.cum in cunctis.de elect. In electione verò Episcopi, si electio fit de indigno, electores priuantur ea vice potestate eligẽdi. d.c.cum in cunctis.& c.innotuit. de elect. sed eo casu deuolutio nõ fit ad Archiepiscopum, sed ad Papam. c.quanquam. de elect.in 6. quando scilicet omnes electores, vel simul, vel separatim scienter eligunt indignum, si enim non omnes eligerent indignum, sed aliqui eorum dignum, tunc ad alios etiam minores numero ius deuoluitur, non ad Papam.c.congregato.de elect.not.glo.in d.cap. quanquam. si verò non ob delictum, sed ob negligentiam electores non eligunt Episcopum tempore statuto, tunc deuolutio fit ad Archiepiscopum, non ad Papam, vt ait gl.in d.c.quanquam.& si Vicarius Episcopi malè conferat, vel non statuto tempore, deuolutio fit ad Archiepiscopum, non Episcopum Vicarij, vt inquit Rebuff.tract.de denominat.q.14.nu.63.ab exemptis Episcopis collatoribus ad Papam fit deuolutio.cap.licet. & c.sicut. de suppl.negl.prælat.ab exemptis regularibus ad Episcopum loci, qui authoritate Apostolica confert.c.cum singula.de præb in 6. clem.vnica.de suppl. negl.præl. Capitulum etiam sede vacante Episcopi conferre potest beneficia deuoluta ad Episcopum, ex negligentia, vel delicto inferioris. cap.cum olim.de maior.& obed.Ioan.And.in c.quanquam.de elect.in 6. si tamen sede vacante præbendæ vacent, illæ non conferuntur iure deuoluto a Capitulo. c.2. ne sede vac. cum collatio beneficiorum sit in fructu Episcopi, vt ait glo.in d.c.cum olim. de maior. & obed. & ideò reseruantur futuro successori.c.quia sæpè. de elect.in 6. clem.penult. eod.tit. in institutione tamen facienda ab Episcopo de præsentato à patrono nullum est statutũ tempus, ideò ob non factam institutionem non deuoluitur ius ad superiorem, sed ad eum recurri potest, vt præfigat terminum Episcopo ad instituendum. cap. reprimendum.de offi.ordin.cap.cum inter.de elect. & si deneget, recurritur ad superiorem pro institutione; similiter si executor, cui nullum est statutum tempus, vt not.in clem.cum ea.de concess præb. deneget, vel negligat, recurritur ad superiorem, vt ait Rota decis.212.in nouis. Nec Papa solet derogare iuri præsentationis ante institutionem, nisi deuolutio sit facta.

6 Nonò, ad hoc vt collatio sit valida, oportet, vt beneficium non sit reseruatum quando Episcopus confert, vel inferior, quæ reseruatio fit à summo Pontifice, & ab eius Legato de latere, quam Legatus vigore suæ legationis facere potest, dummodo vna facta in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, aliam in eadem Ecclesia non faciat, nec postquam semel reseruauit sibi beneficium ad alicuius collationem pertinens, aliud, illa reseruatione pendente, beneficium ad eiusdem collationem pertinens sibi non reseruet. c. præsenti de offic.leg in 6. Papa verò facit reseruationes generales, & speciales, vel præter ius, vel in corpore iuris clausas, extra ius generales reseruationes sunt, cum Papa reseruat sibi dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & Metropolitanis Ecclesijs, vt in regula Cancellariæ secunda.c.ad regimen.c.execrabilis.de præb.in extrauag.com. vel principales dignitates in collegiatis. Dicitur verò maior dignitas in Cathedrali, quando illam obtinens ex fundatione Ecclesiæ, vel consuetudine, statim incedit

Beneficia reseruata q̃ sint Papæ, & vt de eis non disponendum.

incedit post Episcopum, vt dicit Rota decis. 173. in nouis. & in Collegiatis maior dignitas dicitur eius, qui primum locum in Ecclesia habet, vt dicit Ioan. Andr. in cap. deliberatione. de offic. leg. in 6. similiter si Papa se immiscuit, vel contulit, & quæstio mouetur vel de eius possessione, vel nullitate, nam hæ notiones, & beneficia Papæ reseruantur, vt inquit Abb. in c. inter dilectos. col. pen. de excess. prælat. c. vt nostrum. de appellat. Rom. cons. 335. generales etiam reseruationes sunt, quando omnium beneficiorum regni, vel certi loci, vel personarum, vel dignitatum fieret ampla reseruatio, vel quando plures reseruationes reducuntur sub vna ratione, vt ait Bellam. cons. 34. vt quando Papa reseruat beneficia, quæ sic vacabunt, vel per adeptionem secundi beneficij, vt in cap. execrabilis. de præben. in extrauag. Ioannis XXII. vel vacantia in certo loco, vt in c. & si in temporalium. de præb. in extrauag. com. in corpore iuris verò est reseruatio generalis beneficiorum quæ vacant in curia, vt dicit glo. in reg. Cancell. 33. Rebuff. de reseruat. §. 1. Gomes. in reg. Cancell. de trien. possess. q. 3. vbi plures reseruationes tradit in corpore iuris clausas, dicuntur verò beneficia vacare in curia Romana, personarum scilicet existentium in Papæ familiaritate, quę conferri possunt à solo Papa intra mensem à tempore vacationis, & postea ab ordinarijs. c. 1. & 2. de præb. in 6. & hi sunt qui panem habent ex Palatio, Referendarij, Prothonotarij, Subdiaconi Palatij, Auditores Rotæ, Acoliti, Scutiferi, Secretarij literarum Apostolicarum, scriptores, cubicularij, milites sancti Petri, Lauretani, custodiam facientes in Palatio, Conclauistæ, Vicecamerarius, Cōmissarius camaræ, Thesaurarius, Datarius, Auditor camaræ, & Cardinales. Paris. de resign. benef. lib. 2. q. 16. & similiter curialium, qui extra curiam mortui sunt, si peregrinationis infirmitatis, vel recreationis causa absentes intra duas dietas legales moriuntur; & similiter nuntiorum Apostolicorum abeuntium à curia, vel ad eandem redeuntium. cap. præsenti. de præb. in 6. non reseruantur tamen Parochiales Ecclesiæ decedentium in curia. c. si Apostolica. de præb. in 6. Similiter reseruantur beneficia familiarium Cardinalium, vt in regula Cancellariæ tertia, vel habentium officia scriptoris, vel aliud Papæ officium, & in impetratione oportet exprimere, quòd talis est, vel erat familiaris, & cōtinuus commensalis, nec sufficeret dicere cum tantum esse familiarem. d. reg. 3. in princ. quòd si familiaris Papæ, vel Cardinalis resignaret beneficium vnitum in fauorem alicuius, & non expressisset reseruationem, non valet impetratio, non ob reseruationem, quæ non obstat, sed ob vnionem, quia si Papa illam sciuisset non contulisset, vt inquit Rebuff. de reseruat. nu. 4. sic, vt supra, reseruata sunt omnia beneficia vacantia in Vrbe, & beneficia exemptorum Papę immediatè subiectorum, & in casu. c. debito. de elect. in extrauag. Ioannis XXII. & in c. ad regimen. de præb. in extrauag com. vt & reseruantur deuoluta, & vbi habens curatum, secundi possessionem accipit, vel vbi quis fit Episcopus, vel vbi beneficia reseruantur per regulas Cancellariæ, vel Constitutiones Pontificum, vt Nicolai V. Pauli I. vel vacantia per priuationem, & recepta in confidentiam, vel vacantia ob hæresim, vel vacantia sede Primatiali, Archiepiscopali, vel Episcopali vacante, vel collata hæreticis, vel apostatis, vel parochiales non seruata forma Conc. Trid. sess. 24. c. 18. Paris. lib. 2. de resig. benef q. 16. Sic beneficia collectorum, & aliorū officialium Papæ sunt reseruata, licet officia dimiserint, non tamen eo casu essent reseruata beneficia, quæ post dimissionem officij acquisiuere, vt dicit

Ægidius in c.cum in distribuendis.col. fi.de temp.ordin. & si Papa moriatur postquam officialis desierit habere officium, tunc eius beneficia non sunt reseruata, cum per mortem Papæ cessent reseruationes, sicut regulæ, erunt tamen affecta officialibus alterius Pontificis, ideò in prouisione huius beneficij debet id exprimi, vt ait Rebuff. loco prædicto.nu.26. beneficia etiam Cantorum Papæ sunt reseruata, & Capellanorum, vt ibi dicit num.27. sed non beneficia procuratorum curiæ contradictarum, nec notariorum Rotæ, quia non sunt familiares, & idem in Magistris registri supplicationum, & magistri plumbi, & Auditoris camaræ, nisi sit Prothonotarius, secus verò in Auditoribus Rotæ, vt ibi ait Rebuff.nu.9. vt & reseruantur beneficia parochialia, si vbi à Papa, vel alio collatio est fienda, certior de hoc Papa ab ordinario factus nō sit à die vacationis ecclesiæ, vel alius ad quem collatio spectat pro ea obtinenda intra quatuor menses. ex Bulla trigesimaoctaua Pii V. quæ reseruantur collatori, vel Papæ, si ad eum collatio spectat, vt & Papæ parochiales reseruantur, si in suis mēsibus Episcopi intra quatuor menses magis idoneos inuentos in concursu non elegerint. Sic etiam beneficium dicitur reseruatum Papæ per manus eius appositionem.c.nostram.de appell. vt si Papa conferat beneficium inhabili, vel nulliter, erit adhuc reseruatum ipsi Papæ.c.inter dilectos. de excess.prælat.vbi Abb.& alij. Roman. cons.535.col.2.sic quando Papa cōmendat beneficium alicui, per eius mortem est Papæ reseruatum, vt ait Rom. cons.350. Sic etiam si electoribus mandat ne ad electionem procedant talis beneficij.c.si eo tempore. de elect. in 6. similiter quando Papa mandat prouideri de primo beneficio, nam tūc Papæ est affectum, ita quòd alius præter Papam, vel eius executorem illud conferre non potest.c.si de præb.in extrauag. com. Ægidius cons.34. & plus afficit hæc manus appositio, quàm reseruatio, quia donec fuerit plenè per Papam prouisum, ordinarius prouidere non potest, vt ibi dicit Rebuff.nu. 34.dicit tamen ibidem has reseruationes esse sublatas in Conc.Basil. quod tamen dictum crediderim non esse generale, sed tantum in Gallia seruari, vt idem dicit, nu.38.sentio tamen cum Geminiano in cap.statutum.de præben.in 6. has reseruationes per mortem Papæ cessare, alias Papæ reseruatio in suo robore manet, & non solùm titulum afficit, & annullat, sed etiam possessionem. arg.c.si eo tempore. de elect.in 6. c.vt nostrum. de appell.not. Rota decis.16. & 25. in nouis.

Specialis verò reseruatio est cum certum corpus beneficij reseruatur, non tamen pro certa persona, vt cum reseruat sibi talem ecclesiam Cathedralem.d.c.si eo tempore.de elect.in 6.Dominicus in cons.30.vel cum reseruat beneficium certum pro certa persona.c.ex parte.1.de offic.deleg. c.executor.de concess.præb. vel specialis dicitur, cuius causa inducens, non habet nisi vnum suppositum inducere, vt ait Ægidius cons.34. col.5. quæ speciales recesserunt ab vsu. ex c.19.sess.24.ver.sed nec.in Trid.Conc.inter generales reseruationes Gomez.reg.de trien. possess.cons.31. ponit translationem Episcoporum c.quod translationibus. de offic.leg.c.fin. de transl.Episc. prouisionem Episcopatus vacantis per depositionem.c.inter.de transl.Epi. c.post. & c.nisi.de renunc.& per casum. c.quanquam.de elect.in 6. si Episcopus est captus à Paganis, vel Schismaticis, vel si prouidendum sit, si Episcopus ob senium, vel aliud impedimentum perpetuum officium suum exercere non possit.c.1.§.si autem de cler.ægrot.in 6. similiter si Papa dederit beneficium vacans ante in commendam, vt ait Rebuff.dicto loco.de reserua.

nu.32.

nu.32.& 38. vel quando ecclesia Cathedralis caret clero, & populo Christiano, tunc enim collatio Papæ reseruatur. clem. in plerisque. de elect. quandoque Papa reseruat pensiones super beneficio, quod ipsi soli conceditur, quandoque tertiam partem; de quo in tract. Pensionum, & tradit Rebuff. d. loco. nu. 1?. cum seq. ijs casibus, ex reseruatione Papæ, Episcopus, vel alius inferior beneficium sic reseruatum conferre non potest, imò si conferre attentet, collatio est nulla, & Episcopi, & Archiepiscopi interdictum ab ingressu Ecclesiæ, inferiores verò excommunicationem latæ sententiæ incurrunt, & inhabilitatem conferendi beneficia in eorum mensibus vacantia, ex Bulla Pij IIII. trigesima, incip. Cupientes, dat. 25. Aprilis 1561. Differentia verò est inter generalem Papæ reseruationem, & specialem, quòd specialis est téporalis, generalis, est perpetua. Germ. de indult. §. etiam ex eo. nu. 7. qui ibi latè declarat, & in §. per quæ. & §. tum ratione, quæ beneficia sint Papæ reseruata, cur reseruentur, &c. & Tholos. tract. de benefic. c. 24. vbi late de hac materia pertractat.

Ex quibus sequitur, vt, remota Papæ reseruatione, vel aliquo priuilegio, aut consuetudine præscripta, quæ indicat priuilegium præcessisse. Silu. Excommunicatio. 1. quòd Episcopus possit conferre omnia beneficia in eius diœcesi extantia. c. ab exordio. 35. dist. c. omnes. 16. q. 1. etiam in omnibus mensibus, nisi ei prohibeatur. c. conquærente. c. dilectus. de offic. ord. Gomes. de expect. num. 3. & 18. Silua. 3. p. q. 51.

Fallit primò, vt supra, si beneficia vacent, apud sedem Apostolicam, vel in curia Romana. c. 2. de præb. in 6. dicuntur verò vacare in Romana curia, modo quo exprimitur in c. præsenti. de præb. in 6. Gom. q. 31. de trien. poss.

Secundò fallit, si Episcopus, vel alius ad quem spectat non confert intra sex menses, sic enim deuoluitur ad Metropolitanum, ex eo ad Primatem, ab eo ad Patriarcham, & demum ad Papam. c. licet. de suppl. negl. prælat. & Bulla trigesimasecunda Pij V. & si non dantur tot gradus, deuolutio fit ad Papam. Tertiò fallit in omnibus dignitatibus maioribus post Pontificalem in Cathedralibus, & Collegiatis, quia vt supra, Papæ reseruantur. c. si pro eo. de elect. in 6. Silua. 3. p. q. 12. nu. 12. in septima qualit. & dicitur prima dignitas, iuxta loci consuetudinem. glo. in c. deliberat. de offic. de leg. Staph. in for. 2. expectatiuæ. nu. 8. Quartò fallit, ex reseruatione quam facit Papa, qui solum quatuor menses concedit ordinarijs, scilicet Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem. Rebuff. de expect. 2. & si residet, & petit id à Papa, ei concedit alternatiuam, ita vt Ianuarius sit Papæ, Februarius Episcopi, & sic successiuè, & si Papa ei id non concedit, habet tantum quatuor menses prædictos. Gom. de expect. nu. 13. idque conceditur literis Papæ obsignatis manu Datarij. Staph. de litt. grat. nu. 25. Quintò fallit, si Papa ob aliquam Ecclesiæ necessitatem reseruat sibi omnia beneficia, vel quædam. cap ex debito. de elect. in extrauag. comm. Gomes. in reg. Cancel. q. 2. col. 1. Sextò fallit, in beneficijs reseruatis per expectatiuas, vel mandato de prouidendo. Staph. de lit. grat. quod tamen hodie est sublatum. ex Conc. Trid. sess. 14. c. 19. Septimò fallit, in beneficijs quorum collatio ad aliquem spectat ex speciali statuto, consuetudine, vel priuilegio. glo. in clem. vnica. de suppl. negl. prael. Silua. 3. p. q. 49. quibus etiam competit tantum alternatiua ad quatuor menses, alij Papæ reseruantur; & si Episcopus in aliquo prædictorum casuum confert, tales prouisi sunt intrusi. Gom. q. 47. de trien. poss. & tenentur ad restitutionem fructuũ, & collatores à Papa puniri possunt.

Octauò

Octauò fallit, in beneficijs familiarium Cardinalium, subcollectorum, &c. Gom. in reg. Cancell. de referu. benef. famil. Card. Nonò fallit, si Papa contulerit beneficium spectans ad Episcopum, etiam si conferat excommunicato, de eo enim Episcopus non potest disponere. Silua. 3. p. q. 11. nu. 3. Rota decis. 10. de præb. in nouis. de quibus casibus, & supra habetur.

Vt verò conferre possit Episcopus, oportet vt regulariter intra sex menses id agat. c. 2. de concess. præb. Fallit tamen in Cathedralibus, & regularibus, de quibus intra tres mẽses debet prouideri ab ijs ad quos spectat. c. ne pro defectu. de elect. Silua. 3. p. q. 64. Secundò fallit, in iure patronatus, in quo requiruntur quatuor menses tantum, si laicum, sex, si ecclesiasticum, intra quos conferatur. Tertiò fallit, in permutationibus. Silua ibi. & collationibus hospitalium, quibus non est præfixum certum tempus. Silua ibi. executori verò Apostolico sic. Staphil de lit. grat. fol. 274. nu. 7. & 8.

Potest etiam Episcopus conferre beneficium iuris patronatus laici ab vltimo die quadrimestris vsque ad vltimum diem decimi mensis vacationis, & à sexto mense patronatus ecclesiastici vsque ad vltimum diem duodecimi mensis vacationis. c. vnico. de Iure patr. in 6. quod tempus currit à die deuolutionis, vel verisimilis notitiæ. Abb. in cap. ex parte. num. 13. de concess. præben.

Potest quoque Episcopus conferre beneficia regularia quæ conferunt Prælati regulares, si ijdem infra semestre non prouident. clem. vnica. de supplen. negl. prælat. quæ tamen non potest conferre clericis secularibus, nisi ante ijs conferri esset consuetum, sed tantum regularibus. cap. 10. sess. 14. in Trid. Conc. si tamen ij Prælati sunt exempti, deuolutio immediatè fit ad Papam. Silua. d. loco. q. 49. num. 2.

Idem etiam conferre potest beneficium vacans in curia, si Papa intra mensem de eo non prouiderit. cap. statutum. de præben. in 6. ex stilo tamen hoc casu non fit deuolutio, licet de iure communi. Gomes. in reg. de trien. possess. quæst. 31.

Potest præterea ordinarius ponere Oeconomos, vel Vicarios etiam perpetuos in omnibus beneficijs curatis, vel simplicibus, etiam si collatio spectet ad Papam, durante eorum vacatione, vel si beneficiatus non residet, vel est inhabilis. ex Conc. Trid. sess. 24. c. 18. sess. 6. cap. 2. 7. cap. 5. 7. sess. 25. cap. 16. de reformat.

Idem etiam licet non possit dare beneficium ad tempus. c. cum constiterit. de accusat. potest tamen id commendare ad tempus, etiam iteratis vicibus, fraude cessante, & modo non labatur totum semestre, & id fiat ob ecclesiæ, & non personæ vtilitatem. Silua. q. 33. 3. p. Zerola in praxi ep. verbo, beneficia, sub nu. 3. qui & ait posse Episcopum conferre beneficia quatuor, vel quinque ducatorum vacantia in mense Papæ, vel deuoluta ob negligentiam prælatorum; qui & subdit eos posse conferre quædam beneficia certum onus ex creatione habentia, vt Theologalem, etiam si vacent in mense Papæ, & fortè in curia. ex Couarr. pract. quæst. cap. 36. num. 4. vers. similiter.

Potest etiam Episcopus cõferre beneficia manualia, & præstimonia quę non cadunt sub reseruatione Papæ. Gom. de expect. num. 44. & omnes Parochiales vacantes in curia Apostolica sede vacante, & etiam Papa viuente, si collatæ non sunt eo viuente. cap. si Apostolica. de præben. in 6. etiam si Papa moriatur intra mensem, dicit Zerola ibi.

Idem

Idem etiam potest conferre beneficium dimissum in manibus eius per assecutionem secundi, & sat est quòd adeptus secundum intra mensem à die assecutionis secundi realiter primum dimittat, etiam si sub publico testimonio id verbotenus non relaxet, & si Episcopus confert beneficium deuolutum ad Papam per cap. 2. de concess. præb. & is per triennium possederit, non potest post molestari, dicit Zerola ibi.

Decimò, ad hoc vt collatio sit valida facta ab inferiori, oportet vt mandatum Apostolicum, quo Papa mandat alicui de beneficio aliquo prouideri, nō præcesserit. c. mandatum. cum seq. de rescript. c. si Capitulo. de præb. in 6. quod mandatum ad beneficia vacatura à solo Papa manare potest, vt ait gl. in c. 1. de præb. in 6. Felin. in c. mandata. de præsumpt. cum alias huiusmodi expectatiuæ sint iuri odiosæ, ne mors aliena expectetur. cap. 2. de concess. præb. c. ne captandæ. c. detestanda. eod. in 6. vnde nec Legatus de latere poterit hæc mandata concedere, licet possit sibi reseruare beneficium vacaturum. c. cum dilectus. de Iure patr. cap. præsenti. & c. deliberatione. de præb. in 6. per hoc tamen mandatum, non intelligitur Papa vnum collatorem in duobus præbendis grauare eodem tempore, ex iuribus prædictis, & beneficia electiua, quæ ad reges pertinent non cadunt sub mandato. clem. 1. de præb. nec quæ in curia Romana vacant, cum Papæ reseruētur. d. c. 2. nec beneficium specialiter reseruatum, vt habetur decis. Tholos. 434. nec beneficium litigiosum, nec regularia secularibus, & contra, nec paternum beneficium, nec vacans causa permutationis, nec id, quod non est liberum, vt collatum absenti, nec fundatum de nouo, nec vacans per mortem Episcopi; Præterea, nec quod optioni subijcitur, vt inquit Rebuff. de mandatis, in concordant. §. declarantes. vers. comprehensa. nec beneficium patronatum, vt dicit Lap. alleg. 84. dominus Papa. col. 3. nec id ad quod impetrans erat inhabilis tempore mandati. c. si eo tempore. de rescript. in 6. nisi secum fuerit dispensatum, nec beneficium iuris patronatus laicorum, de quo Papa non intelligitur velle disponere. c. cum dilectus. de Iure patr. glo. & Doct. in c. 3. de præb. nec si Papa pro alio scripsit, cum non intendat grauare collatorem duobus mandatis, nisi id exprimat, cum clausula etiam si pro alio scripserimus c. mandatum. de rescript. & si plura mandata cōcedantur, primum valebit, & si primi moriantur, vel non prosequantur, alij prosequi poterunt, vt ait Rebuff. de clausulis mandat. nu. 26. & 27. nec venit beneficium curatum, nisi id exprimatur, licet mandetur prouideri de dignitate. c. cum in illis. de præb. in 6. continetur tamen sub mandato beneficium quod purè, & liberè in manibus ordinarij est renunciatum. c. dudum. de præb. in 6. c. 2. de renunc. in 6. c. 1. de rerum permut. in 6. & tanta est vis mandatorum Apostolicorum de prouidendo, vt mandatarij præferantur alijs expectantibus beneficia. cap. hi qui. de præb. in 6. Vt verò mandatarius vti possit mandato debet mandatum ordinario præsentare. c. tibi. & c. penult. de rescript. in 6. c. si Capitulum de concess. præb. in 6. quia post præsentationem, beneficium post mensem tantum vacans debetur, si tamen à mandatario petitum, & acceptatum fuerit, vel intra tempus à iure sibi præstitum, quod est pariter mensis. clem. vnica. vbi glo. in ver. intra mensem de concess. præben. not. Feli. in d. c. Capitulum. de rescript. vnde quia tenetur acceptare primo beneficium vacans, si id in vim mandati ei conferatur, mandatum extinguitur. cap. si motu. & c. non potest. de præb. si verò collatio non teneat, vel non possit effectum sortiri, poterit aliud acceptare, & si duo mandatarij concurrant,

7 Beneficia q̄ simpliciter cuicunque cōferri nō possunt.

currant, potior tempore, erit potior iure. c.eam te. & c.constitutus.de rescript.c.si eo tempore. eod.in 6.c.qui prior. de reg.iur.in 6. & idem si beneficium vni conferatur post alij. primus præfertur, etiam si secundus possessionem sit adeptus. Dyn.in reg.qui prior.de reg.iur.in 6. licet in secundo esset clausula decreti irritantis, & nõ in primo, quia præsentatio afficit præbendam, vnde secundus eam non potest obtinere. d.c.si Capitulo.de concess. præb.in 6. licet secundus primus præsentauerit. per hoc enim primo mandatario non præfertur.c.eum cui.de præb.in 6.cap.tibi qui.de rescript.in 6. nisi adsit clausula, quòd anteferatur primo, secundus. c. penult.de concess. præb.in 6. tunc enim secundus antefertur primo, si tamen collatio ei facta non fuit. d.c.tibi qui.de rescript.in 6. nam hæc clausula tollit ius ad rem, nõ ius in re.c.quodam.de præb.in 6.Felin.in c.Capitulum.col.7.de rescript. Gomes.reg.de non tollend.q.5. vbi declarat quot modis acquiratur ius ad rem in beneficio, secundus tamen antefertur, si primus esset negligens. cap. tibi qui.de rescript.in 6. vel si esset incapax beneficij, post mandati intimationem factus.d.c.si eo tempore. de rescript.in 6. vt quia nõ habeat ætatem ad curatum, vel vxorem duxerit. c.cum inter.de renunc. mandatum tamen de beneficio vacanti non comprehendit vacaturum, vt dicit Felin.in d.cap. constitutus.de rescript. nec expectatiuæ facta sub causa, causa cessante vim habet.c.postulasti. de rescript.c.si pauper. de præb.in 6. nec conditione apposita, si illa deficiat, vt ait Abb.in c.1.de re iud. nec si renunciat mandato tacitè, vel expressè, vt si fiat miles, & enormibus se immisceat, vt inquit Innoc.Abb.& alij in cap.1.de apostatis. vel alio modo amittat priuilegium clericale.cap.1.de vita, & honest.vel si ante assequitur beneficium quod est incompatibile cum eo quod expectat.clem.gratia.de rescript.vel si mandatum expirauit morte mandantis re integra. cap.si cui.de præb.in 6. secus si res non sit integra, vt quia executor cui est præsentatum mandatum fulminauit processum, tunc enim gratia per mortem concedentis non extinguitur, nisi successor illam expressè reuocet, vt solet fieri per Papam post coronationem, vt ait Staph.de lit.grat.tit.quibus modis.Gemin.in c.si cui.de præb.in 6. & si vltra mandatum gratia etiam sit facta, vt quia Papa alicui contulerit beneficium certum, si vacat vel quod primo vacabit, nulli alij iure debitum, tunc enim morte mandantis ante executionem non expirat. c.si super gratia.de offic.deleg.in 6. nec si gratia facta sit in mandato, morte mandantis non expirat, vt ait Rebuff.tit.de mand.Apost. p.8.nu.1.& 2. & in his mandatis Papa salutat eum cui dirigitur mandatum, & narrat bonas qualitates mandatarij eum absoluens ab omnibus censuris ad effectum,&c. mandans ei prouideri de certo beneficio, induci in possessionem cum iuribus suis, vt dicit Rebuff. loco prædicto.

Hæc tamen mandata ad futura beneficia, & expectatiuæ à Concilio Tridentino damnantur, prohibendo ne alicui etiam Cardinali concedantur. c.decernit. sess.24.in Trid.Conc. licet Papa possit id concedere.

8 Vndecimò, ad collationem requiritur, vt is, cui est collatum, acceptet, & si collatum est absenti id ei notum fiat; & acceptet, aliter collatio facta alij antequam absens declarauerit voluntatem suam, nullius erit momẽti, licet absens postea non acceptauerit.c.si tibi absenti.de præb.in 6.Abbas,& alij in c.accedens. de præb. & hæc collatio fit absque electione præcedenti de alijs beneficijs quàm de prælaturis: vt not.in c.authoritates. de Instit. & collatio libera cum literis, & sine literis fit, quæ tamen requiruntur ex

Collatio vt valeat, dẽt is cui confertur id acceptare, & quõ.

stilo,

stilo, & ad probationem, vt not. in cap. eam te. de rescript. nec ritus, nec solennitates in ea requiruntur, dummodo fiat ab idoneis, & idoneis, ac iuxta modos prædictos, sic tamen, vt prius examinetur is cui est cõferendum circa mores. & scientiam, cum omnino illiterato beneficium non sit conferendum Innoc. in c. in Lateranensi. in fi. de præb. nec Episcopus potest in hoc defectu dispensare, & raro etiam Papa dispensat. Nau in Man. c. 27. nu. 205. notab. 2. vnde & in simplicibus requiritur examinatio. gl. in c. si quis. 1. q. 1. quod est arbitrarium, vt sciant legere, canere, & construere. Gomes. de expect. nu. 73. & apti sint ad ordines requisitos. Boer. decis. 175. nu. 10. & præsumitur quis habilis ad beneficia talia si est clericus, & magis si est sacerdos. Boer. ibidem. In parochialibus requiritur, vt norint vim Sacramentorum, censuras, casus, & c. vt loco suo peregi tract. de Parocho. & supra cap. 3. & collatio fit etiam non vocatis occupantibus beneficia cap. licet canon. de præben. in 6. cap. cum in illis. §. cum autem. eod. debet etiam collatio fieri, vt supra, præsentibus saltem duobus testibus, tabellione, &c. vt constet de collatione, vt ait Rota decis. 248. in nouis. & fit per traditionem bireti, vel calami, vel clauium, aut annuli. cap. ad hæc. de offic. Archid. c. cum aliquibus. de rescript. in 6. his verbis. Inuestio te de tali beneficio, licet & dici possit, trado, & consigno tibi tale beneficium. Abb. in d. cap. authoritate. de Institut.

9 Collationis effectus quis.

Tertium dictum. Effectus collationis est, vt tribuat plenum ius in beneficio si acceptetur, cum absenti, & ignoranti, alias beneficium cõferri quoq; possit. c. si tibi absenti. de præb. in 6. vt supra dictum est in princ. ea tamen non traditur possessio beneficii, sed est adipiscenda. cap cum Bertoldus. de re iud. prouisus enim à quocunque non debet propria authoritate possessionem apprehendere, alias prædo diceretur. l. si ex stipulatione. ff. de acq. poss. cum ad id requiratur mandatum collatoris. c. 2. ne sede vac. c cum venissent. de restit. spol. & est priuatus iure quod habet in beneficio, qui propria authoritate possessionem apprehendit, si violentiam adhibeat illi qui est in possessione, vt ait Ioan. de Selua, tract. de benef. 3 p. q. 11. & licet non adhibeat violentiam debet puniri cum quando alius est in possessione non possit quis propria authoritate possessionem apprehendere, quia sic spoliat possessorem, vnde non lucratur fructus, nec est manutenendus in illa possessione. vt ait Paris. consi. 24. volum. 4. si verò vacat beneficium, & nemo illud detinet, apprehendens eius possessionem propria authoritate illo priuatur, vt dicit Iasi. in d. l. si ex stipulatione. Curt. de Iure patr. ver. vis, q. 5. notat tamen Rebuff. in praxi benef. cap. de dimiss. in poss. nu. 6. quòd si Episcopus conferendo alicui tradiderit pileum, vel calamum, sic inuestiens poterit propria authoritate ingredi possessionem, quia per id datur facultas ingrediendi. c. 1. quid sit inuestitura. c. 2. de consuet. sed tamen hodie prouisus modo prædicto mittitur adhuc in possessionem, & sic dicit seruandum esse Rebuff. ibi. aduertendo tamen, quòd prius fiat collatio, & prouisio, quam missio in possessionem. cap. 2. ne sede vac. not Abb. in cap. authoritate. de instit. alias si ante collationem quis acciperet possessionem, esset intrusus, vt ait Abb. in cap. cum iam dudum. de præben. & si postea collatio illi fieret, non valeret, vt dicit Felin. in cap. in nostra. de rescript. nisi id exprimeret in prouisione postea impetrata, vt not. Felin. in cap. postulasti. col. 18. ver. circa quartum de rescript.

Antequam verò is cui beneficium est collatum, incipiat administrare,

& mittatur in possessionem, debet super prouisione sibi facta Bullas expedire, siue fiat coram ordinario, Papa, vel alio, aliter ingrediens possessionem sine eis perdit omne ius. Fel.in d.c.cam te de rescript. Silua.3.p.q.22. nu.3.& q.11.nu.5.& q.22.nu.1.Gomes.q.1.& 9.in reg.de non iud. iuxta formam suppl. & est Bulla trigesimatertia Iulij III. & decis.Rotæ 20. de concess.præb. in nouis. nisi in signatura dicatur, quòd sola signatura sufficiat, quo tamen casu non potest quis sine Bullis percipere fructus. Rebuff. in 3. p. signat. ver. datum. num.8.

Tunc verò dicuntur Bullæ expeditæ, cũ sunt plumbatæ,& sigillatæ.glo. in clem.1. de iureiur. & ex decis.321.sac.congreg. & si Bullæ dicantur perditæ, potest id releuari per testes,qui de institutione aserant. Couar.pract.qq.c.33.nu.3.Boer.decis.171.nu.23. qui & dicit, Bullas clericatus posse probari per vnum testem, & etiam per inditia,& argumenta,non verò si ostendatur Bulla sacerdotij, alijs emissis,nisi accedat integritas ordinantis, & temporis diuturnitas. Boer.loco cit.num.14. Guid.Pap.q.445. Silua.3.p. q.32.nu.6.Abb.in c.qualiter.de elect. si verò sint Papæ,non possunt probari per testes, sed tantum per literas, maximè ex stilo curiæ,ex decis.Rot.332. in nou. & 27.de rescript. in nou. circunstantiæ tamen gratiæ possunt probari per testes.d.decis. & possessio per testes,vel scripturam trino teste signatam. Rebuff.de miss.in poss.nu.41.

Debent verò Bullæ expediri intra sex menses, si gratia fiat à Papa, à die supplicationis signatæ, & in Parochialibus gratia debet signari intra quatuor menses à die vacationis,& intra duos alios capi possessio, ex Bulla trigesimaoctaua Pij V. si verò coram ordinario,id fieri debet antequam beneficium deuoluatur. Quòd si Papa alicui conferat beneficium, & ante literarum expeditionem moriatur, successor dat illi literas,faciendo mentionem de prædecessore. cap.literis.de rescript. Boer.decis.346. nisi ingressus sit possessionem literis non expeditis, & similiter ordinarius tenetur facere Bullas ei cui prædecessor contulit, constito ei hoc legitimè. c.si tibi absenti. de præben.in 6. glo.in clem. dudum. de sepult.

Et licet nemo teneatur ostendere titulum suæ possessionis. l.cogi. C.de pet.hæred.tenetur tamen id facere ad instantiam iudicis.Bal.in l.2 C.quomodo, & quan.iud. non tamen ad instantiam partis. Bald.in l.inciuile. ff.de legibus.Innoc.in c.abbati. de verb.sign. & decis.sac.congreg. 151. nec si quis possedit per decem annos cum bona fama. Innoc. & Abb.in c.illud. col.4.de præsumpt. Gomes.de trien.possess.q.24.col.antepen. Nisi coram ordinario constet de intrusione, vel alio ingressu vitioso beneficiati, sic enim tenetur ostendere titulũ. Abb.loco cit. vel si ordinarius emittat edictum generale, quod omnes beneficiati teneantur ostendere titulum beneficiorum sub pœna priuationis.Doct.in c.ordinarij.de offic.ord. in 6. vel si sit Episcopus nouus qui requirat titulum beneficij. Abb.in c.licet heli.de simo. & quoties ei videtur.Felin.in d.c.Silua.3.p.q.10. & si constet iudici, quòd quis habuit canonicam institutionem, sed Bullas non expediuit, concurrente bona fama, potest eum admittere in dicto beneficio, cum iuramento eius, maximè si factum est antiquum.Silua.ibid. Quòd si Papa conferat alicui beneficium,& prouisus moriatur supplicatione tantum signata,literis nõ expeditis, Episcopus in suo mense posset illud conferre, vt vacans, & non amplius reseruatum. Gomes. in reg. de non iud. q.1.

Quod attinet verò ad formam Bullarum, requiritur primò series colla-

tionis,

tionis, secundò, à tergo Bullarum instrumentum possessionis, tertiò, emissio professionis fidei, quartò, narratio publicationis factę, si beneficium est resignatum, vel permutatum: & soluitur pro illis taxa apposita.

10 Prouisus debet mitti i possessionem, à quo, & quomodo

Debet verò prouisus mitti in possessionem beneficij, non autem eam ingredi propria authoritate, sed authoritate collatoris, vt supra. gl. in c. pro illorum. de præb. c. authoritate. de instit. nec sat est verbalis collatio quæ fit per collationis verba. nec inuestitura, quæ fit per traditionem pilei, sed adhuc requiritur, q̃ in possessionem actualem, & corporalem beneficij mittatur. c. pastoralis. de priuil. aliter dicitur intrusus. c. eum qui. de preb. in 6. c ad aures. de excess. præl. c. quia diuersitatem. de concess. præb. in qua tamen possessione capienda, si collatio est facta ab ordinario, tempus iure cōmuni præfixum non est, sic tamen vt ante se non ingerat in spiritualibus, vel temporalibus ecclesiæ, & potest ab Archidiacono id iure communi fieri. cap. ad hæc. de offic. Archid. vel à Decano. cap. post electionem. de concess. præben. vel à iudice ordinario, vel delegato à Papa. c. si quando. c. super eo. de offic. deleg. & ab ordinario collatore. c. 2. de eo qui mittitur. c. ex parte. de concess. præb. non licet tamen, inconsulto Episcopo, de beneficio prouisum, ab inferiore in possessionem mitti, vel ex se ingredi. d. c. pastoralis. de priuil. hodie verò potest quis mitti in possessionem si Papa in literas id mandet per quemlibet sacerdotem, vel clericum, vel per notarium Apostolicū, vel ab Episcopo creatum, quandoq; etiam presbiter ponit in possessionem, & notarius id testatur, & etiam clericus primæ tonsuræ id potest, cum id in processu fulminato quandoque mandetur personis ecclesiasticis, inter quas prædictus existit. c. fi. de temp. ordin. in 6. Papa tamen solet committere certis personis in dignitate constitutis, vt in possessionem mittant, vt ibi ait Rebuff. num. 16. quod tamen hodie quandoque non seruatur, cum id à Papa mandetur, & concedatur quibuslibet personis ecclesiasticis, in quo tamen hodie, vt plurimum mandatur ordinario, vt conferat, & maximè in eius mensibus, & mittat in possessionem, si est dignus; inferior verò Papa solet mandare vniuersis subditis suis, & ita si non esset subditus non posset mittere in possessionem, nec valeret illa missio, vt ibi dicit, num. 18. potest etiam notarius mittere in possessionem, quando id notarijs mandatur, si tamen sint notarij seruientes curiæ ecclesiasticæ, & non seculari, vt ibi dicit, num. 20. cum seq. requiritur enim quòd sit notarius Apostolicus. Hæc verò missio in possessionem fit hac forma: primò, per ingressum ecclesiæ, sicut fundi possessionem accipiens debet illum ingredi. l. 3. de acq. poss. Secundò, per aspersionem aquæ benedictæ, cum ad presbiterum spectet eam benedicere, vt populus ea aspersus sanctificetur. cap. aquam. de consecrat. dist. 3. Tertiò, per osculum altaris maioris, cum in eo curatus debeat celebrare, & orare pro populo. Quartò, per tactum libri Missalis, vel alterius sacri, quem oportet sacerdotem habere. c. quæ ipsis. 38. dist. Quintò, per tactum Crucis, candelabrorum, & huiusmodi. Sextò, per pulsum campanę, vt possessio non sit occulta, solent etiam aliqui ingredi domum presbiteri; & si quis non potest ingredi ecclesiam sufficit tangere ostium, vel pessulum, vel annulum portæ ecclesiæ, & sic sibi acquiritur possessio, vt ait Rota decis. 153. in antiquis. & quandoque per aspectum pinnaculi ecclesiæ accipitur possessio, vnde si quis sic adeptus est possessionem, poterit agere possessorio, vt inquit Guido cons. 71. col. 4. ver. 5. si tamen ei tradita fuit ab habente authoritatem, aliàs non, vt dicit Rom. cons. 482. col. 1. quòd si quis mittitur

tur in possessionem præbendæ, & Canonicatus, solet ei assignari locus in choro, & in Capitulo, & in choro datur cathedra saltem ad sedendum. d. c. pro illorum. c. dilecto filio. de præb. c. cum super. de concess. præb. q si quis malè possessionem acceperit, licet bonum habeat titulum, non manutenebitur in possessione vitiosa. c. licet causam. de probat. cum iustus possit esse titulus, & possessio vitiosa, & ècontra. c. si quando. de offic. de leg. l. 1. §. si vis. de acq. poss. vt ait Rebuff. loco prædicto. & licet ibid. nu. 39. dicat per solam signaturam posse quem mitti in possessionem, hodie tamen secus est, cum sine literarum expeditione, vel saltem parua data id concedente, quis non possit ingredi possessionem beneficii, alias esset intrusus, vt dicit Gigas ep. de intruso; & habetur in Bulla 33. Iulij III. sic verò literæ in curia conficiuntur, primò enim supplicatio signatur à Papa, & reuisa datur Datario, postea mittitur ad registrum, deinde fit minuta, quæ reuidetur per summistam, tum scribuntur literæ, in quibus apponuntur manus aliquorũ officialium, solutis in Cancellaria consuetis: vltimò in plumbo plumbantur, & tunc literæ dicuntur expeditæ; & sic plumbatæ registrantur, & dantur partibus, nec sumptum de registro fidem facit, sed bene de Bullis. Paris. de resig. benef. lib. 8. q. 2. num. 17. cum seq. Vltimo loco possessionis adeptio debet probari per instrumẽta publica, vel per scripturam priuatam tribus testibus notatam. l. scripturas. C. qui pot. in pign. cum sigillo authentico ibi posito, & etiam per testes, vt ibi dicit Rebuff. nu. 41. & possessio capi potest per se, vel procuratorem, & collatio potest fieri etiam absenti. c. si tibi. de præb. in 6. inuestitura verò fit, vt supra, per annuli, vel pilei impositionẽ. Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. qui & dicit, esse necessariam receptionem possessionis; & etiam prouisus debet fidem profiteri, iuxta formam Bullæ Pij IIII. incip. Iniunctum. 1564. ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12. & 25. c. 2. & Parochus prouisus per Papam, debet iurare de residendo, ex Bulla octuagesimasecunda Pij IIII. Effectus verò possessionis est, vt plene in beneficio is administrare possit, vt ait Abb. in c. transmissam. de elect. & si beneficium est collatum per resignationẽ in curia, tenetur prouisus infra sex menses a die supplicationis datæ publicare resignationem in Cathedrali, & ipsius beneficii ecclesia, & si est in Cathedrali in illa solum, dum diuina recitantur publicè, & alta voce, & beneficij ipsius possessionem realiter apprehendere intra id tempus, vel saltem petere ab iis, ad quos illius traditio iure, vel consuetudine spectat, infra vnum mensem, si extra curiam resignatio fiat, si verò in curia, infra sex menses, vt supra, à die datæ supplicationis, non autem præstiti consensus, aliàs resignatarius omne ius, quod in eo beneficio obtinet, ipso iure amittit, ex Bulla Pij V. octuagesimaseptima, dat. 1568. 2. Septembris, de qua latè infra cap. de Renunc. quòd si aliter quam per renunciationem collatum fuerit alicui beneficium, tenetur præterea, vt supra, id acceptare, & suam possessionem adipisci, intra sex menses si in curia, si in partibus arbitrio Episcopi, aliter a possessorio excluderetur, vt ait Boer. decis. 312. num. 3.

Cauere verò debet Episcopi, ne capiant à beneficiatis fructus primi anni, vel eorum partem. ex Conc. Trid. sess. 24. c. 14. nisi conuertantur in vsus pios, vbi antea illos retinebant, vbi verò talis mos non erat, etiam pro vsibus pijs eos accipere non licet, nec dulciaria, & huiusmodi. Nauar. cap. 23. nu. 101. Silua. 3. p. q. 20. nu. 2. & decis. sac. congreg. 295 & 469.

Potest tamen Episcopus conferre beneficium cum conditione si vacat, vt

quia

quia non sit certus de morte obtinentis. Gomes q. 1. de verisim. not. ob. Silua. 3. p. q. 46. Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. nu. 1. potest etiam conferre beneficium excommunicato, quò ad consensum, non quò ad ius quæsitum, quia per talem acceptationem non acquiritur ei ius donec absoluatur. decis. 10. Rotæ. de conc. il. præb. in nouis. Couar. loco cit. nec irregulari ex homicidio voluntario potest Episcopus id conferre. ex Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & idem de mutilatore. Nau. c. 27. nu. 206. notab. 2. & num. 224. de qua re latius supra habetur cap. 3. & tract. de Irregul. & quid de extraneo sine literis commendatitiis proprij Episcopi, declarat Abb. in cap. fraternitate. num. 3. de cler. non resid. Sic Episcopus conferre potest beneficium absenti, & interim, non potest conferre alteri, etiam si lapsus sit terminus datus ad consentiendum. Couar. loco cit. & si literis non confectis, moritur, vacat per obitum, & non modo quo prius, quia per concursum cum approbatione acquiritur ei ius ad rem etiam anne acceptationem, & magis post. Gomes. de non toll. ius quæs. 4. par. ver. 1. & 5. Boer. decis. 24. nu. 9 Et idem Episcopus extra suam diœcesim existens conferre potest beneficia intra eam vacantia. gl. in c. statutum. de præb. in 6. Silua. 3. p. q. 40. & 2. p. q. 14. nu. 8. etiam si sit in curia, licet consultius sit, vt exeat Vrbem, vt dicatur esse in aliena diœcesi. decis. 1. de rerum permut. in nou. nisi beneficium vacet per d. c. statutum. quia requiritur quòd sit in diœcesi. Couar. lib. 3. c. 20. nu. 9. var. resol. qui tamen in curia potest etiam admittere resignationes, & permutationes beneficiorum suæ diœcesis, & etiam eius Vicarius cum mandato speciali. Rebuff. in 3. p. signat. ver. diœcesis.

SVMMARIVM.

1 *Postulatio quid sit, de quo fiat, & cur.*
2 *Postulare qui possint, vel non.*
3 *Postulatio apud quem sit petenda.*
4 *Postulationis effectus quis sit.*
5 *Postulantes qualiter peccare possint.*
6 *Translatio prælatorum quid sit.*
7 *Transferri qui possint.*
8 *Translatio qua de causa fieri possit.*
9 *Translatio vt fienda, & eius effectus.*

De postulatione Prælatorum, & eorum translatione. Cap. VI.



VIA aliqui assumuntur ad Prælaturas per postulationem, & translationem, ideò de ipsis recto ordine sequitur dicendum, & primò circa postulationem videndum, quid sit postulatio, quis postulandus sit, & à quo, & quis postulare possit, qualiter fiat postulatio, & quis sit eius effectus.

Quò ad primum. Postulatio est petitio quædam capituli supplex gratiæ facta coram superiore de promouendo aliquem ad præ- 1 Postulatio qd sit,

& curfiat, de quo. prælationem, ad quam iure communi, propter aliquod impedimentum, vel defectum, non autem propter vitium promoueri non poterat, vt ait Abb. in rubr. eod. vel concors certa, & supplex collegij facta Antistiti petitio, vt certam personam ad regendam, vel administrandam Ecclesiam, non obstante defectu, quo retardabatur, admittere velit. Idem Abb. in c. 1. nu. 34. de postul. prælat. vel alicuius personæ, quæ eligi prohibetur, non propter vitium, sed propter defectum, qui tamen postulatum non omnino inhabilem reddit, ad prouidendum ecclesiæ, concors, & certa Capituli facta petitio, vt ait Host. in summ. eod. de postul. & est duplex, vt dicit Abb. in c. 1. eod. tit. & in c. quia propter. de elect. vna non solemnis, per cuius admissionem non acquiritur postulato ius prælaturæ, sed habilitas, vt eligi possit, vel vt possit consentire, vt quæ porrigitur ei, qui non potest dispensare super impedimento postulati, requiritur tamen eius consensus ratione sui interesse, vt si Canonici postulent filiumfamilias à patre eligendum in Episcopum, vel monachum ab Abbate, sine cuius licentia consentire non potest. cap. si religiosus. de elect. in 6. alia solemnis per cuius admissionem dictum ius acquiritur, & porrigitur ei qui potest super impedimento postulati dispensare.

2 Postulare q possint, vel non. Quò ad secundum, dicendum est, q omnis qui potest eligere, potest & postulare. c. bonæ. 2. de elect. qui & non potest resilire à postulatione, postquã Papæ est præsentata, vel alteri superiori, vt ait Abb. in d. c. bonæ. vnde ante præsentationem personæ etiam post publicatioñe scrutinii variare possunt postulantes, etiam inuito postulato, & sic potest reuocari nuntius antequã præsentet, imò eo pſentato, adeò vt si postulantes, & superior concordent, potest variari postulatio, non obstante contradictione postulati, vt ait Innoc. & Abb. in d. c. opus est verò ad postulationem, vt cõcurrant duæ partes ex tribus, vt superior eam facilius admittere possit, & ne illam reijciat, vt posset. Cucch. tr. de postul. nu. 5. & 37. Postulari verò non potest in Prælatũ criminosus, vt periurus, homicida, vel inobediens. c. 1. eod. quod intelligitur de periuro per sententiam, vel notoriè, nec inobediens cõtumaciter suis Prælatis, similiter non professus tacitè, vel expressè non potest postulari in Prælatum regularem. cap. cum causam. c. cùm ad nostram. de elect. nisi ob necessitatem. dummodo sit in regula sufficienter instructus. c. cum monasterium. c. officij. de elect. nec epilepticus, sic enim non eligitur. c. cum inter ea. de elect. nisi per annum iam fuerit liber. c. communiter. 33 dist. nec mutilatus, & corpore vitiatus, si defectus sit enormis, & scandalosus. c. exposuisti. de corp. vit. de quo supra in Sacramento Ordinis latè habetur, nec bigamus, vel irregularis. Postulari verò potest is, cuius defectus est talis, q licet non possit eligi, tamen est habilis ad Prælaturam, vt si defectus sit in ætate. c. cum uobis. §. penult. & vlt. de elect. vel si defectus sit in ordinibus, cum ad omnes dignitates maiores habentes curam postulandus sit qui est in sacris. c. dudum. 1. de elect. c. multis. de æt. & qualit. similiter si est defectus in natalibus est postulandus. c. innotuit. de elect. vel si sit Episcopus, quia eligi non potest, sed postulari. c. si. de postulat. si transferendus scilicet sit ad aliam ecclesiam. Cucch. loco cit. nu. 9. extranei tamen, & in sua, & in aliena diœcesi possunt eligi, licet ecclesiam non possint dimittere sine consensu suorum Episcoporum. c. cum inter. de elect. not. glo. in c. innotuit. de renunc. & si Episcopus licentiam negauit, compellendus est per superioré. c. nullus. de Iure patr. similiter religiosus, vel in suo monasterio, vel extra,

vel

vel etiam ad Episcopatum debet eligi. d.c.nullus. vbi Io.And.de elect.in 6. post electionem tamen postulabitur cum sine licentia superioris consentire non possit, vt ibi dicit; Cardinales etiam, vt & Episcopi, ad ecclesias nõ eliguntur, sed postulantur, vt ait Abb.in c.bonæ.1.eod.cum sint alligati Romanæ ecclesiæ, consentit. Cucch.d.tract.nu.9 cum seq. qui & dicit, Irregularem quandoque postulari, modo ex crimine non sit talis, cum huiusmodi non possint postulari, vel circa Cardinales dicendum, quòd si sit Episcopus Cardinalis debet postulari. cap.fi.de transl Episc. si verò presbiter, vel diaconus potest eligi.c.ecclesia.2.de elect.sed consentire non potest, nisi Papa iubente, cum sit alligatus Romanæ ecclesiæ. Similiter si defectus nõ est in persona, sed extra, quia est ineligibilis sic, & tunc per accidens ex hoc quòd iam alius est electus, postulari debet, vt ait Host.in sum. eod. §.2. & D.Anton.3.p.tit.19.cap.3. Episcopus verò qui renunciauit Episcopatui potest eligi, cum non sit alligatus alteri ecclesiæ, si verò est electus, non confirmatus, potest etiam eligi cum possit renunciare priori electioni. c.si electio. de elect.in 6. sed si est confirmatus, non potest eligi, sed postulari, vt inquit Abb.in c.fi.nu.7.eod.sic omnes patientes defectum ob quod non possent exercere officium ad quod promouentur, vel inhabilitantur à iure ad officium, vel ad dignitatem, postulandi sunt, vt semel hæreticus, vel schismaticus, si tamen sunt dispensabiles, & dummodo in postulatione exprimantur omnes defectus, aliter si aliqui tacerentur, postulatio non valeret, & similiter postulari debent alij, de quibus supra, vt ait Abb.in d.c.fi.nu.8. omnes verò clerici citra Episcopos qui habent ecclesias, vel dignitates inferiores, non prohibentur eligi. c.si Abbatem.de elect.in 6. & ideò non sunt postulandi, vt ibi dicit Abb.

Quò ad tertium, Postulatio debet fieri coram Papa si postulatur quis in Episcopum, cum causa Episcoporum numeretur inter maiores causas, quę reseruantur Papæ. c.vt debitus. de appell. si verò postulatio fit ad inferiores dignitates, vel ecclesias, postulatio debet peti ab eo ad quẽ spectat confirmatio, cum admissio postulationis habeat vim confirmationis, dummodo possit dispensare super defectu quem obtinet postulatus ad dignitatem illam, quia si non posset dispensare, non posset postulationem admittere, cum ibi requiratur dispensatio, vnde Canonici non possunt petere ab Episcopo postulando in Archidiaconum habentem decem & octo annos, licet ad eum spectet confirmatio electionis, cum Episcopus super defectu ætatis non possit dispensare.c. vnico.de æt. & qual. in 6. Secundò, quòd ille ad quem spectat confirmatio sit Episcopus, cum Prælati inferiores nõ possint dispensare, nisi in casibus sibi specificè permissis, vt inquit Innoc.in c.2. de eo qui furt. vnde si casus ille est ijs permissus specificè, poterit ab eis postulari, ex quo habent potestatem confirmandi, qui tamen, vt supra, non possunt dispensare, nisi in casibus sibi specificè permissis, vt not.in d.cap.2. Episcopus verò dispensat vbicunque à iure permittitur dispensatio in genere, licet specificè non permittatur Episcopis, vt not. Innoc.in c.dilectus. de temp.ordin. & generaliter vbi quis potest eligi, non debet postulari, & èconuerso, nisi dubitetur vtrum sit eligendus, vel postulandus, quo casu potest dici, eligimus, & postulamus, prout de iure melius potest, aliàs non valet si simpliciter eligendus postularetur, quia quamuis sit eligibilis, non eligitur, sed postulatur, vt ait glo.& Abb.in d.c.fi.nu.10. Tertiò requiritur, quòd omnes defectus qui sunt in postulando in postulatione exprimantur, 3 Postulatio apud quem sit petenda.

alias

alias vnum subticens, concessio est nulla, vt ibi Abb. ait d.c.fi. & c.1.eod.tit. & ibi Apostilla not. Innoc. in cap. dudum.2. de elect. Quartò, postulatio via supplicatoria, & humiliter debet peti, cum contineat gratiam, vt not. Abbas in d.c.1.nu.4. Quintò, postulatus non potest consentire suæ postulationi antequam admittatur per superiorem eius postulatio, quia cum per petitionem postulationis nullum ius ipsi acquiratur, notaretur ambitionis, in hac verò postulatione non requiritur certa forma, nisi q postulantes concorditer consentiant, quia cum gratia requiratur, communiter peti debet, alias Romana Ecclesia non consueuit postulationem recipere posset tamen si vellet postulationem factam à maiori, & saniori parte Capituli admittere, cũ generaliter stetur maiori, & saniori parti. c.1.2.& 3. 65. dist. c.1. de his quæ fiunt à maiori parte. sed si minor pars eligat, tunc ad hoc, vt præualeat postulatio, requiritur consensus duarum partium. c. scriptũ. de elect. & requiritur decretum, quod est de substantia postulationis c. bonæ.2. eod. de postul. prælat. vt ait Host in sum. eod. §.10. & postulatio debet admitti si est necessaria vt inquit Abb. in d.c. bonæ. nu 15. de postul.

4 Postulationis effectus quis sit. Quòd ad quartum. effectus postulationis est, quòd si postulatio admittitur, postulatus consequitur ius, ac si fuisset electus, & confirmatus, cum postulatio habeat locum electionis, & confirmationis, si est admissa per superiorem, vt ait Abb. in c. gratum. nu. 13. de postul. ex quo colligitur, q postquam postulatio est præsentata superiori, & ab eo admissa, non licet postulantibus ab ea recedere, ante verò quam sit admissa à superiore, de consensu ipsius possunt ab ea recedere. cap. bonæ memoriæ. 1. vbi Abb. nu.8. & c. bonæ memoriæ.2. vbi Abb. nu.1. de postul. quòd si postulatio non est concorditer facta à duabus saltem partibus, vel agitur contra eam de aliquó contemptu, per eam etiam præsentatam superiori nullum ius acquiritur postulato, vel alteri, & eam potest superior sine cuiusquam præiudicio reijcere, sed quando postulatio fit propter vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ, & concorditer saltem à duabus partibus collegij, reijci non potest sine iniuria postulantium, & ecclesiæ, vt dicit Abb. in cap. postulatio.rem.& cap. bonæ. eod. tit. & hoc casu acquiritur ius postulantibus, ita quòd petere poterunt confirmationem, non acquiritur verò ius postulato, nisi fuerit postulatio præsentata, quo casu ipse non aget, ne videatur ambitiosus, & acquiritur ei tantum ius ad rem, non in re, quia potest reijci, & etiam reuocari à postulantibus de consensu superioris, vt supra est dictum; si verò non est facta cum concordia duarum saltem partium, non valet, ex causa tamen quandoq; admittitur ex gratia speciali. d.c. postulationem. & d.c. bonæ memoriæ de postul. & sic per eam nulli ius acquiritur, nec alius citra Papam potest admittere postulationẽ factam à minori parte collegij, nec nisi duæ partes ex tribus collegij concordent, vt inquit Abb. in d.c. bonæ.1. num.12. de postul. præl. & postulatio potest confirmari ex consensibus singulariter superuenientibus vt idem ait in d.c. bonæ.2. nu.18.27. eod. quòd si quis postulatus sit de consensu postulantium, & illi postea variarunt, & ipse fecit expensas, vel se ordinari fecit, non per hoc poterit repetere expensas à postulantibus, nec petere vt ab illis sibi prouideatur
stulatione ius non acquiratur postulato
liquem ordinare, vt eum eligere
nebuntur ei de stipendio com
sed aliud. 61. dist.

Peccant verò postulantes scienter indignum, & sunt priuati potestate eligendi, & postulandi. cap. 1. & 2. eod. tit. licet habeant potestatem eligendi ex iure communi, vel priuilegio, & potestas partis delinquentis residet in alia. d. c. & c. cum Vintoniensis. de elect. si verò duo ex tribus commissarijs delinquant, non valet electio tertij eligentis idoneum, cum non eligant, vt collegium, sed vt singuli, & eo casu potestas deuoluitur ad compromittentes. c. si compromissarius. de elect. in 6. dicit tamen Corras. de benef. p. 3. c. 2. scienter postulantes indignum non incurrere dictas pœnas, cum nullum ius tribuant postulato, nisi superior assentiat; tutior tamen est prima opinio, tum quia, quòd ad se est indignum nominarunt, tum quia superior vt plurimum innititur eorum petitioni, & sic indignus promoueretur; quòd si collegium fuit destructum authoritate superioris, ipso facto extinguuntur omnia iura eius, quòd si omnes de collegio mortui sunt, vel expulsi propter eorum delictum, conseruantur iura collegij apud ipsam ecclesiam, vt ait Abb. in c. gratum. nu. 12. de postul. Secundò, priuati sunt facultate eligendi, vel postulandi, quando postulationem cassatam vitio personæ repetunt. Tertiò, quando eligūt per abusum secularis potestatis. c. quisquis. de elect. Quartò, si eligunt ineligibilem. Quintò, quando recipiunt postulatum, vel electum, vt Prælatum, cuius electio, vel postulatio est nulla. cap. bonæ. de elect. Sextò, si sunt excommunicati, vel suspensi. c. cum dilectus. de consuet. Septimò, cum non eligitur infra tempus à iure præfixum. c. ne pro defectu. de elect. Octauò, cum postulant post appellationem, secus in electione. cap. bonæ. de elect. etiam si postulatio fit ex causa, & à duabus partibus, vt ait Abb. in d. c. gratum. num. 14. Vltimò. postulatus in Episcopum debet dicere sic, non assentio, nec dissentio, sed in voluntate domini Papæ me suppono, & hæc quò ad postulationem. 5 Postulantes qualiter peccare possint.

Circa translationem verò Episcoporum, & Prælatorum videndum est, primò, quid sit translatio, quis possit transferri, & à quo, & ex qua causa, tertiò, qualiter fiat, quartò, quis sit eius effectus. 6

Quò ad primum dicendum est, quòd translatio est de vna ecclesia ad aliam, translatio, vel mutatio. c. mutationes. 7. q. 1. Translatio Prelatorū quid sit.

Quò ad secundum, quod Cardinalis transferri potest. c. dilectus. de præb. & Episcopus. c. gratum. de postul & Abb. c. cum in veteri. de elect. & Præpositus. c. dudum. eod. tit. & quicunque beneficiatus. cap. admonet. de renunc. & breuiter qui potest postulari, potest & transferri, iuxta superius dicta. § de postulationib. quo verò ad illum qui potest transferre, [illegible] est inferius requiritur authoritas Prælati, in cuius diœcesi [illegible] regulariter. d. c. admonet de renunc. & etiam consensus Prælati ad cuius [illegible] quis transfertur. c. si. de cler. pereg. c. ex frequentibus. de insti. [illegible] et de consilio, consensus clericorum, vel capellanorum [illegible] transferendi, quod intelligitur de his Prælatis, qui habent [illegible] mediatè. c. clericos. 71. dist. quod si alijs Prælat [illegible] vel Præpositis, eorum etiam Abbatum consensus [illegible] 68. dist. c. conqu[illegible] 3. si de ecclesia [illegible] dem transf[illegible] Episcopatum [illegible] 7 Transferri qui possint.

[illegible]

dicta licentia transferatur valet transl.tio; excipiuntur tamen omnes exempti, qui sine licentia Papæ non possunt transferri, vt Abbas exemptus, & alij, nam si non sit exemptus, sufficit licentia sui superioris, vt ait Abb. in c.licet.num.6.de transl. nec valet consuetudo contraria.c.cum venerabilis. de consuet.cap.fi.de renunc. similiter omnes Episcopi excipiuntur, cum causæ maiores ad Papam pertineant, & ideò sine licentia Papæ Episcopus dimittens propriam ecclesiam, & transiens ad aliam, vtraq; priuatur, non tamen est priuatus ipso iure, imò remanet Episcopus prioris ecclesiæ, & clerici illius tenentur ei obedire antequam priuetur per sententiam, cum Eps non possit renunciare Episcopatui sine licentia Papæ, habens verò beneficium curatum transiens ad aliud simile, ipso iure primum amittit. c.de multa.de præb. c.execrabilis.eod. in extrau. Ioan.XXII. imò habens quodlibet beneficium residentiam requirens, transiens ad aliud simile, dimittere debet primum. c.cum ecclesiasticus. 14.sess. in Trid.Conc. & sess.7.c.4. & sic declarauit Gregorius XIII. & Sixtus V. modo quo habetur supra, cap. de Elect. vnde etiam si cui concedatur, vt possit se transferre ad aliam ecclesiam, non potest transire ad parem, vel minorem, vt not. Abb.in c.licet.n.8. de translat. Monachus verò non potest transire de vno monasterio ad aliud sine licentia Papæ, si velit transire ad religionem latiorem, vt not. glo. & Doct.in c.cum singula.§.fi.de præb. nisi causa exigeret celeritatem, vt causa infirmitatis, tunc enim sufficeret dispensatio Episcopi cum licentia Abbatis, vt ait Innoc.in cap.fi.& c.dilectus. de temp.ordin. si tamen in latiore religione de facto sumit habitum, & illum desert, non per hoc est excommunicatus, nec apostata, vt not. Innoc.in c.intelleximus. de æt.& qual. habebit tamen in eo locum pœna. c.eum qui.de præb.in 6. vt scilicet non possit redire ad priorem locum, si verò velit transire ad religionem strictiorem sufficit consensus Abbatis. d.c.licet. de regul. non tamen sufficit licentia Prioris, vt dicit Rom.sing.452.& sufficit licentia petita, licet non obtenta, vt ait Innoc.in c.fin.de renunc. & si Abbas sit mortuus, Episcopus de licentia conuentus facultatem dabit, vt dicit Lapus alleg.62. si verò vellet transferri ad aliam religionem parem, tunc voluntas Abbatis, & conuentus sufficit, nisi velit transire ad monasterium situ in alia diœcesi, sic enim requireretur consensus Episcopi loci, & causa iusta in non exemptis. c.significatũ.de regul. quibus casibus Abbas non debet licentiam dare suo subdito abeundi, nisi sciat voluntatem Abbatis monasterij ad quem est transferendus ne apostatet, & fugiat, & quando transfertur de vna religione ad aliam, & iam est professus in prima, sufficit prima professio, vt not.Abb.in c.Abbate sancti Siluani. de verb.sign. tutius tamen est profiteri, de vno vero monasterio ad aliud eiusdem religionis potest mutari de licentia Abbatis, vt not glo. & Doct.in d.c.significatum .de regul. si verò Papa conferret beneficium religioso, vel commẽdaret in alio monasterio, valeret prouisio, licet nil diceret de translatione, quia prouidendo videtur eum transferre, vt not. Felin.in c.postulasti. col.7.de rescript. secus si mandaret illi prouideri, & tunc oportet exprimi quòd sit translatus, vel dispensatus, quòd si ecclesia parochialis solita sit regi per regulares per quadraginta annos, sine alia translatione potest conferri monacho eiusdem monasterij, non alterius. c.cum de beneficio.de præben.in 6. aliàs secus.

Quo verò ad causam transferendi, requiritur iusta causa, scilicet vtilitas, & necessitas.c.omnis.7.q.1.c.mutationes.& c.scias ibidem. his enim cau-

ijs concurrentibus non dicitur persona se transferre, sed transferri, nec mutare, sed mutari; authoritate tamen, & consensu superioris interueniente, dictis iuribus; causæ verò iustæ sunt primò, cum necessitas persecutorum locum illum grauauerit. c. tribus. de consecr. dist. 1. si tamen persecutio sit particularis, & non generalis, quia tunc ob persecutionem generalem non liceret pastori recedere, vt dixi tract. de Episcop. cap. de Residentia. Secundò, si ad eum locum adire non posset, vel ibi sit aeris intemperies, vt ibi ait glo. & in c. quorundam. 74. dist. vel ibi aquarum sit inundatio, vel ob malitiam populi, quando ibi prodesse nõ possit. c. ita nos. 25. q. 2. c. sicut. 2. 7. q. 1. quo casu etiam Episcopus renunciat Episcopatui. Tertiò, ob meliorandum ecclesiam. c. si quis vult. 16. q. 2. c. 2. de statu monach. Quartò, quando locus est periculosus, quia ibi sunt prædones, qui non possunt expelli, tunc enim in congruum locum transferri debet. c. ecclesias. vbi glo. 16. q. 7. si tamen, vt supra, persecutio sit particularis, non vniuersalis. Vltimò, ob communem vtilitatem. d. c. mutationes. 7. q. 1. si verò causa leuitatis transit, ita quòd adhæreat alteri ecclesiæ sine licentia sui Episcopi priuari potest sine monitione, licet honestum sit, vt moneatur. c. si quis. 7. q. 1. & hoc iuri consonum est, vt absens moneatur, vel citetur. cap. ex tua. de cler. non resid. si verò causa cupiditatis, vel ambitionis transit, priuari debet vtraque, & habita, & ambita. c. quanto. §. fi. de transl. c. cos. 7. q. 1. prima tamen ecclesia si voluerit poterit eum repetere. cap. non oportet. ead 7. q. 1. & præsumitur causa ambitionis, cum transit quis ad maiorem. c. si quis Episcopus. 7. q. 1. potest tamen & transire causa humilitatis, vel religionis. d. cap. licet. de regular. vnde si non petita licentia transeat, ecclesia potest ipsum repetere. c. si quis verò. 7. q. 1. & Prælatus proprius potest illum reuocare, si voluerit. d. c. admonet. de renunc. ipse tamen ecclesiam repetere non potest. cap. cos. 7. q. 1. c. quod in dubijs. de renunc. si tamen ob conscientiam criminis ad vitam monachalem descendit, ad secularem prælaturam iterum resurgere non potest, secus si ob aliam causam. c. hoc nequaquam. 7. q. 1. c. post translationem. de renunc. Quod verò dictum est transeuntem ad secundam ecclesiam sponte sine licentia amittere primam, intelligitur de inferioribus beneficijs, non de Episcopo, qui, vt supra, sine licentia Papæ transire ad alia non potest, imò reuocatur translatio facta ex causa, vt hostilitatis, ea enim cessante ad primam ecclesiam redire oportet. c. in apibus. 7. q. 1. vel si metu belli, vel alio compellatur quis primam ecclesiam relinquere, illo cessante poterit redire ad primam. c. pastoralis. 7. q. 1. clem. 1. de foro compet. quòd ego intelligerem si de illa alteri non est prouisum, vel si sine licentia Papæ transiuit, nam si data sibi est licentia transeundi ad secundam, absolutus est à priori vinculo, licet secundam non sit adeptus, & eo casu erit Episcopus, nullum tamen Episcopatum possidens specialem. cap. inter corporalia. §. sicut. de translat.

8 Trãslatio qua de cã fieri possit.

Quò ad tertium, translatio debet fieri de minori ad maius, quia qui promouetur, gradatim est promouendus. c. legimus. 93. dist. & propter maiorem vtilitatem facilius dispensatur. c. licentiam. de translat. nam si promouetur de maiori ad minus sine causa, non tenet translatio, nisi de facto. c. 1. de translat. c. cum nobis. de concess. præb. & fit hoc modo: A vinculo quo tenebaris Mediolanensis ecclesiæ absoluimus te, & ad aliam transferimus.

Quò ad quartum, & vltimum, effectus translationis est, vt translatus de vna ecclesia ad aliam, desinat esse Episcopus primæ ecclesiæ à qua trans-

Trãslatio, vt fienda, & eius effectus.

fertur.cap.in apibus. 7.q.1. quod intelligitur quando persona transfertur, non autem sedes; nam si sedes transfertur, prior ecclesia desinit esse Cathedralis, & secunda efficitur Cathedralis, vt dicunt Doct.in d.c.1. & sic prima ecclesia erit simplex, in qua tamen debent relinqui presbiteri, saltem vnus, si reditus pluribus non sufficiunt, qui ibi ministret. c.si quis vult. 17.q.7. & prima ecclesia perdit priuilegia, & in aliam transferuntur, vt dicit glo. in d.c.si quis vult. & si prima est exempta, erit & secunda. c.per exceptionem.de priuil,in 6. & deinde omnes actus concernentes ecclesiam Cathedralem, vt conficere Chrisma, & huiusmodi, quæ fiebant in prima ecclesia, debent fieri in illa ad quam est translata, & si ibi debebat esse Theologus, vel Doctor in iure Canonico, sic debet esse in secunda, si tamen in prima erat palliatus, & transferatur ad Ecclesiam quæ dignitatem pallij non habet, non debet iterum palliari.

SVMMARIVM.

1 *Commenda quid sit.*
2 *Commenda temporalis, vel perpetua à quibus concedatur, & quis effectus vtriusque.*
3 *Commendatio beneficij cur fiat.*
4 *Commendatarius temporalis an possit idem beneficium impetrare ad vitam.*
5 *Commendæ duæ an vni dentur.*
6 *Oeconomus quis sint, cur detur, & quæ eius potestas.*
7 *Oeconomus quis esse possit.*
8 *Coadiutor quotuplex, cur detur, à quo, & quæ eius potestas.*
9 *Vicarij temporales, vel perpetui cur dentur, à quibus, quando, quomodo, & quæ sit eorum potestas in quolibet.*

De Commendis, Coadiutorijs, Vicarijs, & Oeconomijs. Cap. VII.

1 Cõmenda quid sit.



ER Commendam etiam acquiritur beneficium, vel dignitas ecclesiastica. & dicitur commendari beneficium, quasi dari in gubernationem, vel administrationem, vt ait Ant.in c.quæ relam.de elect.vel custodiam.c.nemo de elect.in 6. vnde sicut custos, vel depositarius non facit fructus rei depositæ suos, sic nec qui habet beneficium in commendam, sed de illo rationem reddere tenetur.c placuit. 10.q.3. nisi Papa aliter dixerit, prout communiter solet.

Duplex verò est commenda, perpetua ad vitam possidentis, & temporalis, temporalis constituitur in vtilitatem ecclesiæ, non personæ.c.constitutum.1.q.1. & is dicitur visitator, cum detur donec ei prouisum fuerit. cap. pen.

pen. & fi.de suppl.negl.præl.in 6. perpetua verò datur in vtilitatem personæ, vt & titulus beneficij. Rom.cons.350. hodie verò vt plurimum datur in vtilitatem personæ ei qui patitur aliquem defectum, vt si quis habeat beneficium requirés residentiam, secundum simile datur ei in commendam. c. dudum.2.de elect. ita quòd primo, vt titulato, secundo, vt cõmendato præest.c.fi.21.q.1.vel si quis patitur ætatis, vel professionis defectum, datur ei in commendam.cap.nemo. de elect.in 6.clem.ne in agro.§.cæterum.de statu monach. vel si beneficium regulare datur clerico seculari, vel contra, cum regularia regularibus, secularia secularibus sint conferenda beneficia. cap. cum singula de præben.in 6. potest tamen commendari beneficium etiam si quis non patiatur defectum, ad hoc vt non teneatur residere, & prædicta Papæ exprimi debent.

Commendare autem beneficium potest ad tempus etiam ordinarius qui conferendi potestatem habet, in perpetuum verò solus Papa, vel eius Legatus potest. d.c.nemo. cum ibi not.Innoc in c.dudum.de elect. Legatus tamen ecclesias non collegiatas, non commendat, & vbi commendatur ad vitam sæpius fit gratia eius cui commendatur, ad tempus verò gratia ecclesiæ, vt ait Gomes. reg.de public.resign. q.4. vterque tamen dicitur habere legitimum titulum aliquo modo illius beneficij commendati, vt inquit Archid.in c.si propter. de rescript. vnde & in commenda requiritur dispensatio. Innoc.in c.si constiterit.de accus. differenter tamen, nam commendatarius ad tempus non dicitur Prælatus, etiam si Abbatiam habeat, vnde licet non professus non possit fieri Abbas monasterij, potest tamen ei cõmendari. glo.in d.c.nemo. Felin.in c.cum olim. de maior.& obed. is verò cui in perpetuum est commendata prælatura, comparatur vero Prælato, vt ait Crau.cons.284.col.3. Præterea per remotionem Prælati ad tempus non dicitur ecclesia vacare, sed primi, vnde dicitur semper ecclesia vacare donec ei prouisum fuerit de Prælato perpetuo, vt dicit Gomes. loco cit. Cassad. decis.5.de priuil. vnde & temporalis commendatarius debet curare, vt ecclesiæ prouideatur de Prælato, aliàs si per annum id facere negligat, commenda illa priuabitur.c.constitutum.7.q.1.Præterea perpetuus non potest sine causa reuocari, temporalis verò sic, vt not.in d.c.nemo. vlterius perpetuus potest in plures annos fructus beneficij locare, vt & verus. Dec.in c. edoceri. de rescript. & impetrans beneficium secundũ, tenetur facere mentionem de commenda perpetua quam habet, vt dicit Gomes. loco cit. & vt Episcopus non potest illegitimo conferre beneficium, sic nec commendare, & etiam si is fuerit dispẽsatus ab Epo ad ordines, & beneficia simplicia, vt non potest ei curatum conferri, sic nec ei cõmendari.c.1.de filijs presb.in 6. & potest perpetuus permutare suum beneficium cum non commendato. c. quæsitum.de rerum permut. Gomes.loco cit. Præterea perpetuis habentibus dignitatem, vt & alijs dignitatis titulum habẽtibus delegari possunt, & solent à sede apostolica causæ, vt Gomes.ait loco prædicto, & etiam habent liberam administrationem suorum beneficiorum, vt & titulum habentes, vnde & pro ecclesia agere, impetrare, procuratores constituere, & alia agere quæ & veri titulares, ac se alere possunt. Abb.in c.querelã. de elect. Dec.in d. c.edoceri.de rescript.col.fi. ordines etiam conferre possunt, vt & veri Prælati. Gemin.in c.pen.de temp.ord. Prærerea Capitulum sede vacante Prælatum commendare in perpetuum non potest, vt nec conferre, ad tempus tamen potest. Gom.loco cit. & ordinarius per sex menses differens

2 Cõmenda tẽporalis, vel perpetua à quibus conceditur, & quis effect[9] vtriusque.

conferre

conferre ecclesiam vacantem per mortem commendatarij, punitur, ac si titulum verum vacare tamdiu permittat. Card. in clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. domib. & si perpetuus in curia moriatur, eius beneficium Papæ reseruatur, ac si esset cum vero titulo. c. 2. de preb. in 6. Gom. loco cit. Præterea reseruatio Papæ extinguitur si beneficium perpetuo alicui commendarit, ac si titulum verum contulisset, secus si ad tempus sit facta commenda, non ad vitam, cum sic dicatur perpetua, non quæ est ad tempus incertum, & in dubio censetur perpetua commenda magis quàm temporalis, vt inquit Gomes. de public. resign. q. 4. & beneficium, quod Papa perpetuo commendarit non minus est affectum, quàm si id contulerit. Cassad. decis. 5. de priuil. col. pen.

Econuerso temporalis commendatarius se alere potest de fructibus beneficij, alios verò successori reseruare debet eorumque rationem reddere. Abb. in d. c. quærelam. de elect. & æs alienum soluere quod habet ecclesia, & repetere expensas vtiles quas pro ea fecit. Archid. in cap. qui plures. 21. q. 1. Rebuff. de commenda. num. 3. & 25. Ex stilo verò perpetuis conceditur potestas percipiendi fructus beneficij, & eos in suos vsus conuertendi, vt & veris prælatis. Gom. reg. de trien. poss. q. 5. quod est inditium legitimi tituli. c. 1. de capel. monach. in 6. Vnde & constitutiones, ac regulæ Pontificiæ mentionem facientes de beneficijs, perpetuo commendata comprehendit, vt ibi ait Gom. col. pen. Præterea perpetuus in parochiali potest verbum diuinum enunciare, cõfessiones audire, & sacramenta administrare, in quibus tamen requiritur legitima ætas, & ordo sacer requisitus, vt ait Gem. in cap. nemo. de elect. in 6. Eligere etiam potest, & beneficia conferre, vt & titulum habens, & si habet ius patronatus præsentare potest, vt ait Archid. in d. c. nemo. temporalis verò maximè ad sex menses prædicta facere non potest, nec locare ad longum tempus, cum nullum ius in re, vel ad rem inde habeat, vt ait Gemin. in d. c. nemo. perpetuus tamen ecclesiæ regularis non cogitur profiteri regulam religionis illius.

3 Cõmendatio beneficij cur fiat

Ideò autem solet beneficium alicui commendari, quia in eo sit aliquis defectus, vt si regulari prouideatur de beneficio seculari, vel èconuerso, vel si minori vigintiquinque annis prouideri velit de beneficio curato, interim commendatur ei, postea verò confertur, vt dicit Rebuff. in praxi benef. d. tit. de commenda. nu. 7. 8. & 9.

4 Cõmendatarius temporalis an possit idẽ beneficiũ impetrare ad vitam.

Quòd si ordinarius commendat beneficium alicui per sex menses, iuxta d. c. nemo. de elect. in 6. iste interim poterit idem impetrare ad vitam, dummodo faciat mentionem de commenda temporali, aliàs gratia esset surreptitia, vt ait Rebuff. d. tit. nu. 31. Et licet ordinarius non possit commendare ecclesiam parochialem vltra sex menses. d. c. nemo. Capitulum tamen sede vacante poterit illam commendare vltra sex menses, si a Prælato non fuerit de ea prouisum, ne ecclesia detrimentum patiatur, vt dicit Rebuff. ibi nu. 55. dummodo nullus adsit Prælatus, qui de illa prouidere possit, quia tunc cessat Capituli potestas, vt ibi dicit; & Episcopus superueniens commendam à Capitulo factam reuocare poterit, & magis si Capitulum commendarit donec Prælatus prouiderit, vt ibi dicit Rebuff. nu. 58. licet ordinarius tempus temporale datum commendatario reuocare, vel coarctare non possit. d. cap. dudum. 2. de elect. in 6. vt idem dicit, nec etiam Episcopus potest commendam factam ad sex menses, ad alios sex prorogare, licet Capitulum id possit ex causa prorogare, vt supra, vt idem dicit, num. 65.

Com-

Commendare tamen beneficium alicui nō poteſt is qui ſpeciali iure id conferre non poteſt, vt ait Gemin.in d.c.nemo. fallit tamen quandoque, vt ſi collatio Papæ ſit deuoluta, tunc .n. qui conferre non poteſt, commendare poteſt.c.2. de conceſſ.præb. vt & Capitulum ſede vacante, quod commendare poteſt, conferre non poteſt. Et ſi Papa alicui commendat beneficium ad vitam, non debet ſine cauſa id reuocare, ſiue id ſit factum in vtilitatem eccleſiæ, vel perſonæ, vt Rebuff.ibi ait, ad fi. niſi ſit ei commendatū ad beneplacitum concedentis, quia ſic poteſt reuocari, non tamen ante tempus, ſi ad tempus ſit facta commenda. glo.in c.ſi conſtiterit. vbi Abb.de accuſ.

Duæ verò commendæ vni fieri non poſſunt, vt nec duo tituli, vnum tamen beneficium poteſt alicui dari in commendam, aliud in titulum, vt ibi dicit, nu.64. Nec permutari poteſt commenda cum titulo, vt ibi ait, nu.53. Nec beneficia ſancti Spiritus in Sicilia, & ſancti Iohannis Ieroſolymitani, dantur in commendam, nec ſanctæ Mariæ Theutunicorum, vt idem dicit, num.40. Et parochiales eccleſiæ commendari non poſſunt, niſi vigeſimumquintum annum agenti, & conſtituto in ſacerdotio.d.c.licet canon. de elect. in 6. glo.in c.ei cui. vbi Doct. de præb.in 6. qui commendatarij non debent diminuere cultum diuinum, nec mutare ſolitum ſtatum eccleſiæ. Abb.in d. c.quærelam. in princ.de elect. & debent emittere profeſſionem fidei. cap.2. de reform.ſeſſ.25.in Trid.Conc. & cum eccleſia in commendam conceditur, patroni ſunt vocandi, & alij quorum intereſt. Silu.commenda.num.3.ver.5. Hodie verò commendatarij etiam Cardinales tenentur reſidere in eccleſijs curatis commendatis, & ſubire onera earum. ex Conc.Trid.ſeſſ.6.de refor. cap.1. & ſeſſ.23. de reform. cap.1. 5 Commendæ duę an vni détur.

Et ſi commendatum ſit beneficium ad vitam, eo vacante, illud Papa ſolus confert, cum ſit affectum. Feder.de Sen. tract.de permut.beneſ.num.23. latè Anaſt.Germ.tract.de Indult. §.quæ extra.nu.12.cum ſeq. qui & de hac re agit dicto loco. §.commendare.

Oeconomus etiam datur eccleſiæ vacanti, & habet ſimilitudinem cum commendatario, qui ſolet conſtitui cum patronus minus idoneum præſentat, vel de Iure patrouatus eſt quæſtio, & is œconomus res eccleſiæ cuſtodire debet, & fructus in eccleſiæ vtilitatem expendere, vel ſucceſſoribus reſeruare.c.cum vos. cū ibi not.de offic.ord. lites agere, penſiones beneficij, ac alia onera perſoluere, vt ait Abb.in c.1.& fin. ne ſede vac. Gig.de Penſ. q.65. Et vbi ſedes Epiſcopalis vacat, vbi munus percipiendorum fructuum Capitulo ſpectat, vnum vel plures œconomos conſtituere debet, qui fructuum, & rerum eccleſiæ curam gerant, & eius adminiſtrationis Epiſcopo futuro rationem reddant. ſeſſ.24.c.16.in Trid.Conc.& etiam parochiali vacante œconomus in ea ab Epiſcopo eſt conſtituendus. ſeſſ.24.in Trid.Conc. cap.18. & ſic conſtituitur dum eccleſia vacat, vel Prælatus non poteſt adminiſtrare. Licet autem œconomus aliquam adminiſtrationem rerum eccleſiæ habeat, minorem tamen quàm Prælatus habet, vnde res eccleſiæ alienare non poteſt, quibus caſibus Prælatus id poteſt, vt not.in c.ſi.5.q.3.Abb. in c.vt ſuper.de rebus eccl.num.29. nec donare. Maſcar.de prob.concl.554. nec beneficium conferre, niſi Papa id ei concedat. Pariſ.de reſig.lib.7.q.21. 6 Oeconomus quis ſit, cur detur, & quę eius poteſtas.

Oeconomus etiam generalis conſtituitur in qualibet prouincia, qui nomine fiſci Apoſtolici, ſtatim adipiſcatur poſſeſſionem beneficiorum vacantium, quæ ſibi Papa reſeruat, donec eis prouiſum erit, vel cum beneficium ex reſignatione vacat, & etiam Principes ſeculares alicubi ſolent conſti-

tuere œconomos, donec de sibi fido prouideatur, vt inquit Cucch. de œconomis.num 12. quod tamen nescio quo iure id eis permissum sit, cum laicis ecclesiastica negotia tractare non liceat. cap.cum secundum . de iudic. nisi id ex priuilegio Papæ habeant.

Licet demum œconomus etiam laicus esse possit, æquius est tamen, vt clerici sint. Betous in c.qui res.nu.5. de rebus eccl. & gaudent etiam si laici sint priuilegiis ecclesiasticis, vt ibi ait Cucch.n.13. quod ego intelligerem, quò ad res ecclesiæ, non tamen quò ad personas, sic vt in eos manus imponentes non incidant in cap.si quis suadente. 17.q.4. sed bene quò ad hoc, vt conueniri possint tantum coram iudice ecclesiastico, vt & Episcopi familia gaudet, vt habetur tract. de Episc. œconomus demum sede vacante non potest in foro iudiciali causas cognoscere, vt dicit Host. in sum. ne sede vac.

Peccare verò potest œconomus si malè administrat res ecclesiæ, vel patitur eas perire, & huiusmodi.

8 Coadiutor cur detur, à quo, quotupliciter, & quæ eius potestas, ac effectus.

Coadiutor est similis commendatario, & œconomo, qui ad tempus datur beneficiato, senectute, vel infirmitate impedito beneficio seruire, cum congrua fructuum beneficii assignatione. c.qualiter. cum seq. c.nihil. 7. q. 1. cap.de rectoribus. c.pen.& fi.de cler.ægrot. idem etiam assignatur parocho illiterato cum congrua fructuum portione. ex Conc.Trid. sess. 21. c.6. cum alioqui omnes fructus beneficii debeantur clerico ægroto. cap.1.de cler.ægrot. etiam distributiones quotidianæ, si ante solitus erat seruire . cap.vnico . eod. in 6.

Idem etiam assignari potest à Papa Episcopis etiam cum futura successione ex causa graui . ex Conc.Trid.sess.25. c.7. & etiam alijs beneficiatis à Papa Sixto V. ij concessi sunt, idque à solo Papa fieri potest etiam ad tempus Episcopis, vel cum futura successione. Paris.loco infra cit. Card.Alex. in cap.pastoralis. 7.q. 1.

Coadiutores etiam parochorum in beneficiis instituti, tenentur vt & parochi residere, excepto, vbi ex fundatione per alios deseruire possunt, ex literis congreg.Conc.23. Iulii 1575. Datur & coadiutor dementi, & etiam dilapidanti bona ecclesiæ, & sic quandoque ad spiritualia ad seruiendum beneficio in spiritualibus, quandoque ad temporalia, & ita vt detur tantũ ob vrgentem necessitatem, & vtilitatem Ecclesiæ à Papa examinandam, vt ob senectutem, ægritudinem, dementiam, dilapidationem, inhabilitatem, vt supra, qui tamen habere debet qualitates requisitas, & sufficientes illi officio. Card. Alex. in c quia.7.q.1. & vbi datur coadiutor Episcopo, is constituitur Episcopus in partibus infidelium & exercitium curæ penès eum residet; Sic enim & olim Athanasius senio confectus, elegit coadiutorem, & successorem Ruffi.lib.2.hist.c.3. & Gregorius Nazianzenus, vt ibi dicit, & Augustinus datus fuit coepiscopus Valerio seni, & balbutienti. cap.non autem. 7.q.1. Par.f.de resign. benef. lib.7.q.21.

9 Vicarij temporales, vel perpetui cur dentur, à quibus, quando, quõ, quæ

Vicarij etiam perpetui, vel temporales magnam cum prædictis similitudinem habent, & perpetuus constituitur à regulari priore cui animarum cura in prioratu annexa sit, is enim Vicarium perpetuum ibi constituere habet, qui exercitium curæ, quam ipse prior habitu habet, actu exerceat. c.1.de capel.monach.in 6. similiter si dignitati, vel præbendæ Cathedralis ecclesiæ, parocha ecclesia annexa sit, constituere in ea debet Vicariũ perpetuum cum congrua fructuum portione. cap.extirpandæ. §.quia verò. de præb.& ex Conc.Trid.sess.7.c.5. & 7. & Constit.Pij V. Cal.Nouemb. 1567

qui etiam

qui etiam in alia eius Bulla sexagesimaquinta constituit, vt prædicti dignitatem, vel Canonicatum habentes in parocha ecclesia residere teneantur, & facere fructus suos vtriusq; præterquam distributionum quotidianarum, nisi diuinis sint præsentes. fit eorum potestas 1 quolibet.

Similiter si monasterio, vel mensæ Episcopali, aut Canonicali est vnita parochia, in ea Vicarius perpetuus ab Episcopo constitui potest cum congrua fructuum assignatione, ex eod. Conc. sess. 7. c. 7. & c. 5. ead. sess. & si ecclesia curata sit monachorum, ibi clericus secularis de voluntate Episcopi, & monachorum est constituendus, qui & ab Episcopo amoueri possit. c. 1. de capell. monach. in defectum tamen clericorum secularium ibi possunt poni regulares, qui curam exerceant, dummodo secum habeant socium sui ordinis, vt ait ibi Abb. & idem si curata beneficia in simplicia sunt constituta, etiam si id non deceat, Vicarij enim perpetui cum congrua fructuum portione ibi sunt constituendi, quod si factum non erit intra annum. moriente Rectore, vel Vicario beneficium curam animarum recipiat, & Vicariæ nomen cesset, & in antiquum statum restituatur. sess. 25. c. 16. & Pius V. in d. Constit. anni 1567. statuit Vicarijs perpetuis regularibus assignandis proportione non esse dandum minus aureis quinquaginta, nec plus centum annuis. Vicarij etiam perpetui constituūtur cum beneficium aliquod alteri beneficio vnitur, quia in beneficio vnito Vicarius perpetuus ponitur, qui beneficio inseruiat, quo inuito non licebit ei cui est vnitum, illi per se deseruire, nisi in vnione id exprimatur, vt Vicarius perpetuus ibi non constituatur, sed ei inseruire possit is cui est vnitum, vt inquit Rebuff. in praxi benef. tit. de Vicarijs perpetuis. num. 1.

Vbi etiam ad tempus quis obtinet gratiam de nō residendo, cum in perpetuum non suffragetur, Episcopus debet ibi constituere Vicarium cum congrua fructuum portione, qui ibi curam animarū laudabiliter exerceat. sess. 6. c. 2. in Trid. Conc. c. cum ex eo. de elect. in 6. Similiter cum beneficium ingredientis religionem intra annum probationis non sit alicui conferendum, interim in eo Vicarius est constituendus. c. beneficium. de regular. in 6. Sic si Canonicus appellat à præcepto sibi facto de residendo, Vicarius interim est deputandus, qui eius loco inseruiat. c. peruenit. 2. de appell. Similiter si Prælatus exequatur votum peregrinationis vltramarinæ, interim ei Vicarius substituitur. cap pen. de vot.

Differentia verò est inter Vicarios perpetuos, & temporales, nam perpetuus in pluribus ecclesijs eodem tempore esse non potest. cap. 2. de offic. vic. is etiam si curatum beneficium sit adeptus, Vicarius esse desinit. c. 1. eodem. is etiam verè dicitur habere titulum, vnde & ad ordines ratione vicariæ promoueri potest. Abb. & Felin. in c. G. perpetuus. de fide instrum. & si mandetur à Papa alicui prouideri de beneficio, nō poterit prouideri vicariam perpetuam habenti, nisi de ea sit facta mentio. c. postulasti. 2. de rescrip. nec filius potest obtinere beneficiū, in quo pater naturalis perpetuus Vicarius fuit. vel contra: c. constitutus. c. Michael. de filijs presb. idem etiam cogitur residere, & ordines requisitos suscipere per subtractionem redditunm, vel titulorum. c. fi. de offic. vic. & clerici in suis Vicariatibus alios substituere non possunt. c. clericos. eod. tit. & conceditur eisdem vacatio à residentia causa studij, vt & Rectoribus; qui tamen alios sibi substituere non possunt, sed Episcopus. glo. in clem. 1. de offic. vic. & in Vicarijs curatis perpetuis id est obseruandum, quod in Rectoribus earum, vt scilicet annum vigesimum-

quintum attigerint, promoueantur intra annum ad sacerdotium, & nō retineant simul cū ea aliud curatum, vel incompatibile beneficium. clem. vnica. eod. tit. & possunt etiam concedere alij sacerdoti, vt ad tempus in sua ecclesia sacramenta ministret, vt inquit ibi Vital. Nec in ecclesia patronata potest constitui Vicarius perpetuus sine patroni consensu, vt idem Vital. ait, ex Conc. tamen Trid. sess. 6. cap. 2. sess. 7. c. 5. id potest Episcopus inuitis Rectoribus ecclesiarum, vel Capitulis, si ei expedire videtur, & sess. 21. c. 6.

Vicarius verò perpetuus sine Episcopi consensu constitui non potest, & constitutus ab eo, inde amoueri non potest per Rectorem, vel successorem sine causa. c. 1. eod. tit. & mortuo Vicario ecclesia parocha non dicitur vacare, sed solum eius exercitium, vt ibi dicit Vital. & Vicarius perpetuus in omnibus verus pastor censetur. Rota decis. 34. in antiq.

Conductitijs verò sacerdotibus ecclesiæ credi non debent, sed quælibet ecclesia, si potest per facultates, suum proprium sacerdotem habere debet. c. fi. vbi glo. 21. q. 2. Cucch. tract. de vic. in diuinis.

De vnionibus.

PER vnionem etiam beneficij alteri factam, acquirit quis beneficium, de quo dicendum, vt habetur in tract. de Episc. sub cap. de Visit.

SVMMARIVM.

1 Nominatio ad beneficia quid sit, cui competat, & eius effectus.

De Nominatione. Cap. VIII.

1 Nominatio ad beneficia qd sit, cui cōpetat, & eius effectus.



ER Nominationem etiam acquiritur beneficium, & fit dupliciter, simpliciter, & solemniter: simpliciter, cū electores antequam ad electionem accedant, inter se aliquos alijs digniores nominant, de quibus scrutinium fiat. Abb. in cap. bonæ. de postul. solemniter, cum collegium duos, vel tres alijs præstantiores eligit, quorū nomina in scriptis redacta ad Papam, vel alium qui habeat potestatem, mittit, vt eorum vnum ecclesiæ dare præsidem velit, vt ibi ait Abb. quæ si solemniter est facta ab ea recedere non licet: vt dicit Host. in summ. de postulat. prælat. Reges tamen aliqui ex priuilegio habent, vt nominare possint eligēdum in Prælatum in ecclesia vacante, qui etiam nominare debent ex eodem priuilegio graduatum, vel alia qualitate insignitum, nec nominare aliquem possunt antequam beneficia vacent, idem priuilegium conceditur aliquibus Academijs, vt nominare possint plures graduatos ad beneficia in certis mensibus vacantia; & si superior id acceptet, & nominatus, nominato acquiritur beneficium, vt inquit Rebuff. tract. de nominat. in conc. q. 4. cum seq.

Differt autem nominatio à postulatione, nam illa habet locum quando aliquis defectus est in postulando, non sic in nominatione, & postulatio pro vno fit, postulatio pro pluribus etiam, & primo nominatus censetur dignior.

gnior. c.quorundam. de elect. in 6. Conueniunt tamen, quòd ante præsentatam vtramque admittitur variatio in vtraque, postea non. cap. bonæ. 2. de postul. prælat. vt nec electione publicata mutari potest. cap. publicato. de elect.

Differt etiam ab electione, quia licet quis eligatur ex pluribus, vt plurimum, tamen vnus tantum eligitur, nominatio verò fit de pluribus: & de hac re pluribus agit Corrasi. de benef p. 4. cap. 4. sed quia hæc materia in vsum communiter non cadit, ideò eam omitto, remittens me ijs quæ in hoc prædictus Doctor, & alij Doctores scripsere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non vacans impetrari non potest.*
2 *In Beneficij impetratione, quæ exprimenda, vt actus valeat.*
3 *Beneficia cum bullis tantum conceduntur.*
4 *Rescriptum sub forma, rationi congruit, quid sit, quando concedatur, eius effectus, & vt in eo se habendum.*
5 *Prouisio noua quid sit, cur concedatur, quando, & quomodo.*
6 *Rescriptum etiam & perinde valere quid sit, cur detur, quando, quæ in eo exprimenda, & eius effectus.*
7 *Rescriptum, si neutri, si alteri, si nulli, quid sint, cur concedantur, quando, quæ in eis exprimenda, & eorum effectus.*
8 *Rescriptum in forma, dignum, quid sit, cur detur, quando, quæ in eo exprimenda, & quis eius effectus.*
9 *Rescriptum in forma pauperum, quid sit, cur detur, quando, quæ in eo exprimenda, & quis eius effectus.*
10 *Bullæ expediendæ in beneficijs sub pœna priuationis.*
11 *Beneficij impetratio quando non valeat.*

De impetrationibus beneficiorum, vel rescriptis varijs, & eorum formis. Cap. IX.



PER Rescriptum etiam Apostolicum impetratur à Papa beneficium vacans, cum expectatiuæ ad futura beneficia, omnino hodie sint sublatæ. cap. 19. sess. 24. in Trid. Conc. cap. 1. de concess. præb. nec valet tractatus habitus de conferendo beneficium non vacans, vel ad id eligendi, c. bonæ. 2. vbi Abb. de elect. nec acceptatio de eo. c. ne captandæ. eod. nec etiam permitti debet. c. 2. de concess. præben. & talis collatio non valet, & sic impetrantes multas pœnas incurrunt, de quibus Rebuff. in praxi benef. 2. p. tit. de reprobata beneficij viuentis impetr. vbi hanc regulam ampliat, & limitat multipliciter. Dicitur verò beneficium vacare multis modis, per mortem, deuolutionem, sententiã,

1 Beneficiũ nõ vacans impetrari nõ potest.

M 2 delictum,

delictum, vel defectum, vt ob non expeditionem literarum, publicationem resignationis omissam, non promotionem in curatis, & huiusmodi, de quibus latè supra, sub cap. de Collat. est dictum.

2 In Beneficij ipetratione quæ exprimenda, vt act' valeat.

Ad hoc verò vt teneat impetratio beneficij vacantis, multa necessariò sunt exprimenda, tam ex parte impetrantis, quàm beneficij quod impetratur; & ex alijs circunstantijs, ita vt omnia exprimantur quæ collatorem à conferendo impedire possent, si exprimerentur. cap. quamuis. cap. is cui. de præben. in 6.

Ex parte impetrantis, est fienda mentio in supplicatione, & rescripto de nobilitate, dignitate, & doctrina impetrantis, cum talibus facilius beneficia conferantur, & facilius dispensetur, simul iunctis cum vitæ integritate. cap. de multa. de præb. cum ibi not. vt & est exprimendum quòd sit clericus. Dec. in c. cum adeò. nu. 3. de rescript. vt & narrare debet inhabilitatem, si quam habet, & crimen, vel infamiam si ex illis excluderetur. Cald. consi. 20. de præb. modo quo dixi cap. de his quibus &c. & illegitimitatem, morbum caducum, vel epilepticum, si beneficium ordinem requirit, aliàs gratia est nulla, vt & si est intrusus, vel alius annalis in eo, vt & si Archidiaconatus habet vocem in Capitulo, non autem si habitu est curatũ, vbi spes non adest parochianos posse reuerti, aliàs sic. Paris. lib. 10. de resig. ben. q. 2. & an orator vllum beneficium habeat aliud etiam minimum. Abb. Felin. & Dec. in c. ad aures. de rescript. cum ipsius qualitate, & vero valore. clem. 1. de præb. licet illud actu non sit consequutus, sed literas tantum ad illud impetrasset. Card. clem. 2. de offic. ordin. Rota decis. 12. de renunc. in nou. licet etiam illo primo de facto priuatus fuisset. Abb. in cap. in nostra. de rescript. vbi Felin. & Imol. cum vi expulsus ius suum non amittat, licet vt possessor duorum incompatibilium is non puniatur, qui altero spoliatus alterum retinet. c. si tibi. de præb. in 6. Fel. in d. c. in nostra & etiam pensiones exprimendæ obtentæ. Corras. p. 3. c. 4. spoliator etiam orator tenetur facere mentionem alterius beneficij, quo aliquem spoliauit non ob ius quod ibi habeat, sed ob vim illatam, cuius vt & alterius criminis, est mentio facienda, vt ait Felin. in d. c. in nostra. Imò licet quis promisisset renunciare gratiæ prioris beneficij habita secundi possessione quod postea impetrat, tertiò tamen impetrans tenetur facere mentionem illius gratiæ primæ cui renunciare promisit, & eius promissionis, cum fieri possit vt secundi beneficij possessionem adipiscatur, & ita vt prima gratia effectum expectet. Fel. in d. c. in nostra. nu. 16. Rota decis. 21. de rescrip. in nou. Imò, & si primæ gratiæ renunciasset, quæ à Prælato non est admissa, cum sola renunciatione non admissa non amittat quis titulum, licet possessionem dimittat. Fel. ibi, num. 31. Rota decis. 12. de rescript. in antiq. si enim renunciatio admissa sit, eius mentio fienda non est, cum sic titulum, & possessionem quis amittat. Felin. ibi, nu. 19. nec excusat à surreptione, quòd eius procurator ipso ignorante beneficium pro eo impetrarit, nisi ignorantia sit probabilis, iuramento impetrantis. Abb. Fel. & Dec. in c. super literis. de rescript. fallit tamen si Papa motu proprio, non ad alterius instantiam beneficium alicui contulerit, ea enim clausula tollit vitium obreptionis. c. si motu proprio. §. 1. de præben. in 6. Ioan. Andr. in clem. si Romanus. de præben. in clem. plures. de Iure patr. vnde non est fienda tunc mentio de alio beneficio, & etiam concedi solet ex stilo, vt liceat post supplicationem signatam exprimere beneficia, & pensiones obtentas.

Vlterius

Vlterius fienda est mentio primi beneficij, licet nutu superioris amouibile sit, vt si vicariatus temporalis sit. Felin.ibi.corrol.18. Præterea etiam rescripti, vel mandati, quod habet à Papa orator ad aliquod beneficium secundum impetrans mentionem facere debet. c.cæterum. c.cum adeò. de rescript. nisi primus impetrans dolo, vel negligentia illo rescripto, vsus non sit, tunc enim non oportet exprimi. c. si autem. de rescript. c.plerique. eod. vt nec cum gratia est nulla.

Et non solum primi beneficij mentionem facere debet, sed & eius qualitatis, modo quo infra. Et vlterius pensionis ante obtentæ, vel fructuum reseruationis, ac eius quantitatis, & super quo beneficio illa obtineat. Secundò, impetrans beneficium, vel pensionem, mentionem eius facere debet, & etiam si ecclesia sit numerata, nō valet impetratio facta de beneficio in ea, si per eam frangitur numerus Canonicorum, licet non frangatur numerus præbendarum, non facta de numero mentione. c. constitutus. de rescript. vt & mentionem facere debet beneficij resignati effectu non secuto, aliàs non.

Ex parte verò beneficij, quod impetratur, plura sunt exprimēda: Primò enim est exprimendum nomen sancti illius ecclesiæ. glo. & Doct. in c. quamuis. de rescript. in 6. & diœcesis, ac locus vbi est situm, vt & an sit manuale. Achill. de Graff. decis. 7. de præb. & an beneficium quod petitur habeat annexam curam animarum. cap. cum in illis. de præb. in 6. nisi cura accessoriè veniat, vel ex qualitatibus subintelligatur, & tunc dicitur beneficium curatum cum quis tenetur sacramenta administrare, & alij ab eo recipere, solum enim Baptisma, vel Chrisma non faciunt curatum, & vlterius deputatio certi populi infra certos terminos cum necessitate prædicta, vt dicit Dec. in c. ad aures. de rescript. cum Papa non ita de facili concedat beneficium curatum, vt aliud, cum & beneficij appellatione simpliciter, non veniat curatum, & etiam est id exprimendum, licet per Vicarium inseruire ei quis possit, & etiam si Papa id motu proprio concedat. Secundò, exprimendum est an illud beneficium sit in ecclesia Cathedrali, cum quis beneficium prouinciæ alicuius impetrat. c. quamuis. 1. 2. resp. de præben. in 6. Felin. ibi, corrol. 39. de rescript. Tertiò, si beneficium illud per electionem confertur, cum Papa electoribus ordinarijs derogare non soleat, & huiusmodi beneficia eodem iure cum alijs non vtantur, vt ait glo. in cap. cum in illis. de præb. in 6. Felin. ibi, nu. 35. ver. 31. vt & si quærit residentiam statuto, vel consuetudine. c. fi. de cler. non resid. si dignitas est. Quartò, si hospitalitati est destinatum, aliàs impetratio est nulla. Card. & Imol. in clem. vlt. de offic ordin. Quintò, si est beneficium regulare, quod à clerico seculari impetratur, vel è conuerso, alias impetratio non valet. Felin. ibi, n. 42. 44. Sextò, an id beneficium sit alteri vnitum. Felin. ibi, nu. 23. Rota decis. 3. de rerum permut. in antiq. & an Episcopus loci solum id habeat quod conferat, cum non censeatur tunc Papa illi hoc præiudicium facere velle. Felin. ibidem. Septimò, etiam narrādum in curatis per quod tempus id detinuit, si enim per annum, vel duos, non facilè admittitur ad resignandum, nisi ex causa iusta, ne accipiantur beneficia animo illa resignandi, & obtinendi inde pensiones. Paris. lib. 10. de resig. benef. q. 2. si tamen qualitas inhæreat iure communi, non est exprimenda. Felinus ibi. an sit de Iure patronatus laicorum, cui Papa difficilius, quàm ecclesiasticorum derogat. Felin. ibid. nu. 39. Octauò an personalem continuam residentiam requirat. Felin. ibid. corrol. 4. & ibi Dec. & Ripa, vt supra, nisi sit tale quòd eo ipso id dignoscatur

tur

tur ex nominatione, vt si dicatur, quòd sit parochialis, vel Canonicatus, si tamen ea expressio id significat ex iure communi, non speciali, vt ait Rota decis.80. de rescript. in antiq. Dec. in d.c. ad aures. Nonò, an sit dignitas. c. fi. de præben. Dec. ibi. idque in specie, nec sat est dicere generaliter q̃ sit dignitas, &c. d.c. ad aures. de rescript. Decimò, an id beneficium Papæ sit reseruatum, vel affectum, illique ab eo sit manus imposita, quod intelligitur de speciali reseruatione, quæ nec iure scripto, nec ex regulis Cancellariæ contineatur, cum generales Papa scire præsumatur, vnde de illis non est fienda mentio. Felin. in d.c. in nostra. corrol.5. affectum verò dicitur quando ei Papa manus imposuit, licet id effectum non sit sortitum. Dec. in cap. vt nostrum. de appell. Vndecimò, sancti etiam cuius nomine ecclesia est dicata, mentio est fienda, nisi Cathedralis sit. Fel. in c. cum accessissent. de constit. col.1. gl. & Gem. in d.c. quamuis. de præb. in 6. & nomen etiã eius cuius morte, vel alia causa beneficium vacat, vel resignatione. Fel. in d.c. num.20. Duodecimò, si is cuius beneficium vacat, & petitur, familiaris Papæ, vel alicuius Cardinalis fuerit, vel ex ijs quorum beneficia sunt reseruata. Rota decis.15. de præb. in nou. & decis.16. eod. in antiq. Decimotertiò, valor etiã beneficij, quod petitur exprimendus est, nisi motu proprio gratia fiat. Decius in d c. & per regul. Cancel. de valore exprim. in impetr. benef. ex stilo tamen solet tolerari, vt quinta pars veri valoris reticeatur ob sterilitates contingentes, & si non exprimitur verus valor, nulla est resignatio, & impetratio Peregr. decis.123. lib.1. in manuscr. & sic ius non abdicatur à resignante. Peregr. ibi. & vacat per obitum resignantis, & de eo Episcopus potest prouidere, nec excusatur quis ab expressione veri valoris, licet sit minor, qui non restituitur, nec eo quòd beneficium sit grauatum pensione, & ea deducta sit expressus verus valor. Peregr. decis.182. lib.2. vt Papa intelligat qualitatem beneficij, & hic valor attenditur tempore prouisionis, deductis oneribus perpetuò super eo impositis. Cassad. decis.19. de præben. & regula de vero valore habet locum in prouisione legati, vbi tamen adest clausula augendi, potest augeri vsque ad tertiam partem, & hic valor probatur per quinque annos ante, & quinque post; & opponens non verum valorem debet probare, & sic agens non inhabilitatur ex hoc ad beneficium, licet gratia sit nulla. Paris. lib.10. de resig. benef. q.2. Decimoquartò, exprimi debet si vitiosè ingressus sit beneficium quod petit, vel alterius possessionem coloratam adeptus sit. Dec. & Fel. locis prædictis, nu.32. & 33. vel si quis ea detinet saltem per annum, vel si ei ius ad rem ad aliquod beneficiũ, etiam ex sola electione, quæsitum sit. Rota decis.17. de præb. in nou. & item si lis, vel processus aliquis in eo beneficio pendet, licet super possessione tantum quæstio vertatur, sustinetur tamen id rescriptũ si Papa in eo mandet citari debere citandos, vel nullum præiudicium fieri debere tertio in iure quæsito, vel iusserit quemlibet detentorem inde debere amoueri. Feli. ibi, nu.32. Rota decis.28. & 29 de rescript. in antiq. quæ etiam vltima clausula, si inter communes, vel executiuas rescripti posita sit, adhuc eum effectum pariet, cum aliàs inanis esset. Felin. ibid. Cucch. tr. de rescript. nu.138. Decimoquintò, exprimi debet, vt supra, si vitiosè beneficium id possideat, vel in eo sit intrusus, vel litigiosum sit. Felin. ibi, num.17. Decimosextò, modus quo beneficium vacet est exprimendus expressè, & nõ per clausulas generales, etiam si morte, deuolutione, vacet, promotione, adeptione secundi incompatibilis, simonia, & huiusmodi, aliàs surreptitia est impetratio, nec

vni

vni modo vacandi, alter inest. Abb. Feli. & Dec. in c. super literis. eod. Rota decis. 53. de rescript. in antiq. Rebuff. de dispens. diuersis, in praxi ben. 2. p. si tamen nullus modus vacandi exprimatur, rescriptum sustinetur. Felin. ibi, num. 37. quando tamen alter collitigantium petit sibi dari beneficium à Papa, certus modus vacandi necessariò est exprimendus. Feli. ibid. Rota decis. 24. de rescrip. in nou. quod etiam faciendum est cum ad beneficium electus, confirmationem à Papa petit. Felin. ibi, nu. 38. Decimoseptimò, quandoq; ordo beneficij requisitus est exprimendus, nam si mandetur prouideri alicui de beneficio non sacerdotali, vigore talis mandati non potest prouideri ei de sacerdotali. c. ei cui. de præb. in 6. Dec. in d. c. ad aures. de rescrip.

Et si quis patitur defectum in prædictis, debet id exprimere Papæ, & prius habilitari, & dispensari super illo defectu, vt beneficium id obtinere possit, de quibus latè Rebuff. loco prædicto.

Expediuntur autem supradictæ gratiæ bullis Apostolicis membranis exaratis, Apostolorumque imaginibus, plumbo impressis, & funiculis plumbo appensis, quæ ex signatura, vt matrice, vel protocollo desumuntur, nec suam formam recipiunt, nisi vbi plumbum cum imaginibus prædictis, & funiculo appenso, adiectum est, licet nondum subscripserint Ianizeri, nec ad registrũ bullarũ delatæ sint, nec subscriptæ à notario Cãcellariæ annatam recipientem; sic enim à Papa futuro in forma, rationi cõgruit, expediri poterunt. Rebuff. in praxi benef. tit. de nou. bull. declar. Vestr. lib. 10. c. 4. & 5. praxis curiæ; & quòd Bullæ sint expediendæ à prouiso, probatur ex regul. Cancell. de non iud. iuxta for. suppl. & ex Bulla Iulij III. & Alexandri VI. & Rota decis. 20. nu. 5. de præb. in nou. & decis. 27. de rescrip. in nou. Mascar. de probat. concl. 845. cum communi. aliàs ex sola supplicatione, possessionem capiens, dicitur intrusus, & omne ius amittit quod habet in illo beneficio, & ad id inhabilis redditur, ex Constit. trigesimatertia Iulij III. Mandos. reg. de non iud. q. 4. & id est in viridi obseruantia, quod procedit etiam in Episcopis, qui aliàs incurrunt pœnam. c. iniunctæ. de elect. in extr. comm. Mandos. rubr. de constit. nu. 42. vt & regressus non valet literis non expeditis, nec Episcopus potest prouidere ex sola supplicatione signata, ex qua ei cõceditur alternatiua, nec dispensatio sine literis valet; quæ literæ possunt expediri etiam mortuo Papa, qui gratiam fecit. Gemin. conf. 93. n. 13. & Papa successor dat huiusmodi literas facta mentione gratiæ concessæ per prædecessorem. Rota decis. 87. de rescript. in antiquis. & ex reg. 7. Sixti V. Cancell. quæ tamen literæ expediri debent in resignatione in tempore dato ad publicandum, & alibi etiam ex stilo intra sex menses à die supplicationis signatæ. Paris. lib. 10. de resign. benef. q. 1.

3 Beneficia cũ bullis concedun tur tantũ.

Prouisus quoque debet verificare omnia narrata in gratia, parte opponente, scilicet se esse clericum, & causam expressam, & ætatem narratam, & valorem expressum, deductis oneribus beneficio perpetuò annexis, & alia sine quibus Papa gratiam nõ concessisset, quæ sint narrata, & se esse idoneum, scientia, ætate, &c. & ex stilo, in curia si ibi est prouisus ante expeditionem literarum, examinantur testes super eius ætate, & moribus, & fit expeditio in forma gratiosa; si verò est extra curiam, fit expeditio in forma dignum, committendo ordinario, vt constito de habilitate per testes ab eo scilicet assumptos, conferat, & etiam prouisus examinatur etiam in Canonicatibus, ex Bulla Gregorij XIIII. incip. Ordinatione.

Non tenetur tamen prouisus docere de titulo sui prædecessoris, sed sat est probare,

probare, quòd ita habitus fuit, & possedit, cum Episcopus, clerus, & laici habent talem, pro legitimo possessore. Anch. consf. 517. nisi veniret per viam subrogationis in locum alterius, sic enim tenetur docere de eius titulo Boerius decis. 42. qui & ad obtinendum in possessorio, probare debet prædecessorem triennio pacificè possedisse, si tamen Episcopus inquirit ex officio, debet probare suum titulum. Paris. lib. 10. de resig. benef. q. 3. & 4.

Requiritur etiam, vt prouisus emittat professionem fidei, in foro tamen conscientiæ id omittens ex incogitantia, vel ignorantia non tenetur ad restitutionem fructuum. Nau. consf. 1. de summ. Trin. & publicet si adest resignatio, & quòd si est parochialis, habeatur per concursum, si non est resignatum, vt ait ibi Paris. & prouisus acceptet beneficium, quod præsumitur, si expedit literas, vt ibi dicit d. lib. q. 7. 8. & 9.

Vltimo loco prouisus debet capere possessionem beneficii. Puteus decis. 402. lib. 1. per se, vel procuratorem. Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. nu. 8. etiam laicum. Roffin. de benef. cap. 12. num. 14.

Non potest verò capi possessio vigore solius supplicationis signatæ, sed requiruntur literæ expeditæ, aliter is est intrusus, nec facit fructus suos, ex dicta Bulla trigesimatertia Iulij III. nisi possessio capiatur nomine camaræ vigore breuis. Cass. decis. 279. in manuscr. solet enim curia in beneficijs in quibus dubitatur de lite, dare literas de capienda possessione cum clausula citra vitium spolij, & attentatorum, & quandoque id breue dirigitur Auditori Camaræ, vt immittat in possessionem, qui tunc solet concedere monitorium.

Non tamen prouisus potest propria authoritate capere possessionem, aliter est nulla possessio, & reuocatur iure attentatorum. Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. & est intrusus, etiam si habet titulum, capi verò debet cum executore, qui hodie est Episcopus, vel Vicarius eius. Couar. d. c.

Debet præterea, sic prouisus petere, vt ordinarius, vel alius executor se, vel procuratorem, mittat in possessionem, qui solet mittere aliquem ad id faciendum, immittẽdo eum in possessionem per introitum ecclesiæ, & osculum ad altare, clauium traditionem, annuli, vel bireti, & aspersionem aquæ benedictæ, incisionem arborum, & similia. Roffin. de benef. c. 12. n. 11. & notarius præsens conficit de hoc instrumenrum, quod solet extendere à tergo literarum, vt ait Paris. d. lib. 10. q. 6. vbi & ponit formulam instrumenti possessionis adeptæ, & capta possessione beneficij, censetur capta omniũ rerum ad ipsum spectantium, vt ibi dicit. Quòd si prouisus expediuit literas in Vrbe, & in itinere intereat ante captam possessionem, beneficium vacat per eius obitum, vt ibi dicit; & beneficium confertur à ordinario si mortuus est vltra duas dietas, aliàs in curia, vt ibi dicit; & si beneficium est resignatum, & consensus præstiti, ante literas tamen confectas, beneficium vacat per renunciationem si moritur resignans, nec ordinarius potest id conferre, vt ibi dicit.

Hæc verò possessio, si beneficium est resignatum in curia, capi debet intra sex menses datos ad publicandũ, aliàs in beneficijs alio modo adeptis, id est arbitrarium. Paris. de resig. benef lib. 10. q. 6. in fi.

4 Rescriptũ sub forma rationi cõgruit, qd

Impetrari etiam solet aliud rescriptum sub forma, rationi congruit, & est quando Papa prædecessor supplicationem signauit, & Papæ morte subsequente, bullas non expediuit, tunc enim patitur eas expediri à successore primo, secundo, vel tertio, sub hac forma, rationi congruit, & honestati, vt ea

vt ea quæ de Romani Pontificis gratia,& benignitate in prosequendo iusta desideria petentium processerunt, licet eius superueniente obitu super illis literæ Apostolicæ confectæ non fuerint,suum plenum consequantur effectum,& hoc ex eo, quia si Papa,vel alius cōfert beneficium,vel aliquam gratiam,eo mortuo gratia non extinguitur,cum solo verbo gratia perficiatur.clem.dudū.in fi.de sepult. Archid. & alii in §.vniuersitati. in proœ.n.6. dummodo id probari possit, & si quid desit, per successorem perficitur, vbi tamen gratia esset extincta, non daretur hoc rescriptum, vt in vnioribus,quæ plenum non sunt sortitæ effectum, & habet locum hoc rescriptū, siue sola signatura adsit, siue bullæ nondum confectæ, nec hoc rescriptum datur,nisi vbi ius erat concessum,& quæsitum impetranti. Et in hoc rescripto omnia sunt exprimenda, quæ in noua impetratione, de quibus supra, si tamen per modum nouæ prouisionis conceditur, aliàs sufficit exprimere quod pertinet ad hoc rescriptum, vnde si prima gratia est surreptitia, per hoc rescriptum non conualidatur, nisi fiat in vim nouæ prouisionis, & id exprimatur de nouo,& hæ literæ expediuntur,ratione probationis,& executionis, non verò vt confirment inutile, & in his literis nil addi potest, q in prioribus literis,vel supplicatione signata non continebatur, & hæ literæ conceduntur etiam quòd quis haberet tempus ad primas literas expediendas,sed ob paupertatem,vel aliam iustam causam id non est executus: si tamen tempus ad primas literas expediendas est lapsum,scilicet sex mensium,qui tamen non currunt sede Pontificali vacante, non conceduntur hæ literæ, sed prius debet peti restitutio ad eas expediendas, & postea erunt expediendæ sub hac forma, & dicta restitutio solet concedi præstita cautione de expediendo intra certum tempus, quod tamen sæpè cum difficultate conceditur, & ideò cautius erit, antequam semestre labatur, petere prorogationem termini ad expediendum, præstita cautione prædicta, & postea literæ sub forma, rationi congruit, erunt expediendæ, vt ait Rebuff.in praxi benef. tit. Rationi congruit.

sit, quādo concedat, & eius effectus, & vt in eo se habēdum.

Solent etiam bullæ Apostolicæ quandoque expediri sub forma bullæ nouæ prouisionis,quæ est noua Papæ prouisio ad alterius iam factæ confirmationem.c.post electionem.de conc.præb. vt quia quis dubitet prouisionem,electionem,vel collationem priorem viribus subsistere, vt not.in d.c. & etiam solet quandoq; concedi, vbi non est dubitatio.vt si dicatur collationem ab Episcopo,vel eius Vicario factam alternatiuè,& sufficit modica dubitatio, & non datur regulariter noua prouisio, nisi quis dubitet collationem ordinarij viribus carere,nam si Papa inutiliter prouiderit,non datur noua prouisio,sed perinde valere, vt ita valeat illa prouisio, ac si tunc legitimè esset facta; & sic ista noua prouisio datur,vt si quis consecutus sit beneficium reseruatum ab eo qui dicit specialem ad id facultatem habere, cum hæc sit verisimilis dubitatio; similiter si electio sit facta de dignitate reseruata per regulas Cancellariæ, & tamen vigore indulti dicitur ad eligentes spectare. Et in hac prouisione verus modus vacandi solet exprimi, & postea generalis clausula complectens modos vacandi subijci. Et si quis in signatura petit sibi de beneficio prouideri, dicens authoritate ordinaria de eo iam sibi esse prouisum, & quòd possint expediri bullæ in forma simplicis, vel nouæ prouisionis; si vult nunc in bulla exprimere se electum, potest,quando beneficiū eligendo conferebatur, cum collatio sit magis quàm prouisio, secus si electio requirebat confirmationem, cum Papa facilius

5 Prouisio noua quid sit,cur cōcedatur, quādo, & quomodo.

N concedat

concedat beneficium prouiso qui habet ius plenum, quàm electo in quo requiritur examinatio, & confirmatio. clem. I. de præb. vnde apponi debet in signatura, quòd bulla possit expediri in forma nouę, vel simplicis prouisionis, absque narratione dictæ prouisionis, & tunc potest exprimi qualiscunque prouisio. Præterea annullata principali collatione facta ab ordinario, non annullatur hæc noua prouisio facta ad confirmationem primæ collationis. In curia verò non solet dari noua prouisio, & confirmatio. cap. quia. de concess. præben. nisi in vnionibus, & in præceptorijs Ierosolymitanis, & aliarum militiarum, & monialiũ prouisionibus. c. indemnitatibus. de elect. in 6. non tamen in prioratu monasterij per Priorissam gubernari solitum, nec electiones Abbatum confirmari solent à Papa, nec confirmatio in beneficialibus datur ex stilo in curia, sed perinde valere, quod trahitur retro, non autem confirmatio, quod intelligitur in perinde valere, quando non erat alteri ius quæsitum tempore impetrationis eius rescripti. Confirmatio tamen concordiæ inter partes fit à Papa, in Cancellaria tamen non, nisi conferat beneficium, sed remittitur ad Camaram, cum hæc confirmatio fit de mero imperio maximo. c. quod translationem. de offic. leg. Et si vnus tenebatur dare beneficium certum alteri infra annum, quia suum erat maioris valoris, conuenire possunt partes, vt detur aliud beneficium sine noua prouisione, & transactio inter litigantes super beneficio inducit speciem simoniæ, sed fortè non priuat: Abb. & alij in c. constitutus. de transact. vnde, & si duo permutant simul beneficia, & alter retinet suum per duos menses, & tertium impetrat primus, vt vacans per incompatibile, non tenet impetratio, cum esset affectum permutanti. cap. vnico. de rerum permut. in 6. & partes non possunt conuenire super beneficio sine Papæ beneplacito, vnde quando conueniunt, debent adijcere, cum Papæ beneplacito. c. ex parte. 1. de offic. de leg. c. fi. de pact. & si Papa id approbet non committitur simonia, cum Papa super illa dispenset. not. in rubr. de sim.

Simplex prouisio datur, cum nõ narratur alia prouisio, vel collatio, sed petitur beneficium vacans per resignationem, obitum, priuationem, &c. expresso vero vacandi modo, aliàs non valet, in noua tamen prouisione potest corrigi, exprimique verus modus vacandi in signatura omissus, vt ait latè Rebuff. in praxi benef. tract. de noua, & simplici prouis.

6 Rescriptũ Etiam & perinde valere quid sit, cur detur, qñ, q̃ s eo exprimenda, & eius effectus.

Impetrari etiam solet quandoque aliud rescriptum, quod dicitur etiam & perinde valere, quod conceditur, & petitur cum quis beneficium nulliter à Papa impetrauit, ob surreptionem, vel obreptionẽ, de quibus supra, quo rescripto Papa suscitat quod irritum erat, & retrotrahitur ad tempus gratiæ primæ factæ, vt sic valeat actus, ac si à principio legitimè esset factus, dummodo eo tempore ius tertio non sit quæsitum, quod non procedit in confirmatione, quæ respicit tantum tempus cum fit. Et perinde valere solet impetrari, cum quis in signatura reticuit ætatem, vel eam est mentitus, vel tacuit natalium defectum, vel idiomatis inscitiam. glo. in cap. si proponente. de rescript. vel si doctorem se falsò dixerit, vt inquit Barbat. in c. clerici. nu. 70. de iudic. vel si quis professionem ante ætatem emiserit, datur hoc rescriptum, vt beneficium regulare consequatur, & si qui defectum natalium, vel ætatis patiebatur, tacuit perceptionem fructuum, hoc rescripto sanatur, & idem si impetrans beneficium à Papa tacuit illud esse curatum, hoc rescripto sanatur. Non solet tamen hoc rescriptum concedi in literis sacræ pœnitentiariæ, nec in literis expectatiuis in forma paupe-

rum

rum concessis, nec super signatura, sed tantum super literis absolutis, nec naturalis defectus hoc rescripto sanatur, vt furoris, nec prodest ei qui falsò se dixit habere qualitates quas beneficium illud poscebat, vt parochialis. Nec ei in cuius fauorem est facta resignatio sine consensu resignantis: Nec eo aliquod præiudicium iuri tertij infertur, nec prodest ei qui eodem die rescriptum suum sanum, & integrum reportauit, quo die prius rescriptum vitiosum huius clausulæ ope est sanatum, nec præiudicat tertio in iure quæsito.

In hoc verò rescripto omnia sunt exprimēda, quæ in prima gratia erant exprimenda, aliàs gratia est surreptitia, nisi in prima prouisione id expressisset, vt pluralitatem beneficiorū, vel si adeptus sit possessionem ex prima prouisione, licet inualidam, non debet eam iterum ex hoc rescripto capere, & debent etiam exprimi omnes defectus, vnde expressio vnius alios non supplet; & si in prima gratia nō erat derogatū regulæ de viginti, est transcribēda bulla, licet in supplicatione habeatur, vt hoc rescripto vtamur.

Ad validitatem verò huius rescripti, oportet literas super eo expedire, sola enim signatura non sufficit, nisi simul cum prima gratia hoc rescriptum esset concessum, quia tunc satis est gratiæ ipsius literas absolutas habere, nec esset opus nouo rescripto clausulam hanc includente, vt ait latè Rebuff. in praxi 2. p. tract. de gratia, etiam & perinde valere.

7 Rescripta si neutri, si alteri, si nulli quid sint, cur concedantur, qñ, q̃ ĩ eis exprimenda, & eorum effectus.

Impetrantur etiam quandoque rescripta si neutri, si alteri, vel si nulli vocata, quando enim litigatur super beneficio, si neuter ius habet, & id exprimitur, dicitur rescriptum, si neutri, & si alter litigantium ius non habeat, & alter impetret beneficium, & alteri ius quæsitum non sit, dicitur, si alteri, quòd si super vno beneficio contendant, & negetur eos ius habere, ab impetrante dicitur, si nulli, quæ rescripta cessant cum lis non est super beneficio, vel decisa per sententiam, & magis si per tres conformes: vt inquit Rebuff. in praxi tit. de rescript. si neutri.

8 Rescriptū ĩ forma dignum qd sit, cur detur, qñ, q̃ ĩ eo exprimenda, & quis eius effect⁹ sit.

Datur etiam rescriptum, sub forma dignum arbitramur, quo mandat Papa prouideri alicui de beneficio, si inuenitur idoneus, vt ait Rebuff. ibi. tit. de rescript. dignum arbitramur. Et hodie communiter bullæ expediuntur sub hac forma dignum, & examinatio prouisi committitur ordinario, dantur tñ & secūdæ literæ directæ vni ex Episcopis vicinioribus ibidem nominato, vel non, quibus cauetur, quòd si ordinarius distulerit conferre beneficium de quo agitur prouiso à Papa intra triginta dies, possit ipse executor illud conferre, qui dies currunt à die præsentationis literarum factæ ordinario, & instantiæ factæ à prouiso, vt sibi de eo prouideat, vt in literis, quod legitimè constare debet præcessisse coram secundo executore, ad hoc vt ipse prouidere possit. Hoc verò rescriptum parit hunc effectum, quòd si beneficium sit resignatum sub hac forma, ad fauorem alicuius, resignans manet in eius possessione, donec prouisus ab ordinario dignus sit iudicatus, quod non contingit quando bullæ expediuntur in forma gratiosa, quia sic prouidendus prius examinatur coram ordinario, & sic fides de illius idoneitate ad curiam transmittitur, qua habita, expediuntur literæ in forma gratiosa, quo casu resignans post præstitum consensum amittit id beneficium, licet resignatarius sine literis expeditis eius possessionem ingredi non possit, ob regulas Cancell. de non iudic. iuxta supplicat.

Datur etiam aliud rescriptum, quod dicitur in forma pauperum, quod

9 Rescriptũ in forma pauperũ, qd sit, cur detur, qñ, q in eo exprimēda, & qs eius effectus.

conceditur quando Episcopus ordinat pauperem sine patrimonio, vel beneficio, quo casu tenetur ei prouidere de beneficio. c.cum secundum. de præb.cap.si cui. eod.in 6. per quod mandat Papa ad petitionem ordinati, ordinatori, vt prouideat ei de beneficio, vnde conceditur tantũ pro paupere qui caret beneficio, qui & ante à Papa, vel eius executoribus debet examinari de scientia, & moribus, & si nil obstat, ei prouideatur, non tamen in ecclesia Cathedrali Episcopo renuente, & etiam taxatur valor vsque ad quam summam Episcopus debeat ei prouidere, vt ait Rebuff. de rescr. in forma communi, & forma pauperum; & licet ibi tit. seq. dicat, Doctorem non debere examinari, hodie tamen secus est in curatis, vt inquit Fuschus de visit. lib. 2. c. 5. nu. 10. dicit tamen nu. 9. posse omitti concursum non tamen examen ob exiguitatem beneficij, si non adsint concurrentes, vel ob dissoldia, & huiusmodi.

10 Bullæ expediendæ in beneficijs.

Prædictæ verò prouisiones debent expediri cum bullis desuper confectis intra sex menses à die supplicationis signatæ, aliter amittitur ius in illo beneficio, nisi concedatur prorogatio, vel restitutio, & interim si quis cupit ingredi possessionem beneficij, conceditur ei quandoque parua data, quibus literis mittitur in possessionem, prius tamen per eum præstita cautione de expediendo literas intra sex menses, si sanctissimo, vel Datario placuerit, ex Bulla secunda Iulij II. & Pauli III trigesimaquarta, sub pœnis priuationis, & amissionis.

11 Beneficij īpetratio, qñ non valeat in pdictis.

Amittitur autem rescriptum ad beneficium si cessat causa ob quam est concessum, vt si est in forma pauperum, & pauper beneficium, vel patrimonium sit assecutus. c. si pauper. de præb. in 6. Vel si tempore competenti præbendam vacantem petere neglexerit. c. si clericus. de præb. in 6. nisi ei esset data optio eligendi quam voluisset, vel si impetrator beneficium incompatibile interim sit assequutus, licet re integra id renunciasset, & alijs modis, de quibus per Staphil. tit. quibus mod. lit. ad benef. expir. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficiorum quid sit.*
2 *Permutatio beneficiorum, vt valida sit, quæ requirantur.*
3 *Permutationis beneficiorum effectus quis sit.*

De Permutatione. Cap. X.

1 Permutatio beneficiorum quid sit.



ER Permutationem etiam acquiritur beneficium, quæ in genere, est certæ rei ad aliam facta mutua præstatio. l. 1. ff. de rerum permut. & Host. in sum. eodem. vel in proposito, est beneficij ad beneficium, authoritate superioris, facta mutua commutatio, dicitur beneficij ad beneficium, cum non possit permutari beneficium cum pensione, vt infra dicetur; dicitur authoritate superioris, nam per partes non possunt permutari beneficia sine peccato simoniæ, Prælati authoritate non accedente, vt ait D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 1. ad quintum; qui permutare potest

test personas ex causa de loco ad locum, non autem beneficia sine causa, vt ait Abb. in c. quæsitum. in princ. de rerum permut. dicitur facta mutua præstatio, quia oportet vt vterque causa permutationis suum beneficium resignet. aliàs non fieret valida permutatio. cap. 1. de rerum permut in 6.

Ad hoc verò, vt valida sit permutatio, plura requiruntur: primò, vt fiat authoritate superioris, aliàs esset simonia, etiam in annexis tantum spiritualibus, vt Iure patronatus. d. c. quæsitum. de rerum permut. cum ibi not. cap. sicut vnire. de excess prælat. cap. prohibemus. de censib c. maioribus. de præb. aliàs propria authoritate permutãtes beneficia, sic permutatis sunt priuandi. c. cum olim. extra eod. nisi agatur solum de proprietate, vt si duo Ep. scopi contendant super aliqua ecclesia cui debeat subijci, poterit enim fieri permutatio, vt vnus alteram sibi subiectam habeat, secus si ageretur, vt talis in tali beneficio intitularetur, quia sic fieri non posset sine authoritate superioris, vt ait Silu. Permutatio. in princ. & superior dicitur, quò ad hoc, is ad quem pertinet collatio, vel institutio in illis beneficijs. c. ad hoc. §. fi. de offic. Archid. c. super eo. de offic. deleg. si tamen ad inferiorem Episcopo spectet collatio, licet requiratur eius consensus in permutatione facienda, non potest tamen præstare authoritatem permutationi, cum hic casus sit reseruatus Episcopo, quod intelligitur, nisi habeat iurisdictionẽ quasi Episcopalem, vt inquit Franc. in c. vnico. n. 9. eod. in 6. nec vicarius id potest, nisi ab Episcopo habeat speciale mandatum, vt ibi dicit. Capitulum tamen sede vacante, potest recipere resignationem ex causa permutationis, sed non expedire factum. not. in clem. vnica. de rerum permut. sed Episcopus id perficiet. Petrus de Perus. in c. quæsitum. eod. tit. & si ad vnum, vt Capitulum, pertinet electio, ad alium confirmatio, requiritur consensus eorum qui habent eligere puta Capituli, vt ait Archid. in d. c. ad hoc. quòd si Episcopus permutet cum Capitulo, requiritur authoritas Archiepiscopi. cap. 1. de rebus ecclesi. non alien. si verò permutet cum alijs, sufficit consensus Capituli sui, vt ait Host. in c. fi. eod. Et si ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet collatio, requiritur consensus vtriusque, nec id potest solum Capitulum, nisi quando sedes vacat. c. his quæ. d. c. cum olim. de maior. & obed. c. vnico. eod. in 6. Gemin. in d. cap. vnico. in 6. & si beneficia sunt in duabus diœcesibus, requiritur consensus vtriusque Episcopi, vt dicit Card. in clem. 1. q. 9. de rerum permutat.

a Beneficiorũ permutatio, vt valida sit, quæ requiratur.

Secundò, requiritur causa vtilis, & necessaria arbitrio superioris, non propria voluntate, sed ex communi vtilitate, & necessitate pensanda. c. non oportet. cap. mutationes. vbi ad hoc multa exempla recitantur. 7. q. 1. cap. quæsitum. de rerum permut. & si quis auaritia, vel ambitione ad aliam ecclesiam maiorem transire voluerit, carere debet vtraque, habita scilicet & ambita. cap. si quis Episcopus. cum seq. ead. 7. q. 1. & D. Tho. 4. dist. 25. q. 3. art. 3. ad octauum, dicens; quod si pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius fiat permutatio, est simonia, secus si pro spirituali, vt quis in tali Deo melius seruire possit, & præcipuè attenditur vtilitas, vel necessitas ecclesiæ, puta, quia alter eorum sit maximè idoneus, & expediat eum transire ad ecclesiam maiorem, vt ibi magis proficere possit, quàm alius qui est minus idoneus, ratio verò non habetur commoditatis permutantiũ, nisi & cedat in vtilitatem ecclesiæ, vel adsit causa necessaria personæ discedendi, vt quia aer illius loci non sit ei sanus, vel habeat ibi inimicitias, vt inquit Abb. in cap. quæsitum. de rerum permut. quod ego intelligerem dum-

dummodo ecclesiæ seruire possit, maximè si sit curata. arg. c. quia nonnulli. de cler. non resid. aliàs ei prouideri debet de pensione super suo beneficio, vt dicam tract. de Pens. & aliquo casu Episcopus potest etiam cogere partes ad permutandum si id requirat bonum ecclesiæ, & eius necessitas, vt ait Abb. in d. cap. & Card. in clem. 1. q. 4. de rerum permut. nec aliter possit prouideri bono ecclesiæ, & scandalum tolli etiam per dationem coadiutoris, aliàs non debet quis inuitus transferri, vt ibi dicit Abb. in d. cap. quæsitum. nu. 8. & communiter mutationes locorum damnantur, vt inquit Nau. tract. de reditibus ecclesiasticis.

Tertiò, requiritur, vt ab vtraque parte beneficium resignetur, si enim alter recusaret resignare non esset permutatio. c. 1. eod. in 6. vnde si causa permutationis quis resignat suum beneficium, debet & alter resignare, vel constituere procuratorem ad resignandum qui non poterit reuocari facta ab vna parte resignatione, re tamen integra potest.

Quartò, requiritur collatio beneficiorum ex causa permutationis vacantium, aliàs non sufficeret consensus partium, nec approbatio Episcopi, nisi de nouo conferret. clem. 1. eod. cum à partibus ius non detur. Host. in c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori par. nec in hac collatione est præfixum tempus. Paul. in clem. 1. de rerum permut.

Quintò, quòd nomina, & cognomina vtriusque in literis permutationis exprimantur, aliàs incerta esset, nec valeret, vt not. in cap. 2. de rerum permut. in 6. cap. inter. de præben.

Sextò, ꝙ vterque ius habeat in beneficio, aliter si alter ius non haberet in eo, non valeret permutatio. c. 1. de rerum permut. c. cum venerabilis. de except. quod etiam in bullis Papæ exprimi solet, vt videatur quòd vterq; ius habeat, aliàs resignãs redibit ad suum beneficium, & ita protestari debet. c. si beneficia. de præb. in 6. & si est facta resignatio, debet vterque habere nouam collationem, secus si fuerit tantum dimissio. d. cap. cum ibi not. & consuetudine non fit noua collatio cum quis redit ad suum beneficium. Io. And. in c. 1. eod. in 6. requiritur tamen iudicis declaratio, & si partes consentiunt, potest permutari beneficium vnius cũ illo quod ordinarius vult alij arbitrio suo conferre, nominando eidem beneficium quod possidet, cum ibi agatur solum de præiudicio partium, & licet, vt supra, quis possit redire ad suum beneficium permutatione non secuta, tamen tutius est, vt habeatur consensus superioris, is tamen non potest redire ad beneficium qui in permutatione facienda non requisiuit consensum superioris, vel aliter deliquit. clem. 1. vbi glo. eod. non tenetur tamen quis probare permutantẽ ius habuisse in beneficio, sufficit enim quòd sit in eius possessione, cum dicenti eum ius non habere incumbat onus probandi. Rota decis. 109. in nou. & qui apprehendit beneficium permutatum, debet eius possessionẽ capere.

Septimò, requiritur, vt supra, vt per Episcopum in cuius diœcesi situm est beneficium conferatur. c. omnes. 16. q. 7. nisi inferior id ius præscripserit. glo. & Doct. in clem. 2. de rebus eccles. vnde si beneficia sint in duabus diœcesibus sita, requiritur collatio, & consensus vtriusque Episcopi, & si ecclesiæ sunt exemptæ, approbatio earum permutationis ad Papam pertinet. not. in clem. 1. de rerum permut.

Octauò, requiritur consensus eorũ ad quos præsentatio, vel electio spectat, aliàs permutatio non valet. glo. in clem. 1. eod. qui si consentire nolũt, cogi poterunt, si permutatio est vtilis ecclesiæ. Abb. in cap. nullus. de Iure

patr.

patr. & ex stilo, si id habet loci consuetudo, post requisitionem patroni, Episcopus approbat permutationem, secus si nó fuerint requisiti, sic enim venit irritanda. Bertr. conf. 193. 2. vol. vt nec valet in beneficijs quæ Papa generaliter, vel specialiter sibi reseruauit sine eius consensu, quando proprio motu specialiter reseruauit, secus si sibi ea reseruauit non proprio motu, sed ad impetrationem alterius, sic enim non impediet, vt nec literæ Papæ expectatiuæ. Capra de permut. reg. 83. oportet etiam vt ius in re habeat permutans, licet non obtinuerit possessionem. Capra reg 88. num. 30. si enim habeat ius ad rem, vt expectatiuas non potest permutare. Capra ibi, num. 29. cum com. & si quis permutat suum beneficium cum alio, quod non erat permutantis, non amittit suum beneficium, nec valet permutatio, qui tamen non poterit redire ad suum beneficium sine iudicis decreto, & fortè noua collatione. Felin. in c. cum venerabilis. de except. nu. 11. nisi aliud habeat consuetudo, quòd si quis habeat duo curata dispensatiuè, non poterit permutare cum alio curato, quia dispensatio facta super duobus curatis, intelligitur de primis, vnde si permutet, vacabit illud quod remansit. not. in clem. si plures. de præb. secus si permutet cum simplici, quia id poterit retinere cum curato saltem ex licentia Episcopi. Capra loco cit. n. 36. cum communi. sic permutatio beneficiorum in quibus habet ius optio, fieri non potest, nisi fiat ob vtilitatem ecclesiarum, & non permutantium, aliter erit locus optioni, nisi consuetudo optandi disponeret super beneficijs ex permutatione vacantibus, quæ attendi debet. Capra loco cit. num. 89. & de iure potest permutari beneficium cum sola signatura. Rebuff. de mand. Apost. §. 1. ex stilo tamen requiruntur bullæ.

Papa etiam potest inuitos transferre. Imol. in c. exhibita. de rerum permut. & etiam Episcopus ex causa cum consensu Capituli, nisi præscripserit, vt solus id possit. Capra loco cit. nu. 44. cum com. Sola verò inæqualitas beneficiorum non rescindit permutationem, nisi aliæ coniecturæ fraudem arguant. Ioan. Monac. & Ioan. Andr. in cap. vnico. de rerum permut. in 6. Capra tract. de permut. benef. reg. 88. nu. 121.

Nonò, requiritur, quòd spiritualia cum spiritualibus, non cum prophanis permutentur, & ius in re cum eodem, & nó cum iure ad rem, vnde permutari non potest mandatum, vel nominatio cum beneficio. cap. fi. de rerum permut. nec cum iure spirituali alterius generis, vt decimarum, vel iuris præsentandi cum beneficio, vt not. in d. cap. nec pensio cum beneficio, nisi de Papæ consensu, nec habentes expectatiuas Papæ. Abb. in c. cum olim. eod. cum non excedant personam. c. si cui. de præb. in 6. & habentes huiusmodi expectatiuas non possunt impedire permutantes, qui sua beneficia resignarunt in manu superioris. c. licet. eod. in 6. & si talia beneficia conferantur alijs quàm permutare volentibus, non valet talis collatio. clem. 1. eodẽ. Nec beneficium quod habetur in titulum permutari potest cum eo quod nó datur in titulum, vt præstimonijs, quæ etiam cadunt in laicum, nec cum hospitali quod nó datur in titulum, secus si detur in titulum, nec beneficium cum cómendato etiam ad vitam, nisi coram Papa exprimatur, qui id admittat; nec habẽtes Canonicatus supernumerarios cum Canonicatibus, etiam ꝙ expectent præbendam, nec qui simoniacè beneficium est adeptus, potest id permutare cum illo qui iustè id obtinet, aliàs si id detegatur, alius redibit ad suum beneficium; nec vbi Canonici, & præbendæ nó sunt numeratæ, potest fieri permutatio; nec in beneficijs extinctis post primam vacationem,

nem, nisi de consensu illorum qui possunt facere id reuiuiscere; nec vbi statutum sit iuratum Canonicos non debere excedere certum numerum, nam non poterit fieri permutatio de numero excessiuo, si statutum per Episcopum sit approbatum, vel nisi Canonici illi renunciarunt praeuia absolutione à iuramento; nec cum beneficijs vnitis, & annexis, possunt tamen duo hospitalarij non habentes ea in titulum permutare simul, & etiam beneficia manualia, & Episcopatus de licentia Papae, vt ait Franch. in cap. vnico. eodem in 6.

. Licet tamen permutare vnum beneficium cum pluribus, & èconuerso, & curatum cum simplici, vt inquit Io. And. in cap. cum venerabilis. de except. nisi acceptum sit curatum ea intentione, vt permutetur cum simplicibus, vel pensio inde percipiatur, id enim faciens peccat mortaliter, ex Bulla quinquagesimaoctaua Pij V. quod ita eo casu Nauarrus intelligit procedere in cons. 16. & 24. de praeben. si ei non sit animus viuendi clericaliter, si enim ei sit animus beneficio illi inseruiendi clericaliter, & postea id relinquendi cum authoritate superioris, reseruata sibi iusta pensione, & viuendi clericaliter, non peccat mortaliter, vt ibi dicit.

. Decimò, si alter dicit suum beneficium esse pacificum, & super eo lis moueatur dans illud tenetur prosequi litem, & eo euicto, alius redibit ad suũ beneficium. c. si beneficia. de praeb. in 6. vel tenetur dare aliud beneficium similis valoris, & quod dictum est non secuta permutatione, posse permutantem redire ad suum beneficium, intelligitur, si habebat ius in re, d. cap. alias non, licet compermutans non possit eum impedire, quominus reuertatur ad illud, vel possessionem eius alteri traditae, cum compermutans nõ possit referre quaestionem dominij.

Vndecimò, licet partes possint simul habere tractatum de permutando, & conuenire de modo, tamen non debent consensum deliberatum inter se praestare, sed se remittere voluntati superioris. c. pen. de rerum permutat. & Abb. in d. c. quaesitum. eod. & licet non exprimatur, id tamen subintelligitur, potest etiam in renunciatione exprimi, quòd quilibet resignat causa permutationis, nec id est simonia, cum id à iure permittatur. d. c. vnico. eod. in 6. & clem. vnica. eod. esset tamen simonia si daretur pecunia in supplementum maioris beneficij. Abb. in c. quaestiones. eod. tit. & vetita iure diuino, quia esset venditio rei spiritualis. Simonia etiam existit, si quis ratione solius dignitatis velit beneficium maioris valoris in permutatione, vt dixi tract. de Simonia. Similiter etiam simoniacum est si quis renunciat beneficium suum, & compermutans suum pro amico, vel propinquo primi, vt inquit Gemin. in d. c. vnico. vt quia ducat eius frater eius sororem in vxorem, iniurias condonet, &c. sic etiam praesumitur fraudulenta permutatio ratione inaequalitatis, non solum, sed cum alijs coniecturis. Abb. in c. 1. de cler. non resid. vel quando beneficium erat de proximo vacaturum. c. commissa. de elect. in 6. vel si fiat permutatio cum capellania ficta, consanguinitas etiam auget fraudis praesumptionem, vt ait Paris. cons. 130. & similiter si renuncians semper remanet in possessione, quod hodie esset simoniaca confidentia, ex Bulla Pij V. nonagesima, incip. Intolerabilis. concordia etiam inter partes inducit simoniam, vt supra, nisi fiat coram Papa, vt inquit Rebuff. in praxi tract. Permut. nu. 42. cum seq. vbi, & remissiuè dicit, quomodo illae coniecturae elidi possint. Et sic in permutatione, vt licita sit, oportet, vt pactio non interueniat, nisi modo quo supra, & quòd fiat id authoritate

thoritate superioris, nec detur temporale pro spirituali, & fiat ex iusta causa, quòd si beneficia sunt inæqualis valoris, coram Papa solo fieri pótest permutatio, hoc adiecto, vt alteri alter soluat pensionem ad æquandũ reditus, quo casu annata soluitur tantum super eo quod vnum aliud excedit, & hæc inæqualitas Papæ exprimi debet, & pensio peti ab eo. Sotus lib.9.q.7.art.2.c.ad quæstiones, de rerum permut.

Duodecimò, ordinarius non potest admittere permutationem de beneficijs quæ Papæ sunt reseruata, vel affecta, nec etiam Legatus, potest tamen eo casu fieri renunciatio in manibus ordinarij, & permutatio fiet per Papam, quòd si permutatio fiat à Papa dę beneficijs reseruatis, non expressa reseruatione, valet, si reseruatio erat generalis ex regulis Cancellariæ, vel iure communi, secus si erat specialis, nisi conferat ei, cuius contemplatione reseruauerat, vel nisi reseruasset in odium conferentium, vt not. in simili. in c.2.de constit. in 6. Silu. Permutatio. nu.12. & Gemin. in c. vnico. eod. in 6.

Decimotertiò, si vnus causa permutationis resignauit suum beneficium, vt alij causa permutationis conferatur, & præmoriatur, antequam alter resignet suum, secundus habebit vtrumque, nisi permutatio, vel resignatio fuerit ab altera parte recusata, quia sic alter manet semper in possessione. d.cap. vnico. eod. in 6. si tamen vtrumque esset incompatibile, tenetur alterum eligere, antequam secundi adipiscatur possessionem, ne sic priuetur vtroque. extrauag. execrabilis. de præben. in extrauag. Ioannis XXII. & si renunciatio tenuit, sed non collatio, & bona fide ea detinent, & interim moriantur, vacabunt beneficia per mortem. Ioan. And. in cap. 1. eod. si verò id sciunt, vel scire debent, ijs priuantur. c. eum qui. de præben. in 6. si beneficium sit incompatibile, aliàs beneficium dolo si vacat per mortem, vt dicit Silu. loco cit.

Decimoquartò, in permutatione non est fienda mentio de qualitatibus beneficij, & alijs quæ exprimi debent in impetratione beneficiorum, si fiat coram ordinario, vt nec in alijs prouisionibus, nec si fiat à Papa motu proprio, si verò coram Legato, vel Papa non motu proprio, ea debent exprimi, vt ait Gemin. in d.c. vnico. tutius tamen est coram Papa, vt exprimantur, vt inquit Rebuff. d. tract. nu.34.& 35. Debent præterea permutantes examinari circa scientiam, & inquiri de eorum ordine, moribus, & ætate, modo quo dixi supra, cap.3.& 5. ad fin. & si ecclesiæ sint parochiales, ij denuò debent examinari coram Episcopo, vel eius Vicario, eo impedito, & tribus examinatoribus in Sinodo constitutis, vt mos seruat, & si in curia examen sit fiendum, quia quis ibi adsit, debet habere etiam literas testimoniales proprij Episcopi, quòd non sit excommunicatus, suspensus, &c. & idem in renunciatione, & impetratione, nisi persona sit nota in curia, & probata, modo quo infra dicetur, sub cap. de Renunc.

Decimoquintò, permutatio potest fieri vno instanti, & ex interuallo, coram ordinario, & Papa, vt inquit Rebuff. d. tract. nu.36. cum seq. & tempus non est in hoc præfixum, poterit tamen ordinarius cogi, vt quando in eius manibus est facta resignatio causa permutationis, conferat, si est negligens: vt ait Franch. in d.c. vnico. nu. 10. si tamen resignatio est facta in curia causa permutationis, & resignatio non est publicata per sex menses, & possessio petita, & resignans moriatur in possessione, vacabit beneficium per mortem non resignationem, ex reg. Cancell. 34. & Bulla Pij V de public. resign. Bulla octuagesima, incip. Sanctissimus. hodie verò ex Bulla Gregorij XIII. si con-

sensus sunt præstiti, vacabit ob non publicationem, modo vt habetur tract. de resignat.

3 Permutationis beneficiorũ effect⁹ qs.

Decimosextò, effectus permutationis licitæ est, vt quis amittat ius in beneficio, q̃ resignauit ex causa permutationis, & acquirat cõpermutatũ.

SVMMARIVM.

1 *Pensio ecclesiastica quid sit.*
2 *Pensiones quibus ex causis concedantur.*
3 *Pensiones quo iure inducta.*
4 *Pensionum species quæ sint.*
5 *Pensiones imponere quis possit.*
6 *Pensio quanta esse debeat.*
7 *Ad Pensionis validitatem quæ requirantur.*
8 *Pensiones non soluens quas pænas incurrat, & quando non.*
9 *Pensiones vt expirent, & quæ alia consideranda.*

De Pensionibus. Cap. XI.

1 Pensio ecclesiastica quid sit.



OBSERVANDVM est, quòd pensio dicitur à pendeo, quia pendet formaliter à beneficio à quo extrahitur. cap. quicunque. 12. q. 2. cap. possessiones. 16. q. 1. cap. f. de pign. Card. in clem. 1. §. eadem q. 4. de supplen. negl. prælat. vel quia soluatur ex fructibus beneficij, vt & affictus ex fundo locato. c. fin. de locato. Et diffinitur, quòd est ius percipiendi fructus ex alieno beneficio, vel certa portio moderata, ex aliquo beneficio ad tempus ex causa separata, & alicui clerico ab habente authoritatem in quota, vel certa quantitate assignata. Cardin. in d. clem. 1. §. 1. q. 3. Dicitur certa portio, quia regulariter assignatur in certa quantitate, vt in quinquaginta aureis, non in quota, vt omnibus fructibus, dimidia, vel tertia parte, quia sic diceretur quodammodo beneficium scindi, licet re vera nec tunc dicatur scindi, cum non fiant duo ex vno, nec id separetur perpetuò, sed ad tempus. c. maioribus. de præb. quod non est hic, cum morte fructuarij redeat ad titularem; scindi enim nõ licet. c. maioribus. de præb. Anan. in c. audiuimus. col. 4. de colluf. Felin. in c. ad audientiam. 2. col. 2. de rescript. quod intelligitur quò ad Episcopum, vel Legatum, in casibus quibus pensionem constituere possunt, Papa enim, cum sit dominus absolutus in beneficialibus. clemen. 1. vt lite penden. etiam in quota pensionem constituere potest; idque solet etiam quandoq; concedere, loco annuæ pensionis, licet satius sit eam concedere in certa quantitate, tum quia bona ecclesiæ melius defenduntur, & augentur per Rectorem præsentem, quàm fructuarium absentem, tum ad vitandum lites quæ oriri possunt inter Rectorem, & pensionarium, cum non ita certum sit quanta sit illa quantitas cum in quota consistit, quàm cum in certa quantitate.

Dicitur

Dicitur ex causa, quia licet Papa possit sine causa eam imponere, cum sit dominus in beneficialibus. d clemen. 1. id tamen non solet regulariter, nec Episcopus id potest sine causa agere, vbi ei licet pensionem imponere, vt ait Oldr. cons. 126. incip. quidam. & Anch. cons. 174. incip. quæstio proponitur. & vsu iam est receptum, vt Episcopus nullo casu propria authoritate possit pensionem imponere. 2 Pensiones quibus ex causis concedantur.

Causæ verò in speciali, quibus pensio assignatur, sunt plures. Prima causa, & oium iustissima est, cum assignatur portio quædam ad tempus, vt quis coadiuuet Rectorem in cura animarum, quod facere potest etiam ipsemet Rector. Secunda, vt suppleatur indigentia vnius ecclesiæ inopis ex abundantia aliarum, vnde Episcopus olim pro sustentatione Canonicorum pauperum, poterat ecclesijs inferioribus abundantibus pensionem imponere. cap. cum venissent. de restit. spol. c. auaritiæ. de præb. quod tamen hodie sine Papa non licet. Tertia causa, cum quis multum pro ecclesia elaborauit, & senio, vel infirmitate confectus seruire amplius non potest. cap. per tuas. de donat. c. quamuis. 7. q. 1. c. possessiones. 16. q. 1. & tunc habetur loco beneficij, Gig. de Pens. q. 56. & sapit permutationem. Ptolom. decis. 13. in manuscr. vt & quæ reseruatur priuato beneficio ob demeritum, vt de illa viuat. Spec. tit. de dispens. §. nunc sequitur. ver. 54. vt & si quis iungatur coadiutor parocho imperito. c. 6. sess. 21. in Trid. Conc. quæ tamen non est propriè pensio, cum talis sit amouibilis, & non duret ad vitam eius. proinde. Quarta, quando duo litigant super beneficio, pro bono pacis Papa alteri eorum iuribus suis renuncianti potest annuam pensionem assignare. c. nisi cũ essent. de præb. Quinta, ob benemerita, vt supra, erga ecclesiam præstita. Sexta, quando prouidetur clerico, vt sustẽtari valeat, vel ad ordines promoueri, iuxta c. cum secundũ. de præb. c. cũ non deceat. sess. 23. in Tr. Conc. Septima, cum Dux, vel miles pro ecclesiæ defensione pugnauit, sic enim pensio ob id ei potest assignari, modo sit talis vt eius sit capax, & eo magis clericis qui ecclesiæ negotia in cõcilio, curia, vel alibi gerũt, vel in diœcesi pro seruitio Episcopi inseruiunt. Octaua, cũ quis renunciat beneficio suo, ne nimium dispendium inde patiatur. d. c. Nona, ad æquandum fructus beneficiorum permutatorum, sic tamen, vt aliquid non detur eo quia aliud maioris sit dignitatis. c. ad quæstiones. de rerũ permut. Dec. cons. 141. col. 1. quia esset simonia. Vltima, quælibet alia Papæ arbitrio, cum is & sine causa eam possit imponere. Fel. in c. ad audientiam. de rescript. qui tamen non solet regulariter sine causa eas imponere, vt si detur ijs qui sunt futuri ministri ecclesiæ, vt alantur, vel clericis pauperibus.

Dicitur ad tempus, vt sic differat ab ecclesiastico beneficio, quia pensio regulariter desinit morte pensionarij, vt & vsufructus morte vsufructuarij. §. finitur. Instit. de vsufr. c. fi. de pign. c. fi. de pecul. cler. vnde cum vacat non potest impetrari, beneficium verò est perpetuum, & potest impetrari cum vacat, & alteri conferri, vt extra de præben. per tot. vt & pensio non obligat ad residentiam, vt beneficium, nec ad officium maius.

Pensiones autem iure humano, non diuino inuentæ traduntur, vt & beneficia à quibus pendet. arg. c. accessorium. de reg. iur. in 6. latè, Ioan. de Selua, tract. de benef. p. 1. q. 4. Abb. in cap. constitutus. de relig. domib. de quo supra tract. de Beneficijs. cap. possessiones. 16. q. 1. Doct. in c. quamuis. de præb. in 6. & executor datus ad prouidendum de beneficio, pensionem constituere nequit. d. cap. quamuis. 3 Pensiones quo iure inductæ.

4 Pensionũ species q.

Sunt verò plures pensionum species, quædam licitæ, quædam illicitæ. Card.& Couar.in clem.1.§.eadem.de suppl.negl.prǽl. Licitæ subdiuiduntur, aliquæ enim extrahuntur ex diuiti beneficio, quò ad certam portionem, vt mox sit perpetuum beneficium, vt ait Card.in d.clem.§.1. Doct.in c.conquærente. de cler.non resid. Alia datur pro seruitio impendendo, vel impenso, vt pro campanis pulsandis. Alia datur loco beneficij, & quandoque ex causa onerosa, vt cum quis cedit liti, vel beneficium suum resignat; quandoque ex causa lucratiua, vt cum assignatur alicui, vt commodius viuere possit. Aliqua etiam apponi solet per patronum in fundatione ecclesiæ, de qua in cap.quanto. de constit. Aliqua quæ assignatur à laico clerico pro ordinibus recipiendis, de quo Felin.in c.postulasti.col.9.de rescript. & potest quis etiam licitè ante resignationem inire conuentionem cum amico vt soluat ei quotannis certam pensionem, & talis tractatus non inducit etiam simoniam mentalem. Felin.in d.c ad audientiam.2.de rescript.col.1. si Papa id admittat, dummodo tantum remaneat Rectori ecclesiæ, vt commode viuere possit. Abb.in d.cap.conquærente.de cler.non resid. vel pensio est temporalis, spiritualis, & media: temporalis, quæ datur militi laico defendenti ecclesiam, vel eius negotia gerenti, vt œconomo, vt habent reges Hispaniæ, quæ pensio non obligat ad horas, & potest vendi, nõ tamen mutari cum beneficio ecclesiastico, nec amittitur per matrimonium. Alia quæ datur ob officium spirituale erga ecclesiam, vt quæ datur concionatori, coadiutori parochi, sacristæ, &c. quæ item non obligat ad horas, nec potest vendi, aut redimi, nec commutari cum beneficio ecclesiastico, & obligat ad solum seruitium, ac amittitur per matrimonium. Tertia media quæ datur resignanti, de qua hic: Tolet.in sum.lib.5.cap.82. vt nec debent cumulari tot pensiones, vt excedant congruam sustentationem. Tolet. d.lib.cap.83.in fi. Illicita verò pensio censetur, quæ ei assignatur qui illius capax nõ est. Fel. in d.c.ad audientiam. col.1. & Abb.in d.c.conquærente. quod intelligitur quando non est capax pensionis, secus si tantum sit incapax beneficij super quo imponitur, quia sic valet: secundò, inualida est cum imponitur sine authoritate superioris, vel soluitur. clem.1.§.eadem.de suppl.negl.prǽl.c.nisi cum essent.§.quia igitur.de præb. Tertiò, si sit ita excessiua, vt alijs fructibus sustentari non valeat Rector. Abb.in d.c.conquærente. col.2.de cler.nõ resid. Quartò, si ex falsa causa allegata imponatur: Quintò, si imponatur super beneficio simoniacè acquisito, vt habet Rota Romana, in nouissimis.

5 Pensiones imponere quis possit

Pensiones verò regulariter Papa solus imponere potest. c.cuncta. 9.q.6. c.proposuit.de concess.præb. Sotus de iust.& iu.lib.9.q.7.art.3.Nau.de sim. cons.6. 39.52.& 63. qui & si committat executori, vt certo viro pensionem certam assignet, & interim Papa moriatur, pensio debetur. Gig.d.tr.q.91. Episcopus tamen etiam ex causa rationabili, & ob vtilitatem ecclesiæ pensionem imponere potest pro benemerito. Felin. in d.cap.ad audientiam. 2. col.1. Anch.in cons.179. vbi dicit, posse Episcopum consentire, vt reseruetur seni renuncianti pensio pro eius victu. Felin. loco cit. & etiam id potest pro bono pacis seruando, vt pensio alteri soluatur. Caccialup. tract. de Pens. q.5. & vbi pensio imponitur ab Episcopo cum consensu Capituli, si pro seruitio impenso, non potest reuocari per successorem, dummodo de meritis appareat, secus si pro impendendo. Gig.de Pens.q.67. qui si eam imponit casibus quibus non potest, confirmatio eius non fit à Papa, sed de nouo ab eo conceditur. Rebuff.tit.de reseru.gen. & Spec.nu.17. & Nau.de simon.

mon. consf.22. dicit, q Episcopus eam potest imponere ad æquandum fructus inter permutantes; quod tamen mihi non videtur tutum, crediderim tamen, quod vbi resignatur ad fauorem, pensio non possit imponi nisi Papæ authoritate, ob pactum appositū quod inducit simoniam, quam solus Papa purgare potest ne oriatur, vbi eius authoritas interuenit. glo. in c. cum pridem. verbo, licitæ. de pact. Legatus quoq; de latere imponere potest pensiones in Prouincia sibi commissa, quas & Eps potest, & beneficia conferre. Spec. tit. de Legato. §. nunc tractemus. dummodo beneficia non sint Apostolicæ sedi reseruata. arg. c. 2. de præb. in 6. Si verò sit nuntius tantum Apostolicus, si quidem ei datur à Papa facultas cōferendi benefi cia, vt legationis poterit & imponere pensiones, quas & Eps potest, dummodo cōmissionem sibi datam non excedat, qui & in assignanda illa dicere de. et, authoritate Apostolica nobis tributa. Legatus verò natus, cum benef. cia conferre non possit. c. 1. de offic. leg. in 6. nec pensiones dare poterit. Gig. de Pens. q. 6. nu. 19. & 20. Et tutius est, vt nec Eps id possit, vt supra, sine Papæ licentia.

Patronus etiam in fundatione potest conditionem apponere, vt certa pensio alteri ecclesiæ, vel sibi soluatur. c. quanto. de censib. dummodo accedat tunc consensus Episcopi. Abb. in c. præterea. 2. de Iure patr. vt & conditionem apponere potest, quòd quando ecclesia vacat, fructus temporis vacantis ad se spectent. glo. in c. generali. de elect. in 6. & etiam Capitulum sede vacante consentire potest pensioni in transactione inita inter duos clericos litigantes. Gig. resp. 44. quod tamen vsu non seruatur.

Imponitur præterea pensio non super iure spirituali, sed temporali ecclesiæ grauatæ, scilicet super fructibus, redditibus, & prouentibus alicuius mensæ, monasterij, Episcopatus, vel beneficij. Butr. & Card in c. constitutus. de relig. dom. nec etiam super distributionibus quotidianis. Gig. respon. 35. quandoque tamen imponitur etiam super distributionibus quotidianis, vt si præbenda valet triginta, distributiones centum, sic enim solet concedi pensio triginta, vel quinquaginta, modo apponatur clausula, etiam si in distributionibus quotidianis, & non nisi præsentibus diuinis officijs dari consuetis, consistant, & etiam super massa grossa, & alijs reditibus communibus, modo id exprimatur, alias non intelliguntur venire, nisi id dicatur, vel obuentionibus, vt habetur lib. diu. decis. 294. Et quia Episcopatus non sunt grauandi pensionibus, nisi ex causa resignationis, vel alia probanda in concistorio, ideò cum in vacatione Papa ijs pensiones imponit, derogat Conc. Later. sub Leone X. contrarium statuenti, idq; specificè, vt requiritur Crescent. decis. 237. in manuscr. Paris. de resign. benef. lib. 6. q. 2. Quòd si beneficium resignatum non est capax conuentæ pensionis, imponitur super alijs beneficijs resignatarij pro parte, vnitim tamen, ob maiorem cautionem. Caputaq. decis. 313. par. 2. Vnde si quis renunciat duo beneficia in fauorem Titij, cum pensione centum, & is alterum renunciat, si sunt æqualis reditus, soluetur pro rata, aliàs pro rata fructuum, nisi expressum sit quæ pensio super quolibet imponi debeat, quod est tutius, & si resignatarius non habet beneficium aliud; si resignatum non est capax pensionis, imponitur super beneficio tertij, sed cum difficultate, & tunc valet, licet excedat medietatem fructuum, quandoque etiam assignatur non resignanti, sed tertio. Moedan. decis. 164. modo is sit habilis, si enim reseruetur minori quatuor annorum, eo non expresso, est nulla, & requiritur etiam consensus beneficiati, nisi Papæ aliud videatur, & certè

requi-

requiritur quando imponitur super beneficio tertij. Parif.lib.8. de resign. benef.q.2.num.81.cum seq.

Non licet tamen imponere pensionem super beneficio alicuius, vt reseruetur eius filio illegitimo, secus si legitimus est. Parif.d.q. nu.108. cum seq. & est valida pensio statim atq; est signata per Papam, ante consensum præstitum per Rectorem. Gig. resp.34. & vbi quis resignauit beneficium cum pensione, literæ pensionis sufficiunt pro ostendendo titulo colorato beneficij. Gig. resp.37.

6 Pẽsio quãta esse debeat.

Moderata quoq; esse debet pensio, vt tantum remaneat Rectori, vt commodè sustentari valeat. Abb. in cap. conquærente. de cler. non resid. Caccialup. tract. de Pens. q.7. & ideò non debet excedere tertiam partem fructuũ, & si excedit est de eo fienda mentio Papæ, & multo magis si ascendat ad medietatem, cum iure medietatem excedere non debeat. Rota nouiss. decis. 1560. lib.3. & allegans excessum illum probare debet. Gig. de Pens. q.9. hodie tamen, cum in Conc. Trid. sess.25. de refor. c.13. statuatur parochiales non excedentes centum ducatos, & Episcopatus mille, non grauandos pensionibus, qui centum, vel mille, intelliguntur de ducatis iuxta valorem quo valent in qualibet regione, vt congreg. Conc. respondit, vsus inoleuit, vt grauentur etiam supra dimidiam, dummodo remaneant centum, vel centum & decem Rectori, & mille Episcopo, quando fructus Papæ exprimuntur, & ipse vsque ad eum terminum pensiones assignat; qui centum intelliguntur deductis oneribus ordinarijs, vt lampadis, &c. quando habetur in bullis dummodo remaneant centum liberi, onera verò extraordinaria per Visitatores imposità, non annullant pensionem, sed tantum diminuunt vsque ad eorum satisfactionem, quæ scilicet ante sunt imposita non post, ita Rota Rom. p.1. decis.298. & probatio quòd centum maneant Rectori debet esse concludens, & vbi pensio excedit medietatem, soluitur compositio super tali excessu, scilicet aureus pro quolibet aureo reseruato, & insuper annata, nec solet concedi pensio si beneficium non excedit viginti quatuor ducatos, nec in simplicibus, si excedit medietatem, nec in Canonicatibus, si non excedunt centum. Parif. de resign. benef. lib.6.q.2.

Requiritur præterea in constitutione pensionis per Episcopum, vel Legatum facta, consensus Rectoris grauati, si verò Papa eas imponit, de potestate absoluta, non requiritur talis consensus, quod dignoscitur quando dicit, motu proprio, & ex certa scientia, secus si dicat, motu proprio tantum, quia tunc debet in specie derogare regulæ consensus Rectoris, si tamen stilus habet ꝙ non requiratur talis consensus, ei est standum. Gig. de Pens. q.10. & debet quis consentire per se, vel procuratorem, nisi sit præsens in curia, quia tunc requiritur eius consensus. Gig. ibidem. q.11. & si is qui habet præstare consensum, præstet, & pensionarius cesset per tres annos bullas expedire, & interim moriatur consentiens, poterit nihilominus post expediens, à nouo possessore exigere præteritas pensiones. Gig. d.tr. q.40. modo restituatur, vt eas expedire possit.

9 Ad Pensionis validitatẽ ꝗ requirantur

Ad validitatem vlterius pensionis, plura alia requiruntur, & primò, ꝙ eam obtinens illius sit capax, & primò, ꝙ sit clericus, & cõstitutus in ætate sufficienti, quæ est qñ reseruatur clerico, vt adsit ætas annorum septem, qui sufficiunt ad hoc vt quis fiat clericus. gl. in c. nullus. de temp ord. in 6. Card. in clem. fi. col. antepen. de ætat. & qual. qui si ante eam obtentam non est ordinatus, licet habitum detulerit, est nulla. Rota nouiss. lib.3. decis.20. & de-

& decis. 139. & ob id sacramentum confirmationis ante susceperit. c. 4. sess. 23. in Trid. Conc. cum puer sit capax pensionis etiam super Episcopatu. Card. in clem. 2. q. 9. de offic. ordin. Abb. in cap. super inordinata. de praeben. Secundò, requiritur, quòd is non sit excommunicatus, pensio enim reseruata excommunicato non valet. Gig. de Pens. q. 14. si tamen sit mentecaptus clericus, ei reseruari potest. Gig. de Pens. resp. 7. non tamen publicè buffoni, & histrioni. idem resp. 20. Tertiò, requiritur, vt non sit monachus, quia sic non potest ei assignari ad vitam, nisi à Papa, vel nisi ab inferiori assignata, à Papa ex certa scientia ei confirmetur. Abb. & alij in cap. nisi cum essent. de praeb. Gig. de Pens. q. 15. Quartò, vt non sit illegitimè natus, qui sine dispensatione eam obtinere non potest, si tamen Papa sciens tali eam conferat etiam non vtens verbo dispensatiuo, valet. Gig. q. 15. d. tract. & etiam Episcopus, casibus quibus potest pensionem imponere, cum & possit dispensare cum tali, vt suscipiat minores ordines, & beneficium non curatum. c. 1. de filijs presbyt. in 6. in quo tamen hodie ex Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos, crederem id non procedere, cum solus Papa in ordinibus etiam minoribus dispenset cũ illegitimis ex dicta Bulla, & per consequens in pensione quae assignatur alicui vt clerico, quae tamen iure communi potest & assignari laico pro eius sustentatione, vel ob benemerita erga ecclesiam. Bald. & Felin. in d. c. ad audientiam. 2. de rescript. quod tamen hodie non procedit ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, qua statuit, vt pensio clerico tantum assignetur, qui & incedat in habitu clericali, si excedit sexaginta aureos, vt postea declarauit.

Debet tamen in dispensatione tali, fieri mentio de pensione obtinenda, nec sat est quod quis sit dispẽsatus ad beneficia cum cura, & sine cura, nisi addatur, & quodcunq; aliud beneficium, quia sic comprehenditur & pensio. Gig. d. tract. q. 18. & 19. nec tunc est opus, vt ad pensiones etiam sit dispensatus. idem ibi q. 20. & si pensio reseruatur alicui, vt clerico, qui tamen laicus erat, non valet, etiam si fiat motu proprio Papae. idem ibi q. 22. nec etiã si habitum gestabat, nec erat clericus, ex decis. 20. Rota Rom. nouiss. lib. 3. si verò filius est legitimus, pensio reseruari potest super beneficio patris. Gig. de Pens. resp. 4. Secundò, si beneficium est de Iure patronatus laicorũ, exprimi debet, quòd beneficium grauatum est tale, super quo tamen potest reseruari pensio sine consensu patroni, quòd si est ius patronatus clericorum, opus non est vt talis expressio fiat, idem ibi de Pens. q. 23. & 24. quae intelliguntur quando Papa imponit pensionem, quia sic non requiritur cõsensus patronorum. Rebuff. in praxi benef. 3. p. sign. in clausula, necnon Iure patronatus. n. 28. vnde secus crederem, quando Episcopus eam imponit. Tertiò, requiritur, vt beneficij resignatio non sit simoniaca, aliàs reseruatio est ipso iure nulla, ex Rota Rom. nouiss. 1 p. decis. 191. etiam si pensionarius id ignoret, vt ibi habetur, nõ tamen est illicitum tractatum facere de soluenda pensione, modo non fiat pactio firma, vel id remittatur sanctissimo, vnde solet renunciari liberè, & postea à Papa pensio imponi, ex stilo tamen fit resignatio cum pensione. Paris. lib. 6. q. 2. num. 67. cum seq. attamen simoniacum est soluere pensionem pro consequendo nudo titulo beneficij. Gig. de Pens. resp. 11. vt & simonia est pensionem assignare pro expensis factis in beneficio, ex Rota Rom. in nouiss. decis. 670. lib. 3. & etiã promittere soluere pensionem literis non expeditis. Nau. de sim. cons. 17. num. 12. & cons. 19. nu. 3. sic quocunque modo resignatio est nulla, nulla est

& pen-

& pensionis constitutio. Paris.d.lib.6.q.2.nu.77. pensio tamen non est nulla reseruata sine consensu habentis regressum ad beneficium, sed venit annullanda, cum erit locus accessui, vel regressui, & ideò in supplicatione solet apponi clausula, de consensu eius qui habet regressum, aliàs Datarius id addit, si non est expressum, dummodo consentiat is qui habet regressum ad beneficium. Paris.lib.6.de resign.benef.q.2.nu.86.cum seq. si tamen noua pensio addatur primæ, expresso primam adesse, secunda non irritaretur, licet primus haberet regressum in euentum non solutionis, cum non sit regressus simpliciter. Quòd si in resignatione sit clausula, etiam si resignans nullū ius habeat in beneficio resignato, non oportet vt ius suū verificet ad validandam pensioné, si verò non adest dicta clausula, est opus, vt resignans ius cessum verificet, nisi aliter inter eos cōueniat, q ad ipsos spectat, cōtra successorem verò in beneficio tenetur de aliquo iure primi docere, non autem tenetur id iustificare, & qui est in possessione exigendi pensionem, non tenetur probare narrata in gratia, nec habilitates, & alia quò ad exactioné interim. Paris.d.q.2.nu.104.cum seq. & si pensio alicui in titulum beneficij assignatur, ea cōditione, vt illam dimittat cum competens beneficium erit assecutus, simoniacum est, cū esse debeat perpetua, si verò detur ad tépus, vt tot salmæ tritici, sic dari possunt sub ea conditione, cum non detur pensio pro beneficio, vel contra, & sic spirituali, sed tantum pensio ad tempus, donec beneficium adipiscatur, quæ proinde cessat, eo adepto, sicut vnum beneficium vacat alio adepto. Imola in clem.1.col.6. de rebus eccl.non alie. & ibi Bonifac.col.fi. dummodo pensio eo casu non concedatur pro seruitio spirituali, vel loco beneficij causa resignationis, vel cessionis iurium eius. Card.in d.clem.1.q.17. quia sic non licet. vnde Felin.in c.cum essent.de sim. dicit, valere pactum inter Episcopum, & familiarem de dando ei certo salario, donec illi de beneficio prouisum fuerit, dummodo beneficium non conferatur ei ob seruitium temporale principaliter, nec detur beneficium ob salarium, sed illo dato conditio salarij euanescat. Gig. de Pens.q.25. non tamen liceret sic pacisci, constituo tibi salarium viginti, quod dimittere tenearis, si tibi beneficium contulero, de qua re tract. de simonia cadit materia; vt nec licet imponere pensionem super beneficio ob impensas in eo factas, nisi Papæ id in specie exprimatur. Rota Rom.decis.270.lib.3. in nouiss. nu.4. & si quis promittit soluere maiorem pensionem, quàm beneficiū ferre possit, simoniam committit. glo.in c.cum clerici. de pact. Gig.d.tract. q.41. vt & illicitum est collusoriè pati se molestari in beneficio, vt componendo inde pensioné quis obtineat. idem ibi q.42. Quartò, in impetratione pensionis est exprimendum, q beneficium alia pensione sit grauatum, etiam si secunda motu proprio concedatur, etiam si eam soluerit quis, & in alium sit translata. idem ibi resp.31. modo prima sit valida, secus si prima sit inualida, sic enim non est opus, vt de ea fiat mentio. idem ibi q.39. aliàs si in impositione secundæ pensionis, non fiat mentio primæ, & alterius oneris, secunda est nulla. Caputaq.decis.77.lib.2. etiam si antiqua sit perpetua, & noua temporalis. Caputaq. decis.312.p.2. & etiam si resignans ignoret beneficium esse grauatum alia pensione, quando scilicet est incapax vtriusq; aliàs ignorantia excusat. Tertiò, ampliatur, vt annullata ex hoc pensione non detur regressus. Fallit si prima pensio est nulla, vel si non constet, quòd fuerit acceptata, vel si in reseruatione secūdæ dicitur, dummodo præsens, & aliæ pensiones non excedant medietatem fructuum, vel si adest clausula

in secundæ

in secundæ reseruatione, quòd necessariorum omniũ maior, & verior specificatio fieri possit, vel si adest clausula, non obstante quacunque dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali, per quam præsentibus nõ expressam, vel totaliter non insertam, effectus gratiæ prædictæ pensionis impediri valeat, vel quomodolibet differri; sic valet gratia non facta dicta mentione, etiam si pensiones sint perpetuæ, & vbi dicitur pensiones non debere excedere medietatem fructuum, id allegans & probans, facit vt pensio sit nulla si excedit, sic non oportet primæ mentionem facere, quando in secunda fit mentio pensionis in genere, vt & fallit in casu de quo Caputaq.q.311.2.p. vel si prima sit extincta, & cassata; & vbi pensio est nulla, non est nulla ipso iure, sed ope exceptionis. Paris.d. lib.6. q.2. nu.40. cum seq.

Hodie verò ex stilo exprimitur, primò, causa cur imponitur, scilicet literarum scientia, morum honestas, & alia laudabilia: secundò, exprimuntur fructus super quibus imponitur quot sint: tertiò, vt sit libera ab omni decima, quarta, media, &c. Quartò, vt soluatur ab accipiente, & successore in beneficio, in Natiuitatibus sancti Iohannis Baptistæ, & Domini nostri Iesu Christi. Quintò, imponitur pœna excommunicationis, & priuationis, volente tamen pensionario. Sextò, apponitur clausula, etiam si super illo aliæ pensiones, &c. & cum clausula, etiam si in solis distributionibus, &c. consistant fructus, vt supra. Septimò, quòd pensio debeatur, etiam si nullũ ius cedenti competat, cum clausula, quàmprimum clericari charactere fuerit insignitus. Octauò, quòd annullari, minui, vel reduci non possit; quod esset si fructus decrescerent, ea clausula non extante, vt & dicitur quòd necessariorum fieri possit verior expressio, & non obstante quacunque sedis Apostolicæ indulgentia, vt supra, & quòd soluatur pensio possessione habita, vel non, vt & addi solet, quòd id beneficium resignare non possit, nisi facta obligatione per resignatariũ bancaria, vel in forma cameræ, vt prius, & sibi intimata. Paris.d.lib.6.q.2.nu.13. cum seq. an verò è conuerso impetrans beneficium teneatur mentionem facere pensionum quas aliundè obtinet, latè examinat, & resoluit. Gig. d. tract.q.67. per multas conclusiones; sic pensio si reseruetur super beneficio ad quod alteri regressus debetur, quò ad præiudicium eius cui regressus debetur, non valet. Cassiod. decis.1. rubr. de Pens. etiam si reseruatio fiat motu proprio, nisi dominus regressus illi consentiat, vel nisi Papa ex certa scientia, mentionem faciens de illo regressu, illam assignet. Gig. loco citato q.79. & si pensio assignatur soluenda in termino intra quem est impossibile solui ob loci distantiam, non ob id est nulla etiam pro ea parte, sed erit soluenda alio tempore congruo arbitrio boni viri. Rom.cons.348. idem ibi q.27. nec quis duas pensiones sub eodem tecto obtinere potest quando dantur loco beneficij. Rebuff. in praxi, tit. de dispens. ratione ætatis. ver. etiam. si sunt sub eodem tecto, nisi aliud habeat consuetudo, sine dispensatione Papæ; & potest quis consentire per se, vel procuratorem ad cõsentiendum pensioni, si & quatenus ei beneficium conferatur. idem resp.4. & si quis transtulit pensionem in alium postquam is clericus factus erit, si is per quatuor annos cessauit ab ordinibus suscipiendis, remanet penès transferentem interim. idem resp.50.

Tenetur autem prouisus legitimè, vt supra, de pensione, pro eius expeditione annatam soluere, si pensio vigintiquatuor ducatos annuos excedit, aliàs non. idem ibi q.26. & desuper expedire debeat bullas, sine quibus illam exigere non potest, maximè si adest in signatura clausula, vigore li-

terarum desuper expediendarum, & non aliter, aliàs gratia sit ipso iure nulla, si tamen in signatura habeatur quòd sola signatura sufficiat, in foro conscientiæ sine literarum expeditione exigi potest. idem ibi q.34. Secundò, pensionarius tenetur recitare officium Beatæ Virginis, ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, & eo magis si illam recipit in titulum, vt deinceps sit beneficium ecclesiasticū, sic enim tenetur recitare officium Dominicū. idem ibi q.31. in fi. qui tn̄ non tenetur residere, idem ibi q.31. in fi. nec pensio potest permutari cum beneficio ecclesiastico, nisi detur vt mox fit beneficium ecclesiasticum, idem ibi q.33. nisi ve Papæ authoritate accedente, potest etiam accedere fideiussor pensioni, dummodo in ipsa impositione Papæ id exprimatur, aliàs non, extra tamen resignationis actum, vnus pro alio se constituere potest fideiussorem ad soluendum eam probabiliter.

8 Pensiones nó soluēs quas pœnas incurrit, & quādo non.

Effectus porrò pensionis impositæ est, vt solui debeat per Rectorem beneficij, iuxta formam concessionis eius, aliàs incurrit pœnas in literis constitutionis pensionis expressis, siue sit excommunicatio, siue priuatio beneficij, idem ibi q.78. Rota nouiss. lib.3. decis.267. & si alteri beneficium confertur, non restituitur, quod intelligitur volente creditore, qui si recipiat præteritas pensiones sibi præiudicat quò ad regressum, si non persoluat. idem ibi resp.31. nu.3. & sic tamen, vt requiratur declaratoria pœnæ priuationis, vel excommunicationis incursæ ipso iure, & pro tali declaratoria facienda pars est citanda, & etiam à tali declaratoria appellare licet. Gig. d.q. si in literis talis etiam pœna continetur, nec is iuuatur ex regula de annali possessione, qua non obstante, potest priuari, idem in resp. resp.3. & vbi tempus non esset appositum pro eius solutione, soluenda est in fine anni, nisi aliud habeat consuetudo, cui statur. Doct. in l. diuortio. §.1. ff. sol. matr. idem ibi q.93. & potest solui etiam procuratori generali, etiam non habenti liberam administrationem, & etiam constituto in causa pensionis cum libera, non verò procuratori ad lites, idem resp.48.

Ampliatur, vt id procedat etiam si Rector sit excommunicatus qui proinde fructus non percipiat, idem ibi q.64.

Secundò, ampliatur, etiam si ecclesia vacet, quia tunc illius œconomus ipsam soluet, idem ibi q.65.

Tertiò, ampliatur, quòd si pensio non est soluta per præcessorem, pensionarius possit agere contra successorem, vel hæredes præcessoris pro eius solutione, successor tamen conuenire potest hæredes præcessoris pro eius solutione, si præcessor fructus percepit, aliàs non; idem ibi q.38. & 45. Paris. d. lib.6. q.2. num.94. & seq. & si pensionarius moriatur, pensiones decursæ non solutæ transeunt in eius hæredes, idem ibi q.52. & pro rata fructuum perceptorum, & tota si omnes fructus sunt percepti, licet tempus solutionis non aduenerit, idem ibi q.53. quod procedit etiam in pensionario transferente, sic enim succedit is in quem est translata. Rota decis.48. lib.2. in nouissimis.

Quartò, ampliatur, vt pensionarius habeat specialē hippotecam in fructibus beneficij super quibus imposita est, pro eius solutione, in quoscunque transeant, idem ibi q.51. & obligat etiam successorem ad solutionem, licet de eo in literis non fiat mentio, idem ibi q.43. & etiam habet regressum ad beneficium si in literis id contineatur, qui & tunc non præiudicat sibi quò ad regressum si recipit præteritas tantum pensiones cum protestatione, secus si & futuras, licet protestetur, idem ibi q.73. & generaliter pen-

sio

sio est prius soluenda antequam super ea cognoscatur, etiam si dominus nō sit in possessione exigendi, dummodo literæ sint expeditæ, & etiam si exceptio nullitatis oriatur ex ventre literarum. Rota Rom. nouiss. p. 1. decis. 301 & licet sit onus pensio, & odiosa, si tamen reseruetur pro sustentatione, est fauorabilis. Rota prædicta p. 1. decis. 239. & 454. quæ in esse deducta est fauorabilis, cum sit beneficium Principis, à principio tamen est odiosa.

Quintò, ampliatur, etiam si Rector non percepit fructus sua culpa, vel si pensio est imposita super titulo, & non super fructibus, etiam quòd perierint, & quòd iam collecti vi hostium sint subtracti, & eo magis vbi abundantia vnius anni supplet sterilitatem aliorum; quòd si pensio sit exempta ab omni onere, & casu fortuito, adhuc debetur, nisi omnes fructus perierint, quia tunc non debetur, licet interim sit soluendi donec id probetur, idem ibi q. 62. concordat Rota Rom. nouiss. p. 1. decis. 128. cum pensio debeatur ex fructibus beneficij, & non aliàs, vt ibi habetur; quòd si quis habens præbendam grauatam pensione, optat aliam, vbi præbendæ sunt distinctæ, secundus possidens tenetur soluere pensionem, secus vbi non sunt distinctæ. Gig. d. tract. q. 63.

Sextò, ampliatur, vt pensio debeatur sine vlla diminutione, vnde pensionarius non tenetur contribuere ad solutionem decimarum, si pensio est exempta ab omni onere etiam decimæ, vel si pensio conceditur ratione seruitij præstiti, vel præstandi, nisi de decima ab eo soluenda in literis fiat mentio, idem ibi q. 58. & si pensionarius excommunicatur ob non solutionem decimæ contra eius priuilegium, sententia est ipso iure nulla, idem ibi q. 60. & si pensionarius molestatus eam soluit cum protestatione, sibi non præiudicat, quæ protestatio fieri potest vbique, quandocunq;, & quocunque loco, idem ibi q. 61. qui & ibi quærit quid iuris quando non est protestatus, remissiuè, qui nec tenetur ad charitatiuum subsidium, quando pensio immunis est ab omni, & quocunque onere, idem ibi q. 38. qui tamen sic habet exemptam pensionem ab omni onere, non est exemptus ab onere insolito, & non cogitato, nisi id exprimatur, idem ibi q. 66. & si pensio est immunis ab omni onere; non tenetur etiam ad reparationem murorum ciuitatis, ad quod ecclesia ipsa grauata tenetur, idem ibi q. 90. & si statuto cauetur, vt Canonicus soluere debeat dimidiam fructuum Canonicatus, qui grauatus sit pensione, ipsa pensio in primis est deducenda. & inde medietas ex reliquo solui, idem ibi q. 89. nec tenetur pensionarius contribuere reparationi ecclesiæ, si pensio est exempta à quibuslibet oneribus tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, cum clausulis solitis, aliàs sic, pro rata. Gig. resp. 8. quòd si non est exempta, pensionarius tenetur pro rata ad onera beneficij, nisi libera sit ab omni onere. Rota nouiss. 2. p. decis. 160. quòd si Rector non percipit fructus beneficij non tenetur soluere pensiones. Nauar. de præben. cons. 49. nec debitas à præcessore, nisi tot fructus percepit, vt illæ sunt. Nau. ibi. in fine.

Septimò, ampliatur, vt etiam lata prima sententia pro Rectore beneficij contra pensionarium in Romana curia, pensio non sit sequestranda. Gig. d. tr. q. 46. sed procedi debet in causa sine retardatione solutionis pensionis, & si quis consueuit exigere pensionē, & Rector neget soluere, potest agens agere de spolio, qui tamen docere debet de titulo saltem colorato eius, si datur loco beneficij, & si datur vt quid temporale docere debet de eius titulo absolutè, idem ibi q. 47. & his casibus Auditor Camaræ solet conce-

dere mandatum de manutenendo in possessione exigendi pensionem contra Rectorem sub pœna excommunicationis, & quingentorum ducatorũ, & vbi quis soluit pensionem pro alio, præsumitur habere mandatum, quando id agit eo sciente, aliàs secus, & ob id is dicetur esse in possessione exigendi. Gig.d.tract.q.48. Et vlterius pensionarius non soluens pensionem, amittit beneficium, si id in literis continetur, vel reseruetur regressus, quæ tamen pœna non habet locum, nisi volente domino excommunicari faciente. Cur. Iun. consf.109. nu.11. qui regressus habet locum etiam contra successorem, etiam pro præteritis pensionibus, dummodo cœperit agere contra primũ, alias videtur id remisisse, quod & non procedit, nisi volente pensionario, quòd si est cassata pars pensionis impositæ cum regressu, ex æquitate ibi cessat regressus, non autem vbi est imposita super pluribus beneficiis, sic enim procedit quò ad omnia, sic tamen, vt iudicis declaratio in effectu regressus requiratur. Parif.d.lib.6. q.3. de resign.

Octauò, ampliatur, vt pro faciliori ratione exigendi pensionem, detur in literis executor, qui censuris, & pœnis agat contra Rectorem, vt soluat, qui executor si est absens, pensionarius existens in curia adibit Camaræ Auditorem pro executione, in partibus verò adire poterit ordinarium loci. Gig. ibi q.69 & si executor Apostolicus in executione nulliter procedit, etiam iudex inferior adiri potest, idem ibi q.70. nec fit litis contestatio quando proceditur contra Rectorem, qui consensit pensionis reseruationi, vel contra successorem, cui literæ fuere intimatæ, & idem si hæres pensionarij procedat, idem ibi q.71.

Nonò, ampliatur, vt si duo litigant super beneficio grauato pensione, cuius fructus sunt sequestrati, qui fructus collegit ante sequestrum, decursas soluere tenetur, cum fructus ecclesiæ obnoxij sint pro oneribus incumbentibus toto anno vsque ad nouos fructus. Gemin. in c.fi. §.porrò.de offic ord. in 6. si verò post sunt collecti, sequester illas soluet. Gig. ibi q.72. cum pensio sequestrari non possit, idem resp.21. vbi tamen quis non soluit pensionem, si fructus beneficij super quibus est imposita, adsunt, non possunt sequestrari fructus aliorum beneficiorum eiusdem, cum fructus eius expressi sint causa taxationis, idem ibi.

Decimò, ampliatur, vt pensionarius obtinens Rectorem priuari beneficio ob non solutionem, adhuc præteritas exigere possit, idem ibi q.76. si tamen quis habet regressum ad beneficium in euentum nõ solutionis pensionis, & simul facultatem eam transferendi, si illam transfert, is non habet regressum ad beneficium pro cuius fauore transfertur, cum sit noua pensio, idem ibi quæst.74.

Vndecimò, ampliatur, vt debitor pensionis qui consensit reseruationi, & iurauit soluere, compensationem obijcere non possit, nec quando pensio est assignata pro alimentis, secus quando non est assignata pro illis, dummodo compensationis discussio non exigat altiorem indaginem, idem ibi q.92.

Duodecimò, ampliatur, vt nõ detur appellatio à materia pensionis quando est assignata pro alimentis, vel proceditur executiuè, & aliàs causa exprimi debet ob quam appellatur, idem ibi q.95. qui tamen pensionarius si possederit per triennium defenditur regula de triennali possessione, idem ibi quæst.97. & regulariter datur commissio, sine retardatione solutionis pensionis, nisi inferior Papa eam imposuerit, vel vbi successor agit super nullitate pensionis quam præcessor non soluit, vel vbi est imposita per arbitros

bitros præcessori, vel si est imposita super pluribus beneficijs quæ transierunt ad diuersas personas, vel quando est imposita per Episcopum super beneficio patronato, vel vbi pensionarius petit pensionem ab eo qui fecit plures expensas pro recuperatione beneficij, vel vbi pensio est translata per eum in quem etiam fuerat translata, vel quando fuit translata sub conditione, vt intimetur, vel sub modo, & conditione. Gig. ibi q.85. & etiã pensio nulla est soluenda, si commissio detur sine retardatione. Rota Romana 816. lib. 3.

Decimotertiò, ampliatur, vt debitor pensionis eam soluere teneatur in moneta currenti tempore solutionis, & si adiectum sit, vt soluat in ducatis auri in auro, pensionarius non potest cogi accipere in moneta. Gig. ibi q.98. & ita si valor excreuit, est periculo Rectoris, idem ibi; sic tamen, vt non attendatur valor ducati Romæ currentis, vbi est facta pensionis reseruatio, sed loci vbi situm est beneficium, idem resp. 49.

Decimoquartò, ampliatur, vt pensionarius etiam non requisitus soluere, si personaliter consensit pensioni, incurrat adhuc pœnas in literis contentas, si verò consensit per procuratorem, opus est vt ei literæ sint intimatæ legitimè ad hoc vt pœnas incurrat, similiter si non percepit fructus vllos beneficij, & ideò non soluit, non incurrit pro eo tempore pœnas, & non tenetur soluere certè si per multos annos non percepit fructus, etiam si sit exempta. Rota decis. 707. lib. 3. in manuscr. nec si Rector eo tempore fuit detentus in carcere, vel si pensionarius, vel eius procurator non est inuentus in loco destinatæ solutionis tempore quo fieri debuit, vel si eam obtulit pensionario præsenti, vt nec incurrit successor in beneficio non soluens pensionem quam præcessor non soluit, idem ibi q.77. & quando fit intimatio literarum, debet fieri per notarium data earum copia Rectori si ab eo petatur, vt ibi dicit.

Decimoquintò, ampliatur, vt pensionarius quandoque in alias personas pensionem transferre possit, si bullæ id concedunt, vel consensus Rectoris cum Papæ authoritate accedat, vel adsit priuilegium Apostolicum, vt habent milites sancti Petri, qui eam possunt transferre coram notario sine ostensione priuilegij. ex Rota Rom. in nouiss. decis. 1320. lib. 3. & idem sanxit Sixtus V. de Equitibus Lauretanis, quò ad ducatos ducentum, quas & retinere possunt etiam vxorati, & tunc si datur in titulum beneficij, habet in eo locum regula de viginti; secus si est quid merè temporale prout propriè est, idem ibi q.58. quo casu, & pater habens talem facultatem potest eam in filium transferre, modo nõ detur vt titulus beneficij, idem ibi q.86. & si pensionarius sic transferens, anticipatas solutiones receperit à Rectore, non potest nouus pensionarius pro illis annis eas petere, idem ibi q.88. & vbi quis habet facultatem pensionem transferendi, dicit idem q.99. eum posse pecuniam accipere pro illa in alium transferenda, quod tamen non caret dubitatione, nisi Papæ authoritas accedat; & si quis pensionem in alium transfert per confidentiam, peccat, pœnam tamen Bullæ Pij V. de confidentijs non incurrit. Nau. de simon. cons. 16.

Limitatur modo prædicta conclusio, aliquibus casibus, & primò, si tunc fuit in carceribus, sic enim non incurrit pœnas in Bullis contentas, vt nec casibus alijs proximè deductis. Secundò, nec cum id omittit ob paupertatem, arbitrio iudicis, qui æstimare potest quis dicatur pauper, idem q.79. vbi tamen commissio sit non retardata solutione, non prodest dictum remedium,

medium, idem in resp.resp.2. Minor etiam quatuordecim annis non priuatur beneficio ob non solutionem pensionis, si cū eo dispensetur in beneficio consequendo, idem resp.14. Quòd si quis per tres annos singulo anno soluit pensionem, præsumitur etiam pro ante actis soluisse, quando in singulo eorum trium vltimorum soluit, secus si in vno pro tribus, idem q.81. & si pensio non soluitur per annos triginta, non erit præscripta nisi pro illa prima rata à cuius decursione effluxere anni triginta, sic scilicet vt tot sint necessariæ præscriptiones, quot sunt anni, & nō vnica tantum, idem q.83. modo adsit bona fides, & iustus titulus, iuxta cap.1.de præscript.in 6. & si pensionarius sciens sibi deberi viginti, recipit tantum decem, erit præscripta tempore congruo ad præscribendum pro alijs decem, secus si id ignorabat, idem q.84. & si pensionarius sit bannitus ex loco destinatæ solutionis, poterit alibi debitorem conuenire, idem q.82.

Potest demum Rector coram executore multas oppositiones, vel exceptiones obijcere: primò, obijciendo exceptionem solutionis: secundò, pactum de non petendo eam: tertiò, opponere potest exceptionem compensationis, sic tamen, vt executio ob id non retardetur: quartò, obijcere potest exceptionem extinctionis pensionis factæ de partium consensu, etiam si sit facta sine authoritate superioris: quintò, obijci potest nullitas pensionis, quia sit constituta sine consensu grauati, non derogando regulæ de consensu præstando, vt & opponi potest de falsitate literarum etiam coram mero executore, vel si non fuit facta mentio anterioris pensionis, sic enim secunda est nulla, vel opponi potest quòd pensio fuit constituta sub modo, & conditione, qui modus, vel conditio verificationem non acceperunt; vt & opponi potest quòd eo anno nullos fructus, vel tenuissimos saltem percepit, quo casu pensio non debetur, idem q.62.& 77. vel opponi potest, quòd pensionarius est excommunicatus, quod opponi potest etiam coram executore: vt & obijci potest quòd executor caret iurisdictione, modo huiusmodi exceptio sit notoria, nec egeat longiori indagine, sic enim non releuaret coram executore; vt & obijci potest, quòd pensio sit excessiua, quo casu est reducenda ad quantitatem moderatam, idem q.100.& 35.& 44. citata tantum parte, idem q.37. nec sibi præiudicat sic petens reformari pensionem, etiam si soluit metu incursus excommunicationis, & priuationis beneficij, idem q.36.

Interpretatio verò fit in pensionibus, vt si constant in quota, auctis fructibus natura rei, vel impensis Rectoris, non augeatur quota pensionario, secus si casu vt per alluuionem, & eo magis si impensa facta est per fructuarium, idem in resp.resp.1. Secundò, si duæ pensiones eodem die concedantur, si in vna adest hora, in alia non, prima præfertur, per testes tamen probari potest de tēpore gratiæ anteriori, idem de Pens.resp.9. Tertiò, si quis obtinet duas pensiones super duobus beneficijs cum potestate illas transferendi pro dimidia, si consequitur vnum ex ijs beneficijs, non poterit transferre illam dimidiam, idem de Pens.resp.12. crediderim tamen quòd possit transferre dimidiam dimidiæ. Quartò, si Papa mandet reseruari pensionē super fructibus primo vacantis in aliqua diœcesi, non comprehenderetur ecclesia de nouo ędificata post datam literarū, idē in resp.resp.13. Quintò, si super beneficio litigetur onerato pensione p aliquē soluta, in restitutione fructuum cōputabitur, si sit antiqua, secus si sit noua, vt idē ait resp.15. iuxta casum per eum ibi positum. Sextò, si Rector componat cum pensionario

rio de soluenda minori pensione, quàm literis sit expressum, nec aliquid dicatur de successore, si intuitu personæ id actũ sit, quia erat amicus, consanguineusve primi vel pauper, nõ trãsit in successore, aliàs secus, idẽ resp. 16. Septimò, Papa etiam sine consensu Rectoris transferre potest pensionem de vna persona in aliam, idem resp. 17. Octauò, si Papa mandet pensionem alicui Præposito assignari quæ transeat ad eius successores, qui adeptus est gratiam Præpositura eo cedente, vel decedente, illam consequetur, idem resp. 18. Nonò, si pensio assignetur partim super beneficio ab aliquo resignato, partim super alio, si resignatarius succumbit, si quidem ex non iure resignantis, corruit etiam alia, secus si defectus occurrat ex persona resignatarij, & tunc ei imputatur, nec corruit, si verò ex vtroque capite, corruit, nisi pensionarius probet sic esse iudicatum ob defectum resignatarii, si verò ex imprudentia iudicis, non corruit. Gig. resp. 19. Decimò, si pensio est assignata clerico in euentum, quòd Rector alicuius beneficij cedat, vel decedat, si is priuetur ob delictum, non debetur pensio, idem resp. 22. cum mors ciuilis nõ æquiparetur morti naturali in dispositione hominis. Vndecimò, si cui est reseruata pensio super certo beneficio, postquam cessarit reseruatio fructuum alij facta, si expectans vxorem duxit, quæ mortua sit, & post vacent fructus, si quidem à principio est assignata pensio, licet suspendatur eius effectus, vacat per matrimonium, secus si mandatur assignanda extinctis fructibus in casu præsenti, idem respon. 23. Duodecimò, pensionarius habens regressum ad beneficium in euentum non solutionis, non potest priuare successorem pro pensionibus decursis non solutis à præcessore, idem resp. 24. Decimotertiò, si pensio tertiæ partis fructuum beneficij alicui assignatur pro eius sustentatione, debetur non deductis expensis, idem resp. 25. & si cui est assignata tertia pars fructuum beneficij, hæc tertia pars debetur non in pecunia iuxta expressionem factam in literis, sed in vera quantitate, idem resp. 26. nec pensionarius tenetur contribuere ad expensas visitantis factas. Paris. de resig. benef. lib. 6. q. 1. n. 51. idẽ resp. 27. & si quis spolietur pensione, sat est confessio grauati ad probandum eius titulum, idem resp. 28. & pensionem soluere tenetur etiam nõ habens iustum titulum beneficij, idem resp. 29. nec in translatione pensionis opus est id publicare, idem resp. 30. Decimoquartò, si quis spoliatus possessione exigendi pensiones, obtinet sententiam contra Rectorem, & demum priuatur pensione nulla declarata, tenetur restituere solum exactas post litis contestationem, idem resp. 32. in foro tamen conscientiæ si erat in mala fide etiam ante exactas restituere teneretur. Decimoquintò, si quis promisit non reducere pensionem ad minorem sciens statum beneficij, id non potest, secus in successore, si sit excessiua, idem resp. 38. nec iuuatur Rector ex regula de annali, vel triẽnali possessione, vt supra est dictum, quominus soluat, idem resp. 39. & 40. & hæres pensionarij, vt dictum est supra, succedit in pensionibus non exactis, si tamen nõ sint solutæ per præcessorem, imputatur hæredibus si fuere in mora eas exigendi à Rectore, & iam non possint illas assequi, idem resp. 41. Decimoquintò, vt possit procedi ad censuras contra Rectorem ob non solutionem, oportet vt præcedat literarum intimatio, si non per se, sed per procuratorem consenserit, idem resp. 42. Decimosextò, si spoliatus perceptione annuæ pensionis, lite pendente, eam in alium ex facultate sibi data, transtulit, is in quem est translata, non potest agere spolij actione, idem resp. 43.

Extinguitur

9 Pensiones vt expiret & q alia csideranda.

Extinguitur demum pensio multis modis: Primò, per mortem pensionarij, ne proprietas maneat infructuosa, vt & vsufructus morte fructuarij finitur. arg. §. finitur. Instit. de vsufr. & si tunc aliquis sit reseruatarius fructuum, pensio vacans ei accrescit, & non Rectori. Gig. de Pens. resp. 5. Secundò, si is qui obtinet pensionem consequatur beneficium super quo est imposita, sic enim confunditur cum proprietate, idem q. 49. vnde si id beneficium dimittat ex causa voluntaria, extinguitur pensio, si verò ex causa necessaria, quia alius habeat potiora iura in eo, secus est, modo id sciuerit, secus si ignorabat potiora iura alium in eo habere, sic .n. & pensionem amittit, vt ibi dicit. Tertiò, si pensio sit data in titulum beneficij, non vacat per contractum matrimonij, & idem si assignatur loco beneficij resignanti etiā si sit in minoribus, si verò est in minoribus, & pensio sit assignata pro seruitio temporali, vt quòd sit ecclesiæ custos, campanarius, & huiusmodi, sic non vacat, vt nec si datur eius retentio, vt datur ingredienti religionem militarem. Parisi. d. lib. 6. q. 2. nu. 116. vbi id declarat, & si in sacris constitutus de facto contrahat, eam amittit ipso iure, nec eam recuperat clericus si sponsa post contractum, nō cognita, transeat ad religionem; non vacat tamen per sponsalia, idem d. tract. & vacat si quis fiat Episcopus, nisi concedatur retentio. Parisi. d. q. nu. 121. & q. 54. qui & quærit quid iuris quando matrimonium non tenuit, an eam amittat, multipliciter distinguendo. Quintò, eam amittit si clericus fiat miles, & enormitatibus se immisceat, ac monitus non desistat, etiam si pensio non sit data in titulum beneficij, si verò non est monitus, eam non amittit, quòd si est data pro seruitio impenso, vel impendendo, non amittitur per militiam, idem q. 55. Sextò, quando pensio est assignata ex causa resignationis, vacat per promotionem ad Episcopatum, vt supra .§. promotionem Episcopi, non autem quæ est assignata pro seruitio temporali, vt campanis pulsandis, & huiusmodi. Rota nouiss. 1. p. decis. 233. beneficia tamen non vacant, nisi per consecrationem, vt ibi dicit, idem q. 56. qui dicit, vacare etiam post habitam possessionem alicuius Abbatiæ, etiam antequam is sit benedictus. Septimò, vacat per ingressum religionis emissa professione, idem q. 57. Octauò, extinguitur si remittatur per pensionarium etiam nutu, & id probetur per duos testes, etiam sine superioris authoritate, & potest cassari coram solo notario, & testibus. Rota Rom. nouiss. 1. p. decis. 471. nu. 10. Parisi. d. lib. d. 6. q. num. 123. dummodo non sit assignata pro alimentis, quia sic sine superioris authoritate remitti nō potest, nisi remittens iurasset non cōtrauenire, idem q. 45. Nonò, extinguitur, si pecunia data redimatur, idem q. 87. quod vt licitè fiat, Papæ authoritas accedere debet. Nau. de sim. cons. 6. nu. 3. & 39. nu. 1. & 52. nu. 1. 63. nu. 2. aliàs simonia committitur, quæ tamen nōn excommunicat. Nau. d. cons. 63. nu. 2. & cons. 52. nu. 2. cum seq. & consueuit extingui cum quinque, sex, vel septem anticipatis annatis, vel pensionibus annuis, vt ibi ait, pro ætate obtinentis, & locorum distantia, vel propinquitate, vel dicendum, quòd pēsiones quæ dantur pro adiutorio in officio spirituali, vel alio officio spirituali, non licet vendere sine simonia; quæ verò dantur in resignatione sic Papæ authoritate, esset tamen simonia si daretur alicui beneficium cū pensione, eo pacto, vt statim redimatur. Caiet. op. 16. q. 10. quæ verò dantur militibus vendi possunt. Tolet. lib. 5. summæ. c. 92. Decimò, si pensio assignetur in titulum beneficij, amittitur si quis per annum maneat in excommunicatione lata ob aliam causam, quàm ob non solutionem pensionis, secus si assignatur

signatur clerico, vt commodius sustentari valeat, vel si est assignanda pro seruitio impenso, vel impendendo, si verò assignatur loco beneficij quando quis cessit iuri beneficij litigiosi, vel assignatur resignanti, amittitur si is ex cordis duritie, insorduit in censuris in contemptum clauium, vt vilescat ecclesiæ neruus, secus si ex necessaria causa sic mansit, vt quia debitũ soluere non potuit. Gig. in resp. de Pens. resp. 33. & si cui omnia bona confiscantur ob crimen læsæ maiestatis, pensiones decursæ non exactæ transeũt in fiscum iudicis confiscantis etiam alibi extantes, idem resp. 36. & si pensionis constitutio est nulla in vno obolo in totum corruit. Rota Rom. nouiss. 1. par. decis. 626.

An verò pensio redimi possit pecunia, dixi plenius tract. de Simonia.

Aduertendum præterea, quòd pensiones transferri possunt, vt supra, cũ id in literis continetur, vel si postea partes id supplicant, vel similiter ex priuilegio, vt milites sancti Petri vsque ad summam ducatorum de Camara centum quinquaginta, sancti Pauli ducentum, Milites Pij V. centumquinquaginta, Lauretani ducentum, ex Constit. Sixti V. trigesimaquinta, conclauistis etiam id solet concedi ad summam centum ducatorum. Non potest tamen pensio transferri in alium, nisi Papæ authoritate, & vbi quis id obtinuit, potest eam transferre etiam in filium illegitimum, modo non sit imposita super beneficio paterno ex causa resignationis, ne nimium dispendium patiatur, ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. non potest tamen transferri in hæreticum, & si est translata in scholarem, cum primum is clericus effectus fuerit, est conditionalis, & interim primus eam exiget.

Hanc verò facultatem transferendi difficulter Papa concedit, nisi benemeritis de sede Apostolica, vel priuilegiatis, & quandoque conceditur, vt transferri possit tantum dimidia, vel tertia pars. Et licet Papa id possit concedere sine consensu Rectoris, id tamen non solet, nisi in priuilegiatis, qui consensus potest præstari etiam per procuratorem, etiam post obitum constituentis, nisi translatio fuisset nulla, sic enim procurator non potest consentire post mortem in vim supplicationis in vita.

Requiruntur verò literæ in pensionis translatione desuper cõfectæ, cum id non concedatur per quascunque clausulas, nisi specificè de hoc fiat mentio, cum translatio sit odiosa. Caputaq. decis. 303. 2. par. sic si detur retentio pensionis Episcopo, quam poterat transferre, nisi denuò sibi concedatur, vt id possit, non poterit, etiam si adsit clausula, pro expresso habenda. Vnde & in facultate transferendi sunt exprimendæ qualitates, & clausulæ, quæ tertio possunt præiudicare, nec mandatum resignandi in fauorem, sat est ad transferendum, nisi id exprimatur.

Vbi verò quis potest transferre, id potest omni tempore, etiam in articulo mortis, coram constituto in dignitate, vel Canonico Cathedralis, modo in idoneum transferatur; & solet quoque concedi, vt transferri possit literis non confectis, quæ verba si non adessent, translatio facta coram executore ante expeditionem, & præsentationem literarum inualida est. Puteus decis. 246. lib. 3. nisi sit facta translatio coram eo vi processus fulminari, quod sat, si post constabit de literis originalibus.

Solet verò hæc translatio fieri duobus modis: Primò, coram Papa, supplicando, vt pensio assignata sine potestate transferendi cassetur, & similis assignetur alij tertio, quod tamen concedi non solet, nisi pro personis benemeritis. Secundò, coram constituto in dignitate, vel etiam solo notario, &

testibus, cum id soleat exprimi in literis, etiam in clericos coniugatos transferendo, quod fieri potest etiam non ostensis priuilegijs per priuilegiatos cum literis pensionis, & etiam transferendo, vt continetur in isto memoriali, modo post non laceratum sit, nec in translatione pensionis requiritur, vt fiat mentio aliarum pensionum. Crescent. decis.240.lib.1. sic tamen, vt narratiua posita in translatione sit verificanda. Peregr.decis.146. lib.1. in manuscr. & si translatarius extat in possessione exigendi pensionem, non tenetur verificare literas suas. Puteus decis.8. de probat. & magis si adsit clausula, sine retardatione; etiam in iudicio possessorio, non tenetur. Puteus decis.247.lib.1. Et si clericus vxoratus transfert pensionem, sat est, quòd translatarius probet clericatum eius per delationem habitus, & communem reputationem; ita tamen quòd translatio fiat secundùm formam datam.

Oportet verò vt translatio intimetur ei qui debet soluere intra tres menses, etiam quòd non transferat absenti, & si pensio est translata super pluribus beneficijs, est soluenda pro rata.

Vbi verò est translata, integer terminus proximus spectat ad translatarium, nisi transferens sibi reseruasset fructus pteritos; & vbi moritur pensionarius, diuisio fit iuxta l.diuortio. sol. matr. inter Rectorem beneficij, & hæredes pensionarij, vt scilicet à die reseruationis pro rata temporis, quo intra annum vixit pensionarius, detur hæredibus, reliquum Rectori.

Nec pensio censetur remissa, nisi dicatur, & qui habet facultatem exigendi cum regressu ob non solutionem, & facultatem transferendi similes pensiones, potest cum eodem regressu transferre.

Pensio verò non est prophana, sed annexa spiritualibus. Gabr.cons.191. vol.1. participat tamen de prophanitate, cum possit pecunia redimi, Papæ authoritate, vt dixi tract. de Simonia.

Quòd si consensit quis extinctioni pensionis, vt transferretur in N. cum primum clericus factus esset, si is erat clericus, transferens potest exigere pensiones, ob clausulam, nec aliter, & idem si pensio non potest acquiri ei ex alio capite, sic enim à transferente non abdicatur, qui & intra tres menses illam exigit, vbi eam transtulit in non clericum sub conditione.

Quòd si pensio alicui cōcedditur, sic tamen, vt eius commodum ad alium spectet, vt fit in Hispania, si dicitur concedo tibi pensionem, donec inuenias Hispanum, qui eam teneat, interim primus eam tenet, si verò conceditur Titio ad commodum Petri, ius residet penes primum, commodum apud secundum, & eo casu extinguitur per mortem primi: In dubio verò non est recedendum à verbis literarū. Paris.lib.6.de resig.ben.q.4.per totū.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quid sit, cum eius expositione.*
2 *Ius patronatus quomodo acquiratur per dotem, constructionem, & fundationem.*
3 *Dos ecclesiæ cuiuslibet qualis esse debeat, & quanta.*
4 ***Ius patronatus an acquiratur ex præscriptione, & quomodo.***
5 ***Ius patronatus an acquiratur per translationem, & quomodo.***

6 Ius

6 *Ius patronatus an transferri possit per legatum, donationem, testamentum, & vt & quomodo per successionem transferatur.*
7 *Ius patronatus an transferatur per permutationem.*
8 *Ius patronatus an possit donari, & quomodo.*
9 *Ius patronatus an transferatur per venditionem, & quomodo.*
10 *Ius patronatus an possit legari.*
11 *Ius patronatus an transferatur per feudum.*
12 *Ius patronatus an possit locari, & quomodo.*
13 *Ius patronatus an possit pignori obligari.*
14 *Ius patronatus an transferri possit cum dote.*
15 *Ius patronatus quotuplex sit, & vt differant.*
16 *Patroni priuilegia, & prærogatiua quæ.*
17 *Præsentare quis possit.*
18 *Præsentandi possessio quomodo acquiratur.*
19 *Præsentatio quo in loco fieri posit, & debeat.*
20 *Præsentatio quo tempore sit fienda, & an posit permutari sine consensu patroni, ius patronatus.*
21 *Præsentare quæ personæ rursus possint, vel non.*
22 *Præsentatio quo modo sit fienda.*
23 *Præsentatio quo tempore rursus fienda.*
24 *Præsentatio qua forma fienda.*
25 *Præsentatio coram quo fienda.*
26 *Præsentatus qualiter debeat consentire præsentationi.*
27 *Instituentis officium quod sit.*
28 *Præsentatio, an, & quomodo, & quando posit variari.*
29 *Instituens vbi differt institutionem, quid agendum.*
30 *Contradictor in præsentatione vbi apparet, quid agendum.*
31 *In Iuris patronatus iudicio, vt procedatur.*
32 *Institutio quid sit, & vt fienda.*
33 *Institutio quo tempore, modo, & loco fienda.*
34 *Institui quæ personæ debeant, vel non.*
35 *Institutio de quo fienda, vbi adest discordia.*
36 *Instituens an & quando posit gratificare alicui.*
37 *Ordinarius an posit disponere de beneficio patronato.*
38 *Legatus de latere an posit disponere de beneficio patronato.*
39 *Papa an posit disponere de beneficio patronato sine patronis, & an præsumatur id velle facere.*
40 *Religiosi qualiter præsentent.*

41 *Institutio actualis vt fienda.*
42 *Patronorum honores qui sint.*
43 *Patronorum onera quæ sint.*
44 *Patronorum ius vtile quod sit.*
45 *Patronis omnibus an debeatur ius vtile, & honorificum.*
46 *Circa Ius patronatus ab hæredibus an posit quid innouari, & quomodo.*
47 *Iuris patronatus status an temporis tractu alterari posit.*
48 *Ius patronatus qualiter amittatur.*
49 *Iuris patronatus natura quæ, & per quos de eo iudicari posit, vel non.*
50 *Patroni laici, vt differant ab ecclesiasticis.*
51 *Iuris patronatus titulus, vt probetur in praxi, ex Conc. Trid.*
52 *Institutio, & præsentatio in ecclesia patronata curata, vt fiat.*
53 *Patronus quæ vitare, & agere debeat.*

De Iure Patronatus, seu Iure præsentandi. Cap. XII.



VM ad præsentationem patroni, seu habentis ius præsentandi Rectorem ad beneficium vacans, quis assumatur ad prælaturas, & beneficia, ideò congruè de hoc dicendum est, & primò circa institutionem, & ius patronatus videndum est: primò, quid sit ius patronatus, & quotuplex, ac quomodo acquiratur: secundò, quid possit patronus circa ius patronatus: tertiò, quando possit præsentare, & qua forma: quartò, & vltimò, quis sit eius effectus.

1 Ius patronatus qd sit, cũ eius expositio ne.

Quo ad primum, dicendum est, q ius patronatus, est potestas præsentandi instituendum ad beneficium ecclesiasticum vacans, vt ait Host. in sum. eod vel est ius honorificum, onerosum, & vtile competens alicui in ecclesia, pro eo quòd de diœcesani consensu ecclesiam fundauit, construxit, & dotauit ipse, vel is, à quo causam habuit, solus, vel alio concurrente, vt inquit Roch. in tract. de Iure patr. in princ. Abb. in rubr. eod. dicitur verò ius ecclesiasticum, quia spirituali, idest sacro annectitur. c. de iure. de Iure patr. ex eo quòd requiratur Episcopi institutio, & officium spirituale in eo exequendo. c. præterea. c. illud. c. cum laici. c. nullus. de Iure patr. licet etiã laicis competat, de manu tamen laici nemo potest ecclesiam accipere, nec eius regimen spirituale. c. sacrosancta. c. necessaria. de elect. c. si quis. eodem. nec etiam ab eo, qui ecclesiam suis sumptibus ædificauit, vel fundauit. cap. piæ mentis. 16. q. 7. & ius patronatus de gratia patronis competere dicitur. Doct. in c. 1. de præb. in c. quoniam. de Iure patr. idque est introductum contra communes regulas, fauore ecclesiæ, & cultus diuini, vt laici inuitarentur ad constructionem, & dotationem, & fundationem ecclesiarum, ac alij. Doct. in d. cap. quoniam.

Secundò, dicendum, quòd ius patronatus tribus modis acquiritur, scilicet

tet per dotationem ecclesiæ, ædificationem, & fundum datum, si tamen licentia Episcopi id fiat, & ante consecrationem dos detur. d.c. piæ mentis. c. filijs. 16. q. 7. c. cum Abbatem. 18. q. 2. & ita plures patroni possunt esse in eodem beneficio in vna ecclesia, vt si vnus, vel plures dederit fundum, alius ædificauit, & alius dotauit, & sic dicitur patronus, quia sicut pater ducit filium de non esse ad esse, vt not. Abb. in rubr. eod. sic patronus templum; & quod dicitur plures esse posse patronos, intelligitur etiam si vnus minus contulerit, quam alius. glo. in summa. 63. dist. c. ad audientiam. 1. vbi Abb. de eccles. ædific. sic tamen, vt vnus tantum actus fundandi, construendi, & dotandi, non intercedat, sed simul omnes, vt dicit Abb. in cap. ad audientiam. 2. de eccl. ædif. & in cons. 106. col. 2. vol. 2. & in rubr. de Iure patron. Primò ergo quis efficitur patronus dando fundum ad ecclesiam ædificandam. cap. à nobis, de Iure patr. d. c. Abbatem. 17. q. 2. quo casu si fundus pereat, perditur hoc ius. Secundò, ex constructione ecclesiæ c. monasterium. 16. q. 2. si tamen de Episcopi licentia eam construxit, cum sine illa construi non debeat. cap. nemo. de consecr. dist. 1. d. cap. quoniam. d. c. à nobis. de Iure patr. & etiam si mulier sit quæ construxit, vt ait Archid. in c. filijs. 16. q. 7. & idem est de eo, qui ecclesiam funditus destructam de consensu Episcopi reparauit, etiam de eadem materia, quia est perinde, ac si de nouo fecisset. c. consuluit. de iud. & potest etiam ecclesia destructa refici sine Episcopo per patronum, vt inquit Felin. in c. cum accessissent. col. pen. de constit. secus si solum refecit, sine Episcopi licentia, vel si nô erat omnino destructa, & quando de nouo construxit, primus patronus ædificator perdit ius patronatus, nisi & fundum dedisset, vel dotem, vt ait glo. in d. c. quoniam. de Iure patr. quo casu debet requiri an velit ædificare, & si voluerit, debet præponi alijs, vt sic reædificando retineat ius patronatus, quòd si vnus materiam in construendo, alius gratis operas posuit, vel soluit ponenti, cum authoritate Episcopi, ambo erunt patroni, aliàs non, sed ille solus, qui materiam posuit, si verò tutor materia pupilli, vel de eius pecunia, vel in eius fundo ecclesiam fundet, construat, vel dotet, ius patronatus acquiritur pupillo, & non tutori, & idem potest dici de actore, & procuratore respectu domini, arg. cap. 2. de pecul. cler. quòd si clericus de pecunia propria construat ecclesiam in fundo ecclesiæ, ipsi, ac hæredibus suis acquiritur hoc ius, & ecclesiæ coniunctim, vel successoribus in ea, & idem si in fundo proprio ex pecunia ecclesiæ: sed si ex pecunia ecclesiæ emptus est fundus, & facta constructio, licet non nomine ecclesiæ, ecclesiæ tantum acquiritur hoc ius, cum id quod acquiritur ex fructibus ecclesiæ acquiratur ipsi ecclesiæ, vt not. in cap. cum esses. de testam. si verò laicus capellam in ecclesia construat, & dotet, non acquiritur hoc ius illi soli, sed etiam ecclesiæ simul, vt ait Abb. in d. c. ad audientiam de eccl. ædif. cum ecclesia fundum ponat, quòd si ex pecunia militis, eo inscio, nec eius nomine, construitur ecclesia, non acquiritur hoc ius militi, cum non fuerit consensus Episcopi ad militem. d. cap. quoniam. & eo casu ecclesia remanebit libera, vt dicit Silu. Ius patronatus. q. 1. §. 2. quòd si de pecunia vsurarij constructa sit ecclesia, licet de sic quæsitis non sit ecclesia ædificanda. c. quia frustra. de vsur. nec eleemosyna facienda. c. non expectanda. 1. q. 1. sed restituendum sit. c. sicut. §. eos. de homic. per hoc tamen ecclesia non est destruenda. c. cum perimus. 14. q. 6. & acquiritur ius ipsi vsurario, cum dominium pecuniæ esset ipsius, vt not. in cap. cum tu. de vsur. dummodo habeat vnde aliundè soluat his à

a Ius patronatus quô acquiratur per doté, fundationé, & constructioné

quibus

quibus extorsit, & quòd res illa, vel pecunia non sit specialiter obnoxia restitutioni, modò quo dixi supra in tract. de Vsur. cap. de restitutione facienda in vsuris, sic enim ecclesia erit libera. arg. c. non expectanda. 1. q. 1. & idem dicendum est de ecclesia ædificata ex pecunia furis, simoniaci, vel alio illicito modo, vt meretricis, & huiusmodi, vt scilicet si habent aliundè vnde creditoribus soluere habeant, acquirant sibi ius patronatus; aliàs non, meretrix tamen, in omni casu acquirit illud ex dotatione, vel fundatione, vel constructione, cum non teneatur ex præcepto ex turpi illo quæstu quæsita restituere, sed tantum ex consilio pauperibus. c. fi. 14. q. 5. quòd si plures inæqualiter contribuunt ad actum inducentem ius patronatus, id non impedit æqualem acquisitionem illius iuris, vnde plures si cōcurrant in constituenda dote, quilibet erit patronus, vt ait glo. in summ. 63. dist. & idem de ædificatione, & fundatione, & si ex pluribus vnus habuit licētiam à diœcesano, alij non, ille solus erit patronus, qui habuit licentiam ab ordinario, vbi est fundus. d. cap. à nobis. de Iure patr. & si Episcopus licentiam dare non velit sine causa iusta, Papa eum compellet. c. nullus. eod. tit. vel dabit licentiam, nisi subsit causa iusta negandi, & etiam Archiepiscopus illam dare poterit, si post monitionem, suffraganeus illam dare recusarit, cum suppleat eius negligentiam. c. cum simus. 9. q. 3. & sequitur Lambert. de Iure patr. lib. 1. p. 1. art. 7. 2. q. princ. sede verò Episcopali vacante Capitulum poterit dare licentiam ædificandi ecclesiam, cum succedat in his, quæ sunt iurisdictionis, non ordinis. c. cum olim. de maior. & obed.

Tertiò, acquiritur ius patronatus per dotationem ecclesiæ. c. filijs. cap. quicunq; 16. q. 7. quod procedit non solum quando est data ante consecrationem, sed etiam post, cum sine substantia rerum non possit ecclesiæ deseruiri. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. & eo casu dotans efficitur patronus cum ædificante, dummodo fiat ex authoritate Episcopi, & consecrantis: imò si ecclesia sine dote sit ædificata, ex noua dotatione acquirit quis ius patronatus, quod intelligitur si non potest haberi recursus contra eum qui primam ecclesiam construxit, vel consecrari fecit, quia primo est requirendus, & si ipse non dotet, nouiter dotans de consensu Episcopi acquirit ius patronatus, vt inquit Abb. in d. c. quoniam. nu. 9.

Notandum autem singulariter, quòd non sufficit, quòd aliquid detur ecclesiæ ad acquirendum ius patronatus, sed oportet quòd detur ratione dotis, aliàs donans videtur potius benefactor, & non acquireret ius patronatus, nam iura indulgent ius patronatus non benefactori, sed dotanti. cap. filijs. 16. q. 7. ideò cautus sit volens ecclesiam de nouo dotare, vt expressè dicat, quòd pro dote illa bona largitur, vt ait Abb. in d. c. quoniam. nu. 10. & Anan. in cons. 241. & licet hoc sic tutius, tamen sola fundatione, ædificatione, vel dotatione acquiritur ius patronatus, nisi expressè sit remissum, & hanc esse communem opinionem, testatur Lambert. de Iure patr. lib. 1. p. 1. 2. q. princ. art. 4. si tamen fiat de consensu Episcopi expresso, vt ibi dicit art. 5. & 6. qui consensus in antiquis maximè præsumitur interuenisse: vt ibi dicit art. 7. & intelligitur de Episcopo loci, vbi ecclesia construitur, vt ibi ait art. 8. & etiam sufficit consensus Capituli sede vacante, vt ibi dicit art. 9. qui consensus debet interuenire, vel laicus sit, vel clericus qui construit, &c. & etiam si testator iusserit eam construi, vt ibi dicit art. 10. & 11. qui cōsensus debet interuenire ante fundationem, nisi postea ratum id habeat, vt ibi dicit art. 12. & hæres non potest construere aliàs ecclesiā,

quam

quàm vbi testator iusserit, alias incidit in pœnam, vt ibi ait art.13. consensus etiam inferioris Prælati qui habeat Episcopalem potestatem interuenire potest in creatione iuris patronatus, vt ibi dicit art.14. nō tamen necessariò requiritur consensus Capituli, sed sufficit Episcopi, & si Episcopus nolit consentire constructioni, potest cogi à superiore, secus si ex causa nolit consentire, vt ibi dicit art.15. & 16. & Episcopus cogitur per Archiepiscopum, hic verò per Papam, vt ibi dicit art.17. ecclesia verò constructa sine cōsensu, potest per superiorē demoliri, non aūt per construentem, nec per dominū soli si eo inuito in eius fundo sit cōstructa, vt ibi dicit art. 18. vbi omnia prædicta repetit ampliando, & limitando, Quòd si plures fundant, construunt, vel dotant ecclesiam, omnes in solidum fiunt patroni, cum patronatus sit quid indiuiduum, etiam alternatiuè, & cumulatiuè, vt ibi dicit lib.1.q.9.princ.p.1.art.1. quòd si plures dent fundum sufficientem, efficiuntur patroni in solidum cum construente, vel dotante, potest tamen Episcopus in creatione frenare multitudinem patronorum, vt ait ibi ar.2. plures etiam construentes ecclesiam, & perficientes erunt patroni in solidum cum dotante, & fundum dante, secus si quid parum posuerunt, vt benefactores, vt inquit ibi art.3. & si faber ponit operas sine pretio, alter ligna, vel cementa, omnes erunt patroni in solidum cum dotante, & fundante, si id fiat de consensu diœcesani, vt ibi dicit art.4. plures etiam dotantes ecclesiam sufficienter, licet inæqualiter, erunt patroni in solidum cum fundante, & construente, secus si dos sit insufficiens, vt ibi ait art.5. si tamē fundator vult construere, & dotare, alter non, admittitur eo inuito, vt ibi dicit art.6. quòd si plures construunt, fundant, & dotant, debent omnes habere consensum diœcesani, alias is solum, vel si qui habent consensum, erūt patroni, vt ibi dicit art.7. si tamen vnus plus contulit vox eius erit maioris authoritatis, & plus ei inopi succurretur, & si duo fecit, vt quia fundauit, & construxit habebit duas voces, & qui dotauit vnam, etiam si qui vnum fecit plus expendit, quàm qui duo, vt ibi dicit art.8. & potest ecclesia fundari, vbi non prohibetur, nec habeat seruitium, vt ibi ait art.9. & qui dat domum pro ecclesia de consensu Episcopi, erit patronus ratione fundi, & etiam constructionis, si domus non eget cōstructione pro ecclesia, vt ibi dicit art.10. q. si construatur in fundo alieno, domino inscio, postea sciente, dominus erit patronus ratione fundi, & cōstructionis, secus si bona fide est constructa de consensu domini, quia sic dominus erit patronus ratione fundi; construens ratione constructionis, vt ibi dicit art.12. quæ tamen non potest dirui per dominum, vt ibi ait art.13. & si quis habet tantum pecunias pro constructione, potest cogere dominum fundi pretio iusto eum dare, vt ibi dicit art.14. vbi & idem ait, de domibus vicinis pro ædificatione monasterij, & si capella est fundata, & cōstructa in ecclesia inferioris, sufficit consensus diœcesani, nec requiritur consensus Rectoris, nisi ex causa contradicat, vel nisi ecclesia sit religiosorum, vt ibi ait art.16. nec etiam requiritur consensus patroni ecclesiæ, sufficit enim diœcesani, vt ibi dicit art.17. q. si Episcopus dat fundum ecclesiæ suæ pro capella, vel altari, efficitur patronus ratione fundi, tutius tamen est, vt id fiat cum consensu Capituli pro ipsa ecclesia, & non pro se, & suis hæredibus, vt ibi dicit art.18. quòd si quis ex pecunia aliena fundauit ecclesiam in fundo proprio de consensu diœcesani, si id agit domino pecuniæ sciente, & consentiente, vterque erit patronus, si eo inscio, si est persona priuilegiata, quæ ratū id habeat, vterque

que erit patronus, aliàs solus fundans, qui tamen restituet pecuniam domino eius; quòd si persona nō est priuilegiata, restituendo pecuniam, solus fundans erit patronus, licet dominus pecuniæ ratum habeat; si tamen materia esset personæ non priuilegiatæ, vterque esset patronus, si ratum habeat dominus materiæ, aliàs ei est restituendus valor materiæ, & prædicta intelliguntur concurrente consensu diœcesani, vt ibi ait art.19. efficitur etiam quilibet patronus ratione iuris quod habet in fundo dato pro ecclesia ædificanda cùm consensu diœcesani, licet non sit dominus fundi, vt ibi dicit art.20. acquiritur etiam ius patronatus per construentem ecclesiā super fundo subiecto fideicommisso generali, secus particulari, vt ibi dicit art.21. quòd si testator iubet ædificari ecclesiam in fundo communi cum alio, is tenebitur vendere partem socio, qui si non vult, sed vult esse patronus, erit patronus cum socio æqualiter, & tenebitur cum eo ecclesiam construere, & dotare, vt ibi ait art.22. potest tamen iniri pactum, vt non liceat ædificare ecclesiam in loco vendito ante factum, vt nec monumentum, sed si ædificetur de facto ecclesia, reijcitur pactum, nec exigetur pœna apposita fauore ecclesiæ, vt ibi ait art.23. & si testator iubet ædificari ecclesiam, vel capellam in aliquo loco, quod fieri non possit ex impotentia bene visa diœcesano, tenebitur alibi eam ædificare, vt ibi dicit art.24. & si fiat legatum de construenda ecclesia, non electo loco, loci electio erit diœcesani, vt ibi dicit art.25.

Quid verò requiratur, vt per constructionem acquiratur ius patronatus, dicendum, quòd si quis cœpit ædificare ecclesiam, si vult omnia facere erit patronus solus si dedit fundum, & vult alia facere, sed si solum dedit fundum, nec alia perfecit, nec modum dedit, vt perficeretur, superueniens perficiens erit in totùm patronus, sed si dedit fundum, & dotem, superueniens construens erit patronus ratione ædificationis tantum, alius ratione fundi, & dotis, & si tres sunt admissi ad ius patronatus acquirendū de consensu diœcesani, & vnus perficit erit patronus, si verò alius non perficit, superueniens perficiens erit patronus, vt idem ait d.lib.1.p.1. q.4.princip. art.1. & si quis cœpit construere ecclesiā, potest cogi ad eam perficiendam, & idē de reparatione si est pœnitus dirupta, quia sic de consensu diœcesani id faciens esset patronus, vt ibi dicit art:2. & incipiens ædificare ecclesiam tenetur intra quinquenniū, vel eius hæres eam perficere, locum pium infra annum, vel arbitrio Episcopi, vt ibi dicit art.3. & promittens etiam ædificare ecclesiam tenetur eam perficere, vt ibi dicit art.4. idq; per actionem in factum, vt ibi dicit art.5. qui compulsus ædificare, vel perficere de consensu ordinarij acquirit ius patronatus, vt ibi dicit art.6. & idem in hærede compulso à testatore fundare, construere, vel dotare ecclesiam, qui pariter acquirit ius patronatus, & Rector, vel populus in necessitate, etiam si non sint polliciti, coguntur ædificare ecclesiam, vt ibi dicit art.8. & ius patronatus acquiritur statim perfecto ædificio in loco qui non eget consecratione, quò ad exercitium, & si eget consecratione, non, nisi post datam dotem, vt ibi dicit art.9. & si quis construit, fundat, vel dotat ecclesiam de consensu ordinarij, nolens ius patronatus esse ipsius, sed hæredum, vel extranei, ijs acquiritur ius patronatus, vt ibi dicit art.10. & si testator mandet, vt hæres construat ecclesiam infra tale tempus, aliàs sit priuatus hæreditate, si interim moritur hæres, hæres hæredis non subijcitur illi pœnæ, vel sit hæres laicus, vel aliqua alia persona priuilegiata, priuarentur tamen hæ-

reditate,

reditate, vt & compulsi, vt ibi ait art. 11. per reædificationem verò non acquiritur ius patronatus, nisi id fiat de consensu Episcopi, & quòd ecclesia illa sit omnino destructa, incipiendo à fundamentis, licet altare maneat intactum. Innoc. in rubr. de Iure patr. Conc. Trid. sess. 14. c. 12. quòd si testator leget centum pro ecclesia ædificanda, si non sufficiunt; hæres non tenebitur supplere, legatum tamen id insufficiens debet cõuerti in alium vsum pium de consensu Episcopi, vt ibi not. art. 12. & si quis mandet construi ecclesiam in testamento imperfecto, illa voluntas est implenda: vt inquit Felin. in c. cum venerabilis. col. 7. de except. si verò hæres dicit se non teneri ex testamento imperfecto, compulsus à iudice non acquirit sibi ius patronatus, vt idem dicit art. 13. & si testator mandet construi hospitale, non potest hæres construere monasterium, nec præsentatio cadit in monasterio, vt idem ait art. 14. Hæc de fundatione, & constructione ecclesiæ.

Quo verò ad dotem ecclesiæ, dicendum dotem esse, quę datur viro propter onera matrimonij, vt perpetuò sit apud eum. l. etiam. l. si nuptura ff. de iure dot. & dos debet assignari in ecclesiæ desponsatione, sicut in carnali desponsatione, quæ ecclesia non potest desponsari duobus, vt idem dicit d. lib. 1. p. 1. q. 5. princip. art. 1. & vt dos mulieris potest consistere tum in mobilibus, tum in immobilibus, sic dos ecclesiæ, quæ & debet esse perpetua, vt ibi ait art. 2. & si dos à minore datur ecclesiæ inter viuos, vel in vltima voluntate, non requiritur decretum iudicis, vt idem ait art. 3. & si res est emphiteotica, habens in illa directum dominium, potest illam dare in dotem ecclesiæ, habens verò vtile non, nisi de consensu domini directi, cũ debeat esse libera à solutione canonis, & si ambo concurrunt, erunt ambo patroni ex dotatione, quòd si dominus vtilis de consensu domini directi illam dat in dotem, & dominium directum reseruetur ipsi domino, solus vtilis dominus erit patronus, potest tamen vtilis dominus dare in dotem talem rem ecclesiæ, non perpetuò, sed vt vendantur meliorationes, & ex ijs emantur res liberæ etiam sine consensu domini directi, quo etiam casu solus dominus vtilis acquirit ius patronatus, quod intelligitur etiam si dominium directum esset alterius ecclesiæ, quia adhuc possunt vendi meliorationes, vt ibi dicit art. 4. Similiter dos ecclesiæ non potest constitui super vsufructu quem quis habet super aliqua re, nisi vsufructus, vel ius percipiendi fructus, aut potius commoditas vendatur, & pretium detur pro dote, vt ibi dicit art. 5. Dos etiam ecclesiæ potest constitui de bonis feudalibus de consensu directi domini, vt ibi ait art. 6. quo verò ad modum dotis constituendæ, si assignetur in principio fundationis ecclesiæ, vel capellæ; si pro dote assignat quis suum debitorem, Episcopo acceptante, si debitor nõ sit soluendo, primus patronus tenebitur dotare, si verò nec patronus est soluendo, diœcesanus teneretur ad dotem qui admisit delegationẽ debitoris non sufficientis, & idem si debitor à principio fuisset soluendo, & culpa Epi factus sit non soluendo, quia distulit institutionem, & hoc si id contingit, ante ecclesiam cõsecratam; si verò post, culpa, vel negligentia Rectoris instituti, tenebitur Rector de suo dotare ecclesiam; si verò beneficium est creatum, vt quia quis delegat suum debitorem pro tot missis celebrandis, tunc non est culpa diœcesani, & si fit non soluendo sine culpa Rectoris, tenebitur patronus delegans, si verò ex culpa, vel negligentia Rectoris, ipse tenebitur, & hæc dos acquiritur stipulatione, pollicitatione, acceptilatione, & traditione, vt & dos mulieris, cum vtraque similis sit, vt ibi dicit art. 7.

3 Dos ecclesiæ qualis esse debet, & quanta.

cit art. 7. & 8. latè probat dotem ecclesiæ gaudere priuilegijs dotis mulieris, quæ ibi latè enumerat; & si lis oritur super dote ecclesiæ, si expensæ possunt exigi à victo, debent, vel à iudice non condemnante, quæ si prædictis modis haberi non possunt, Prælatus agit contra primum dotantem, cũ dos debeat esse sufficiens, qui si non est soluendo, constituatur ex fructibus: vt ibi ait art. 9. Dos verò ecclesiæ debet assignari ante affixionem primi lapidis, potest tamen Episcopus dare dilationem pro danda dote cum obligatione instrumentali, & si videt eam non sufficientem, debet requirere fideiussorem, & si Episcopus eam consecret sine dote, tenetur eam dotare, vt ibi dicit art. 10. quæ dos debet assignari de consensu diœcesani, alias non acquirit dotans ius patronatus, licet non possit reuocare donationem, qui consensus requiritur etiam si dos congrua assignetur, vt idem ait art. 11. & dotans insufficienter ecclesiam, ex illa dotatione non acquirit ius patronatus, licet dicatur benefactor, vt ibi dicit art. 12.

Dotans etiam in limine fundationis, potest sibi reseruare aliquem censum, vel seruitium de consensu diœcesani, si dos est exuberans, aliàs non, & dotans insufficienter de cõsensu Episcopi acquirit ius patronatus si suppleat dotem, aliàs non, vt ibi ait art. 13. Dans etiam pretium pro emenda dote de consensu Episcopi, fit patronus: vt ibi dicit art. 14. Et dotans ecclesiam de cõsensu Episcopi acquirit ius patronatus, licet non fundauerit, vel construxerit, iuxta communem opinionem, vt idem ait art. 15. Episcopus etiam potest de bonis ecclesiæ suæ dotare aliam ecclesiam, nouæ ecclesiæ dandò quinquagesimam, antiquæ centesimam, idque satius est facere de consensu Capituli, non potest tamen dotare aliam ecclesiam de bonis ecclesiæ suæ, vel suæ diœcesis, nec inferior Prælatus primũ etiam potest, vt idem dicit art. 16. & si clericus construit ecclesiam in suo fundo, & eam dotat de pecunia alterius ecclesiæ suæ, ambo erunt patroni, vt idem dicit art. 17. Et si quis construit, vel fundat ecclesiam sine dote, potest cogi ad eam dotandam, & si fuit etiam consecrata sine dote, primus cogetur dotare remedijs ibi positis, & sic etiam hæres eius, qui si non sunt soluendo, si consecrari fecit fundator, qui tunc erat soluendo, nõ tenetur consecrans, sed is qui fuit negligens in exigendo dotem, si verò non erat soluendo, vel etiam si erat consecrator, & non exegit ab eo instrumentalem obligationem, tenebitur consecrator; si verò non patronus, sed tertius consecrari fecit, distinguitur, vt supra, si verò nullus consecrari fecit, tenebitur patronus, & in eius defectum, consecrator; quæ dotatio si non potest fieri de bonis ecclesiæ suæ sine enormi læsione ecclesiæ, fiet de proprijs consecrantis, quæ si nõ habet, fiet de fructibus ecclesiæ, vt idem ait art. 18. Quòd si quis construit capellam, vel altare, si per se stat extra ecclesiam, si est capella curata, tenetur consecrans eam dotare, si est simplex, debet habere dotem pro victu vicarij perpetui, vel temporalis, si tamen prædicta capella ædificatur ex necessitate populi, tunc populus tenetur etiam si sit curata, & eo deficiente, Rector, & illo, Episcopus; quòd si capella, vel altare est intra ecclesiam Cathedralem, vel parochialem, vel non ædificauit de nouo capellam, vel altare, & non tenetur dotare, quia ecclesiam reparauit, vel reædificauit, vel ædificat capellam integram, vel altare vbi nũquam fuit, si vult seruire ad curam animarum, tenetur eam dotare. c. 1. de capell. monach. vel vult vt habeat Rectorem proprium, vel sacerdotem, qui ibi celebret tot diebus in hebdomada, & cogitur dare dotem pro victu Rectoris,

luminaribus,

luminaribus,& iuribus Episcopalibus, vel det dotem sufficienté pro stipendio Missarum secundùm primam institutionem, si prædicta fiant de consensu Episcopi, si verò ædificauit altare, vel ecclesiam, nil dicens de Rectore, vel Missis, tenetur dare dotem saltem pro paramentis, calicibus, & alijs necessarijs iudicio Episcopi;& ante constructionem altaris,vel capellæ,potest cogi ad dotem pro Missis ibi celebrandis, ex post facto verò, si iam est ædificata capella,vel altare sine prædictis expressionibus;cogi non potest: vt ibi ait art.19. Et casu quo quis cogitur iuxta prædicta dotare ecclesiá, capellam, vel altare, adhuc acquirit ius patronatus, vt idem dicit art.20. Dos verò,vt sæpius est dictum, debet esse sufficiens. c.placuit. 1.q.2. c.piæ mentis.16.q.7.In generali verò, debet esse sufficiens ad luminaria,ad custodiam,& ministros alendos: In particulari verò,si est monasteriú,dos sufficiens dicitur,si inde viuere possint presbiteri, diaconi, subdiaconi,cantores,& lectores, in ecclesia collegiata debet esse tanta, vt ad minus sufficiat pro duobus,& ad iura Epalia,& hospitalitatem; & oblationes non computantur in dotem, vt nec distributiones quotidianæ cóputantur in præbenda ecclesiæ Cathedralis,ita vt quarta pars sufficiat ad victum clericorum ibi seruientium,vt Archidiaconi, Archipresbyteri,& aliorum ministrorú, alia ad victum Episcopi,alia pauperibus distribuenda, alia pro fabrica, & paramentis.c.nobis.c.concesso.c.quatuor.c.de reditibus. c.cognouimus.cap. mos est.c.sancimus. 12.q.2. si est parochialis, vt sufficiat victui Rectoris,& clerici,& pro visitatoris procuratione, pro soluendis iuribus Episcopalibus, & hospitalitate seruanda, nec vis fit in oblationibus, & eleemosynis incertis, secus in decimis,& alijs obuentionibus certis; Si verò est ecclesia simplex,sat est q sufficiat Rectori, procurationibus præstandis, & iuribus Episcopalibus soluendis; nam cum non sit parochialis, non tenetur ad hospitalitatem,& potest etiam esse sine ministro cum ibi solemniter non celebretur; Si verò sunt capellæ monachorum cum cura per se,vel intra ecclesiam,idem dicendum, quod de parochialibus. Si verò sunt sine cura, idem dicendum, vt de ecclesijs simplicibus. Si verò sunt capellæ, vel altaria intus ecclesiam,si fundantur pro vno Rectore,dos debet eius victui sufficere, & parti procurationum,quæ ei contingeret cum ecclesia visitatur,& iuribus Episcopalibus pro parte sua,si verò nó habet proprium Rectorem,sed tot Missæ ibi celebrentur, debet sufficere huic oneri, si verò non est facta mentio de Rectore,vel celebrante, casu quo fundans non tenetur dotare, sufficit dos pro luminaribus,& paramentis; & licet ius patronatus non cadat in capellis in ecclesijs Mendicantium, debet tamen ibi esse dos pro luminaribus, & paramentis; & prædicta procedunt quando etiam creatur beneficium in abstracto,vt Canonicatus,& dos sufficiat Rectori;& in prædictis, vltra victum seruientium, requiritur dos etiam pro luminaribus,& paramentis.cap.nemo. c.placuit. 1.q.2. si verò quis construxit capellam,vel altare in adiutorium ecclesiæ principalis, & in remedium animæ suæ, tenebitur ecclesia principalis ad omnia. Si verò est oratorium,vel hospitale, si publicum authoritate diœcesani constructum, idem est quod de ecclesia simplici, & vlterius hospitale tenetur ad hospitalitatem; Si verò sunt priuata,non requiritur dos. Et in predictis,sufficiens dos intelligitur arbitrio boni viri,& si quis leget bona ecclesiæ quam fundauit, vel dat ea in principio constructionis, licet non exprimat, intelligitur pro dote, vnde si non sufficiunt bona, tenebitur supplere, vt idem ait art.21.

Ex prædictis colligitur, quòd fundatio ecclesiæ, constructio, & dotatio, faciunt æqualiter patronum, & maius ius non tribuit vnum, quàm aliud, vt idem ait art. 22.

An verò post ecclesiam ædificatam, dicto supra, qualiter ex fundatione, constructione, & dotatione, acquiratur ius patronatus, ex reparatione, vel noua dotatione, acquiratur ius patronatus; dicendum est, quòd dotans ecclesiam non consecratam, quæ dicitur basilica de consensu Episcopi, acquirit ius patronatus, quando est constructa sine dote, quo tamen casu debet requiri primus construens an velit dotare; si verò ecclesia est constructa, fundata, & consecrata, vel etiam capella, dotans eam de consensu Episcopi, acquirit in ea ius patronatus. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. cum deducat ecclesiam ad bene esse, cum sine dote illi seruiri nō possit; fallit tamen si quid ei det non vt dotans, sed vt benefactor; fallit etiam si primus construens vellet dotare, quia tunc ille tertius repelleretur; fallit etiā si à faciente consecrari, vel ab Episcopo cōsecratore dos haberi posset, quia tertius solum est admittendus cum prædicti deficiunt, quo tamen casu etiam primi patroni deficientes ob impotentiam remanent patroni, vbi & declarat quando faciens consecrare, vel reconsecrare teneatur dotare, & acquirat ius patronatus, & prædicta intelliguntur interueniente consensu diœcesani in dotatione, cum sine eo non acquiratur ius patronatus, vt ibi ait lib. 1. p. 1. q. 6. princ. art. 1. vbi latè id tractat. Ditans tamen ecclesiam non acquirit in ea ius patronatus, cum à principio requiratur dos sufficiens, & si datur postea, dote sufficienti constituta, dicitur dans potius benefactor, quàm dotans, cum ex tribus tantū causis acquiratur ius patronatus, scilicet fundatione, constructione, & dotatione, & non ex sex, vt ibi dicit art. 2. Sic etiam reædificans ecclesiam diruptam, non acquirit ius patronatus, nisi ecclesia egeat noua consecratione, & id fiat de consensu Episcopi, debet tñ prius requiri primus patronus ab ordinario an velit reædificare antequam admittatur tertius, & reficiens ecclesiam modo prædicto, licet non dicat causa acquirendi ius patronatus in ea, intelligitur tamen, & si Rector ecclesiæ cuius reditus erant tenuissimi, eam reædificauit de propriis facultatibus, acquirit ius patronatus hæredibus suis, non ecclesiæ, vt idem dicit art. 3. Et vbi quis reædificat ecclesiam, vt supra, erit patronus simul cum illis qui dederunt fundum, & dotem, pro tertia parte, & prius requiri debent primi, vt supra, & si in solo ecclesiæ remanent cementa, & lapides de quibus quis reædificet, erit patronus cum primo patrono, ratione constructionis, & si quis est patronus, ratione soli, constructionis, & dotis, remanet, ea reædificata, patronus, ratione soli, & dotis, si non perierunt, non autem ratione constructionis, nisi adsit materia, vt supra, vt idem ait art. 4. quòd si quis est patronus monasterij dissoluti, quod vnitum postea fuit alteri monasterio, iuxta cap. 2. de relig. domib. non erit patronus monasterij cui facta est vnio, nisi hoc esset indotatum, tunc enim patronus ratione dotis, erit patronus etiam secundi monasterij, vt & patronus ratione dotis, erit patronus ecclesiæ dirutæ alibi ædificatæ, vt ibi dicit art. 5. Ex redotatione verò si quis redotat ecclesiam in totum depauperatam, quæ in totum amisit dotem, fit patronus, primus verò nil iuris in ea habet; si verò non est in totum depauperata redotans illam volente primo, & de consensu Episcopi efficietur patronus cum eo, aliàs non, cum sit tantū benefactor: vt idem inquit art. 6. & si quis de nouo det fundum, quia primus erat alluvione

ſione ſublatus, vel de nouo reædificet eccleſiam, vel de nouo det dotem de conſenſu Epiſcopi, habet eadem priuilegia, quæ primus dans fundum, primus conſtruens, & primus dotans, vt ſcilicet in eo requiratur conſenſus ordinarij, & quòd eo volente omnia expedire, extraneus non admittatur, & quòd plures poſſint eſſe patroni, ſi plures dent fundum, vel conſtruunt, vel redotent, & quòd fundator, & conſtructor teneantur eccleſiam dotare, & cogi poſſint, & quòd prędicta facientes, licet non ſibi in ſpecie reſeruent ius patronatus, intelligitur tamen ex ſe, vt idem ait art.7. quòd ſi quis in eccleſia iam conſtructa, & dotata, & conſecrata, erigit vnam præbendam in abſtracto, dignitatem, vel beneficium, illam dotando de cóſenſu Epiſcopi, acquiret in illo beneficio ius patronatus, & poterit præſentare ad illud, & ſi ſtatus eccleſiæ mutatur, requiritur etiam conſenſus Capituli, vt inquit idem art.8.

An verò omnes perſonæ, quę fundant eccleſiam, conſtruunt, vel dotant, acquirant ius patronatus in ea, dicto ſuperius ex prædictis tribus acquiri ius patronatus, & primò an mulier, ſi faciat prædicta, vel aliquid eorum, dicendum eſt, quòd ſic, vt ſuccedat in iure patronato, quod etiam ſi pertinet vniuerſitati, virgines, & viduæ ſunt vocandæ: vt idem ait d.lib.1.p.1. q.7.princip.art.2.vbi & latè dicit, quæ fœminis ſint prohibita. Secundò, dicendum, quòd Iudæi non acquirunt ius patronatus eccleſiarum. c. piæ mentis. 16.q.7.vt ibi dicit art.3 vbi & ait, quæ liceant Iudæis. Tertiò, hæretici etiam non acquirunt ius patronatus, vt ibi latè probat art.4. vbi & enumerat multa mala hæreticorum, ſic etiam qui credunt erroribus hæreticorũ, non acquirunt ius patronatus, ſi verò fuerint credentes, fautoreſve hæreticorum intra annum acquirunt ius patronatus, ſed cum ſint excommuniti non poſſunt præſentare, poſt annum verò non acquirunt, niſi intra illum ſatisfecerint, cum ſic ſint infames. c.pen. c.excommunicamus. §.credentes. c.fi.de hæret. vt idem ait art.5. Schiſmatus etiam, qui ſe diuidit ab vnitate eccleſiæ, tali ſchiſmate, quòd ſapit hæreſim, non acquirit ius patronatus, ſi tamen redit ad vnitatem eccleſiæ, & admittitur ab illa, recuperabit ius patronatus quod fundauit in ſchiſmate, vt idem dicit art.6. vbi & ponit diuerſas ſpecies ſchiſmaticorum; apoſtata etiam in caſu quo cenſetur vt hæreticus, non acquirit ius patronatus, ſi verò ſit excommunicatus ſolum, ſecus, vt idem ait art.7. Infames etiam infamia iuris, vel facti acquirunt ius patronatus habitu, non autem adminiſtratione, vt ibi ait art.8. vbi & dicit, qui dicantur tales, & caſu quo Iudæus, hæreticus, vel alius prohibitus acquirere ius patronatus ſundet eccleſiam, ſi non habet compatronos, eccleſia remanebit libera, vt idem dicit art.9. Excommunicatus etiam ante factum non acquirit ius patronatus, poſt factum verò ſic, idest non admittendus eſt ad patronatum, & eccleſiam fabricandam, admiſſus tamen poſt abſolutionem, erit patronus, vt idem ait art.10. vbi & dicit, quæ prohibeatur excommunicato, & ſic excommunicatus habet ius patronatus ante abſolutionem, ſed non poteſt illum exercere, niſi obtenta abſolutione. Schiſmaticus etiam conuerſus ad vnitatem eccleſiæ, recuperabit illud, vt ſupra, & Iudæus conuerſus, ſi ex bonis licitis conſtruxit eccleſiam, nec Epiſcopus in ea, vt libera, aliquem ante inſtituit, hæreticus tamen conuerſus ad fidem illud non recuperat, fautores etiam hæreticorum, ſi non reputantur hæretici, conuerſi id acquirent, ſecus ſi habeantur vt hæretici, vt ibi dicit art.11. Simoniacus etiam quò ad habitum acquiret ius patronatus, ſed

sed non quò ad exercitium dum perstat in simonia, vt idé ait art. 12. Illegitimè tamen natus, & meretrix sunt capaces iuris patronatus, vt idem dicit art. 13. pupillus etiam est capax iuris patronatus, ante septennium tamen non potest præsentare, vt idem dicit art. 14. Persona etiam ficta, vt vniuersitas, ciuitas, capitulum, collegium, potest acquirere ius patronatus, quod intelligitur quando ecclesia est fundata, constructa, vel dotata nomine vniuersitatis, secus si ex eleemosynis particularium, quia tunc dicuntur tales benefactores, nec acquirunt ius patronatus, vt idem ait art. 15.

An verò construentes, fundantes, vel dotantes, in fundo non suo, pecunia non sua, & huiusmodi, acquirant ius patronatus, dicendum in specie, Primò, quòd ecclesia matrix, vel parochialis, non dicitur patrona ecclesiæ situatæ infra eius parochiam, nisi dederit fundum, construxerit, vel dotauerit de bonis suis, & dotem assignauerit tempore constructionis, & non quòd sint oblationes pro dote, nisi id habeatur ex priuilegio, vel præscriptione: vt idem ait d. lib. 1. p. 1. q. 8. princ. art. 1. Sic etiam Episcopus non est patronus ecclesiæ fundatæ in eius diœcesi, nisi dederit fundum, construxerit, vel dotauerit, quæ si facit etiam in aliena diœcesi, si de fructibus suæ ecclesiæ, ipsa erit patrona, si de proprijs bonis, eius hæredes, vt idem ait art. 2. Nec Legatus etiam de latere acquirit ius patronatus in ecclesijs sitis infra limites suæ legationis, vt idem dicit art. 3. Papa etiam non est patronus ecclesiarum, quæ sitæ sunt in toto orbe, potest tamen dici habere ius patronatus, ratione supremi dominij quod habet in tota ecclesia, & prouidere de ecclesia patronata sine præsentatione patroni, vt idem dicit art. 4. Populus etiam vel parochiani ex eo q; sunt parochiani, non sunt patroni ecclesiæ sitę ibidem, nisi eam fundarint, construxerint, vel dotarint nomine vniuersitatis, & non eleemosynaliter; & si populus est in quasi possessione presentandi præsumitur id fecisse de consensu Episcopi, vt idem ait art. 5. & si quis construit capellam, vel altare intra ecclesiam, ipsa ecclesia ratione fundi, erit patrona cum eo, & si ecclesia propria id facit, vel alibi in fundo suo construit ecclesiam, ob populi multitudinem, poterit ibi ponere vicarium, & erit Rector vtriusq; vt idem dicit art. 6. Et si Prælatus, vel Rector ecclesiæ, vel alius de redditibus ecclesiæ construit ecclesiam, capellam, vel altare, non ipse, sed ecclesia erit patrona, nisi de proprijs bonis dotauerit, & in dubio præsumitur, q; de bonis ecclesiæ, nisi probetur eum aliundè quæsiuisse, licet ecclesia sit etiam tenuis reditus, vt ibi ait art. 7. vbi latè id examinat. Feudatarius verò si construit ecclesiam, aut dotauit, vel id fecit de bonis feudi, & tunc si id fecit de consensu domini, patronatus erit eius ad quem transit feudum, si verò id fecit domino inscio, non valet dimébratio bonorum feudi eo inscio, vnde si consensit, patronatus erit eius qui habebit feudum, sin minus non tenebit dotatio, licet constructio teneat, & ratione constructionis, dominus feudi erit patronus. Si verò vassallus construxit, vel dotauit de fructibus feudi in fundo feudi, successor in feudo ratione fundi, & hæredes construentes, ratione constructionis, & dotis erunt simul patroni, vt idem ait art. 8. si verò constituti in aliena potestate, vt monachus, seruus, vel filius construunt, vel dotant ecclesiam, si quidem sit monachus, qui prædicta faciat, patronatum acquirit monasterio, & similiter seruus domino, & filiusfamilias patri, nisi id faciat ex bonis castrensibus, quia sic ibi est vt paterfamilias, in bonis verò aduentitijs ante factum prohiberi potest à patre, cum in illis habeat vsufructum, post factum verò

patro-

atronatus erit filij, cum proprietas dictorum bonorum sit eius, & si vxor prędicta facit de bonis acquisitis in domo viri, acquirit patronatum viro, non sibi, vt idem ait art. 9. Meretrix etiam prædicta faciens de bonis quæsitis ex meretricio, acquirit ius patronatus, sed carebit eius exercitio, donec pœnituerit, cum ante sit infamis, vt idem dicit art. 10. Et generaliter, si quis prædicta faciat de illicitè quæsitis, si quidem in eum transit dominiū dictorum bonorū, acquirit sibi ius patronatus, vt proximè est dictum. arg. c. fi. 14. q. 5. Si verò non transit in eum illorum dñium, & tenetur vlterius restituere, vt in furto, & rapina, sic non potest de ijs cōstrui, vel dotari ecclesia, vel fieri eleemosyna, vt ibi ait art. 11. nec ex pretio rei vsurarię ex se nascenti, nisi ex pretio vsuræ aliquid ex industria acquireretur, vt ibi dicit art. 12. modo vt supra, si verò is cōstruit, vel dotat, qui non potest construere, vel dotare, vt quia excommunicatus, infamis, dictum est supra, ꝙ tenet constructio, & acquiritur patronatus, sed eius exercitium aufertur, nisi sublatis ijs impedimentis, vt idem dicit art. 13. Et si ecclesia est constructa, vel dotata de malè quæsitis, per hoc non debet destrui, sed Episcopus si eam consecrauit sine dote, tenetur eam dotare, vbi non potest haberi recursus ad construentem, vel facientem consecrari, iuxta dicta supra, vt ibi dicit art. 14. & vbi ecclesia est fundata, constructa, vel dotata de malè quęsitis, si is cui bona sunt subtracta, consensit constructioni, vel eam ratam habet, illi acquiritur ius patronatus, si verò non ratificat, sed vult æstimationem, si qui subtraxit eam dat, acquiret ius patronatus, si verò faciens consecrare illam soluit certo domino, is id acquirit, si verò Episcopus soluit æstimationem, si de bonis ecclesiæ suæ, ipsa ecclesia erit patronata, si de bonis proprijs, eius hæredes, & ipsæ, vt ibi ait art. 15.

An verò fundantes, construentes, vel dotantes ecclesiam, vel capellam in limine fundationis possint sibi aliquid reseruare pecuniæ, vel seruitij, vel aliquam conditionem apponere, idem declarat d. lib. 1. p. 1. q. 9. princ. art. 1. vbi dicit, quòd fundator potest apponere in fundatione quascunque conditiones iuri communi consonas, non tamen potest facere reseruationes, vel conditiones apponere, quæ disponerent de spiritualibus, vel sint cōtra ius commune, potest tamen facere reseruationes, & apponere conditiones, etiā si disponerent circa ordinem spiritualium, & essent contra ius commune de consensu diœcesani; vnde potest statuere certum numerum clericorum, qui in ecclesia esse debeant iuxta eius facultates, quas conclusiones ibi latè ampliat, & declarat, & restringit, dicens, posse apponi conditionem, ꝙ illa ecclesia sit alteri subiecta, & eligatur Abbas de alia ecclesia, & quòd etiam patronus laicus habeat custodiam ecclesię vacantis, etiam si per hanc reseruationem minuerentur iura Episcopalia, & etiam si fieret diuisio bonorum monasterij inter monasterium, & Abbatem, & etiam si reseruetur pensio, seruitiumve, & etiam si habeat quòd confirmatio Prælati non spectet ad Episcopum, sed ad alium, & quòd institutio non pertineat ad Episcopum, sed inferiorem Prælatum, & etiam quòd non requiratur institutio sacerdotis, sed sacerdos in vltimo spiritu possit sibi eligere successorē, & etiam quòd patronus possit mutare præsentatos quoties sibi videtur, & institutos mutare, & prædicta, si persona fundans sit ecclesiastica, etiam procedunt, de cōsensu tamen Episcopi, & etiam quòd patronus possit pręsentare in ecclesia collegiata, & quòd patronus ecclesiasticus eligat cū clericis in ecclesia collegiata, & quòd in ecclesia monialium patronus possit

præsen-

præsentare moniales in Abbatissas instituendas, & etiam quòd prorogetur tempus datum ad præsentandum, vel abbreuietur, & si ponatur modus circa Missas dicendas, & quòd beneficium conferatur tantum ijs de consanguinitate, vel suo genere, vbi prædicta declarat, & restringit regulam; potest etiam de consensu Episcopi, & Capituli, reseruari potestas eligendi, mutandi, & permutandi capellanos de gremio ecclesiæ existentes, vt idem ait art. 2. quod verò dictum est apponi posse conditionem in limine fundationis, q̃ nulla requiratur institutio, sed sacerdos in vltimo spiritu possit sibi eligere successorem, intelligitur in præsentatione quæ fit per ecclesiasticos, quia tunc illa præsentatio habebit locum præsentationis, & institutionis, nõ autem in illa præsentatione quæ fit per laicum, quia sic etiam de consensu Episcopi fieri non potest, vt nulla requiratur institutio, vt ibi dicit art. 3. quòd si patronus apponit conditiones in fundatione, & vlterius pœnam apponit, vt si prædicta non obseruentur res tradita redeat ad alios vsus, maximè prophanos, si illa conditio est contra ius cõmune sine consensu Episcopi apposita, pœna reijcitur, & tenebit fundatio, si verò Eps consentit, tunc conditio apposita, vel est secundùm ius commune, & tunc vel pœna apponitur in traditione sacrarum rerum, vel dotis, vel rerum prophanarum, non tamen nomine dotis; primo casu, vel pœna est, vt illa res ad ecclesiam reuertatur, & valet, si verò vt res sacra, veluti calices, &c. reuertantur ad vsum prophanum, & reijcitur pœna, ac dispositio tenet; Secundo casu, vel dotatio fit à coacto dotare, & sic pœna non tenet, si verò à voluntario, & non potest reuerti ad fundantem, vel construentem, &c. & pœna valet, sic tamen, vt non reuertatur dos ad vsus prophanos, nec ecclesia maneat indotata, cum nec à principio sic potuerit ponere onus; In tertio casu poterit poni conditio, qua nõ seruata, bona reuertantur etiam ad hæredes, si non sunt data in dotem, vt ait ibi art 4.

An verò ius patronatus ex prædictis competat in omnibus ecclesijs, & locis; Dicendum est, quòd potest acquiri in omnibus ecclesijs, capellis, altaribus, & pijs locis, ex fundatione, dotatione, constructione priuilegio Papæ, & etiam in beneficijs in abstracto consistentibus in reditibus aliquibus sine capella, vel ecclesia, vt idem ait d.lib. 1. p. 1. q. 11. princip. art. 1. & etiam potest haberi in ecclesijs Cathedralibus per Reges, & laicos alios, etiam in beneficijs ibi existentibus, per alios fructus iuris patronatus, non tamen quò ad præsentationem Episcopi, qui eligitur à Papa in collegio Cardinalium, vt nec Imperator habet ius præsentandi Papam, licet Reges ex priuilegio Papæ quandoque habeant nominationem in Cathedralibus, vt idem dicit art. 2. In ecclesia etiam collegiata, laico acquiri potest ius patronatus in omnibus, præterquam quò ad præsentationem Rectoris ex constructione, fundatione, vel dotatione; si verò id habet ex priuilegio Papæ, de eius consensu potest eligere, & præsentare Rectorem, vt idem dicit art. 3. In monasterijs etiam laico id potest competere in omnibus, excepto iure præsentandi, vt ait idem art. 4. In plebanatu etiam vel parochiali, & capella potest competere ius patronatus, vt idem dicit art. 5. & 6. non tamen in capellis Mendicantium, nec Religiosorum, quò ad præsentationem clerici secularis, nisi de eorum voluntate, poterit tamen ibi præsentare regularé vt ibi dicit art. 7. & in altari ex constructione, vel dotatione in ecclesia dotata, & cõsecrata, & etiam in altari portatili, vt eo quis vti possit, quod tamen hodie non conceditur extra ecclesiam, vt dixi tract. de Ecclesijs; &

etiam

etiam in basilica ante constructionem, vt ibi ait art.9.& 10. & etiam in hospitali si est religiosum, secus si priuatum, vt ait ibi art. 11. & etiam in oratorio, si sit publicum, secus si priuatum, vt quia non habeat formam ecclesiæ cum campanili,& huiusmodi, vt idem dicit art.12. Non tamen cadit ius patronatus in sepulchro, idem ibi art.13. Cadit etiam in collegio scholarium, quò ad electionem scholarium, vt ibi alantur, vt ait ibi art. 14. & etiam in sedilibus in ecclesia affixis, & in archis in sacristia extātibus, quæ ibi poni nō possunt, nisi de Episcopi consensu, vt idem dicit art.vlt. Verius tamen est, quòd in sedilibus, & archis non cadat ius patronatus, cum nec præscribi possint, cum iuris publici sint ad vsum ecclesiam adeuntium, & primò eas occupantium, vt dixi tract.de Eccles.& in nullius priuati bonis. arg.§.nullius.Instit.de rerum diu.

Notandum etiam est singulariter posse aliquem esse patronum alicuius ecclesiæ,& non habere ius præsentandi Prælatum ipsius, vt quia Papa reseruet sibi electionem illius, cum multa alia iura habeat patronus ecclesiæ vltra ius præsentandi Rectorem, vel beneficiatum ipsius.d.cap.piæ mentis. 16.q.7. c.præterea 2. de Iure patr. not.Nau.cons.2.nu.16. de Iure patron. Regulariter tamen habet is ius patronatus in ecclesia, & inde ius præsentandi in ea.

Ex priuilegio etiam Papæ acquiritur ius patronatus, nam Papa potest alicui concedere ius præsentandi in aliqua ecclesia, vt ait Abb.cons. 28. & etiam ius eligendi,& conferendi puris laicis, vt inquit glo.in sum. 16.q.7. vt dicit idem Lambert.d.lib. 1.q.10.princ. art.2.vbi ait, quæ Papa possit, & iste patronus ex priuilegio Papæ censetur ecclesiasticus in eius damnum, quia Papa,& Legatus potest de eo beneficio disponere, censetur tamen laicus, quia habet tantum quatuor menses ad præsentandum, poterit tamen variare, vt idem ait art.3. Ius tamen patronatus non potest acquiri ex priuilegio Episcopi etiam cum consensu Capituli. Abb.in cons.106. si tamen ecclesia reperitur indotata consecrata,& laicus eam dotat de cōsensu Episcopi efficietur eius patronus priuilegiatiuus, vt idem ait art. 5.

4 Ius patronatus an acqratur ex prescriptione, & quomodo.

Vlterius acquiritur etiam ius patronatus ex præscriptione, in quo notandum, quòd in ecclesia libera per laicos non potest ius patronatus præscribi, cum ius patronatus gratiosè habeatur ex fundatione, dotatione, vel constructione, ergo per solam possessionem nil agitur, cū requiratur à principio titulus, & bona fides, quæ requiritur ad præscriptionem.c.1.de præscript.in 6. quod procedit etiam si sint parochiani illius ecclesiæ, & etiam quòd essent in quasi possessione præsentandi per spatium quadraginta annorum,& etiam si esset facta præscriptio ex titulo, sed nō sufficiente etiam per sexaginta annos, & etiam septuaginta, & etiam tanti temporis, cuius initii memoria non extaret, & etiam si ecclesia erat patronata, & apparet postea esse effecta libera, prædictis enim casibus non currit præscriptio.

Limitatur tamen si sit præscriptio temporis, cuius initij memoria non extet, cum allegatione tituli iuris patronatus prouenītis ex fundatione, dotatione, constructione, vel priuilegio Papæ, nisi appareret ecclesiam esse liberam, vel liberatam à patrono, ex cursu enim temporis præscribitur nō ius patronatus, sed possessio præsentandi Rebuff.in praxi, tit.de præsent.& instit. nu.23. Dec.cons.124. vt etiam præscribitur præscripta villa cui ius patronatus est annexum, contra patronum verò præscribitur quadraginta annis. Rochus de Iure patron. quæst.36.& in antiquis probatur per ta-

mani. Boerius decis. quadragesimasecunda, num. 32.

Secundò, limitatur, vt procedat in puris laicis, nam personæ ecclesiasticæ possunt spatio quadraginta annorum, cum bona fide, ius patronatus præscribere, conuersi tamen regulares id possunt præscribere.

Limitatur tertiò, quò ad præsentantes, nam præsentatus ad instantiam eorum, qui erant in quasi possessione præsentandi, institutus erit tutus, licèt postea appareat populum non esse patronum. c. querelam. de elect.

Limitatur quartò, si laicus de per se vellet præscribere ius patronatus, quia cum vniuersitate bonorum, in qua sit ius patronatus, id poterit; & licèt laicus ius patronatus non possit præscribere in ecclesia libera, id tamé potest in ecclesia patronata alterius laici; potest etiam populus præscribere, licèt non ius præsentandi, at bene ius petendi suppliciter Rectorem in eius ecclesia, vt ibi ait Lambert. art. 5.

Quod verò dicitur ius patronatus cum vniuersitate bonorum posse præscribi, si ecclesia libera est non potest præscribi, secus si sit patronata, & sit cum vniuersitate bonorum eius cuius est vniuersitas, vt idem ait art. 6.

Ecclesia tamen vna potest præscribere ius patronatus, & præsentandi Rectorem, in alia ecclesia etiam libera per spatium quadraginta annorum, cum bona fide, vt idem dicit art. 7. Poterit tamen populus præscribere ius petendi suppliciter Rectorem, & si sit tanti temporis, cuius initij memoria non extat, Episcopus non poterit præsentatum recusare, cum sic præsumatur titulus, vel priuilegium, vt ibi dicit art. 8. oportet verò vt præscriptione hoc ius acquiratur, quòd præsentatio sit facta bona fide, & sit admissa, & secuta institutio. Dec. cons. 129. & acquiritur etiam vnica vltima præsentatione, institutione secuta, eius quasi possessio. Dec. cons. 126. 127. & 134. & id acquirunt, modo, vt supra, ex tali actu etiam parochiani, & populus, licèt sint magis suspecti, & attenditur is qui vltimo præsentauit. c. cum in ecclesia. de causa poss. Dec. cons. 117. & oportet, quòd is actus non fiat necessitate, vel gratia, sed causa acquirendi ius patronatus. Innoc. in cap. bonæ. de postul. prælat.

5 Ius patronatus an acquiratur p translationem, & quomodo.

Præterea per translationem acquiritur ius patronatus, vel præsentandi, nam per translationem de vno in alium ius patronatus acquiritur, quæ translatio fit donatione, permutatione, venditione, cum vniuersitate bonorum, successione, vt ait glo. in d. c. piæ mentis. 16. q. 7. & alijs modis infra dicendis: vt inquit idem Lambert. d. lib. 1. p. 2. q. 1. princ. art. 1. Et cum ius patronatus transfertur in alium, non requiritur consensus Episcopi, si transfertur cum vniuersitate bonorum. c. ex literis. de Iure patr. nec cum transfertur de per se in ecclesiam, vel locum religiosum, secus quando transfertur in laicum ex contractu inter viuos; Nec etiam requiritur cōsensus Episcopi, cum ius patronatus transfertur de per se in ecclesiam, vel locum religiosum ex vltima voluntate, secus si transfertur in laicum, vel clericum proprio nomine recipientem, quia tunc requiritur consensus Episcopi, vt ibi ait art. 2. vbi & ponit rationem diuersitatis, non tamen requiritur consensus Episcopi in translatione vniuersitatis bonorum, in qua est ius patronatus; si verò id nō est verè vniuersum, vel si est vniuersum, nō transfertur sine traditione cuiuslibet in eo existentis, & nō transit ius patronatus cum illo vniuerso titulo oneroso cum consensu, vel sine consensu Episcopi, titulo verò lucratiuo non transit in laicum, vel clericum nomine proprio accipientem sine consensu Episcopi, vt per legatum, vel donationem, in ecclesiā

verò,

verò, vel locum religiosum valet translatio sine consensu Episcopi; ideò autem prædictis casibus requiritur consensus Episcopi, quia transit in illum qui nec fundauit, nec cōstruxit, nec dotauit ecclesiam, per translationem, & in laicum qui incapax est iuris spiritualis. c. seruandum. de iudic. c. omnes: 16. q. 7. ideò requiritur consensus Episcopi, qui suppleat omnia prædicta, vt idem ait art. 3. & 4. sufficit tamen consensus inferioris Episcopo habentis iura Episcopalia in translatione, vt & sufficit in creatione ipsius, vt idem dicit art. 5. non requiritur tamen consensus Capituli in translatione, vel donatione iuris patronatus, sed sufficit Episcopi consensus, vt idem dicit art. 6. qui consensus, vt in creatione, sic in translatione iuris patronatus requiritur expressus non tacitus, nisi translato patronatu sine eius consensu per donationem illam Episcopus admittat, vt donatariam, vt idem ait art. 7. & si reperitur legatum, vel donatio iuris patronatus facta, & donatarius est in quasi possessione præsentandi, præsumitur consensum Episcopi interuenisse, vt inquit idem art. 8. an verò requiratur consensus Episcopi in donatione, legato, vel concessione ecclesiæ, si id faciens, nullum ius habebat in ea nil agit. c. daibertum 7. q. 1. similiter, nec si per potentiam eam occuparat, non iure retinebat, de consensu tamen Episcopi eam donando loco religioso, tenet donatio, quia dat illam detentionem, non ius patronatus, quod non habebat, si verò laicus est patronus, & vlterius tenet occupatam ecclesiam, quam donat loco religioso de consensu Episcopi, tenebit donatio, sine consensu verò Episcopi non. Si verò est patronus, & non detinet ecclesiam, & intendit donare solum ecclesiam, non valet etiam de consensu Episcopi, si verò laicus patronus intendit donare ius patronatus sine consensu Episcopi, id potest loco religioso; quòd si est patronus, & ecclesiam detinet de facto, & donat, nec apparet quod horum fiat, si concedit ecclesiam, cum consensu Episcopi transfert etiam ius patronatus; sine eo vero non transfertur ius patronatus, sed sola ecclesia. Vel laicus dat ecclesiam alicui qui canonicè est institutus, & ea non vacante vult eam dare alicui, vel loco religioso, & si vult dare clerico non potest, vel loco religioso, & valet de consensu Episcopi, & instituti, vel si laicus habet ius patronatus, & non ecclesiam, & transfert ecclesiam, intelligitur transferre tantum ius patronatus, vel donare; quòd si Episcopus donat ecclesiam loco religioso de consensu patroni, vel patronus laicus de consensu Episcopi, videtur donata ecclesia, excepto cathedratico, & iure patronato; quòd si laicus fundator ecclesiæ, illam non consecratam, sed constructam vult donare loco religioso, cum patronatu, si vult donare patronatum, non requiritur consensus Episcopi, si verò ecclesiam, requiritur consensus Episcopi, vt idem ait art. 9.

6 Ius patronatus an transferri possit per legatū, donationem, testamentum, & vt & qūo per successionem.

In specie verò, dicto supra in generali ius patronatus posse transferri titulo singulari, vt donationis, vel legati, idem transferri potest in ecclesiam, vel pium locum titulo donationis, cū consensu Episcopi. c. quod autē. c. nullus. c. præterea. 2. de Iure patr. cap. vnico. eod. in 6. & quando transfertur in laicum, ecclesiam, vel pium locum, non requiritur consensus Episcopi, vt quando transfert in laicum. c. nemini. 16. q. 7. & d. cap. vnico. eod. in 6. ideò autem primo casu, requiritur cōsensus Episcopi, quia laici solent magis grauare ecclesiam, quam clerici, vel religiosi, vt idem ait art 10. ecclesia tñ donari non potest pio loco, nisi de consensu Episcopi, licèt secus sit in iure patronato, tamen donatio illa lapsu magni temporis, & sic præscri-

ptione firmatur, vt idem ait art. 11. vbi etiã explicat quid sufficiat in præscriptione, si etiam ius patronatus donatur compatrono laico in testamento, non requiritur consensus Episcopi, quia cessat suspitio simoniæ, si verò per donationem, debet interuenire, vt cognoscat an interuenerit simonia, nisi sint fratres, vel coniuncti in stricto gradu, in quibus nõ præsumitur simonia, vt idem dicit art. 12. vbi & ait, quomodo puniatur simonia in patronatus, & quæ spiritualitas sit ibi, scilicet iuris præsentandi. Requiritur etiam consensus Episcopi quando patronatus transfertur titulo singulari in clericum nomine proprio, & ex coniecturis conijcitur an intuitu ecclesiæ, vel personæ sit facta ista donatio clerico, vt not. in c. quoniam Abbas de offic. deleg. & si fit sine consensu Episcopi, præsumitur intuitu ecclesiæ, vt idem dicit art. 13. Et quod dicitur de consensu Episcopi, intelligitur de Episcopo loci, in quo est ius patronatus, non loci transferentis, vel donatarij, & idem in creatione, vt ibi dicit art. 14. Et si patronus donat ius patronatus ipsi ecclesiæ patronatæ per hoc efficitur libera, & si sit capella patronata intus ecclesiam alterius, Rector illius cui est donatum ius patronatus præsentabit, vt idem ait art. 15. & si consensus Episcopi debitus nõ interuenit in ipsa translatione, sed post, si laicus detinens ecclesiam, eam donat pio loco, sufficit Episcopi consensus subsequens. c. curam. c. suggestum. eod. si verò transfertur à laico in laicum, sufficit etiam quod post, cum in isto casu non requiratur licentia, non mandatum, non consilium, non authoritas, non consensus iudicialis, vel sapiens authoritatem, sed tantum consensus efficiens, vt idem dicit art. 16. vbi & tradit quibus casibus consensus requiratur ante factum, vel sufficiat, quod post interueniat, quòd si quis donet laico ius patronatus sine consensu Episcopi, si postea Episcopus consentit mortuo donatore, eius consensus non validat donationẽ in præiudicium hæredis; si verò laicus donat ecclesiam pio loco, consensus Episcopi potest interuenire etiam post mortem donatoris in preiudicium eius hæredum, vt ibi ait ar. 17. quòd si ius patronatus est donatum, vel legatum alteri sine consensu Episcopi, & mortuo testatore hæres donat id ius patronatus vni ecclesiæ, legatarius alteri, in quibus donationibus non requiritur consensus Episcopi, in legatario non valet eius donatio etiam pio loco facta, sed valet illa hæredis, si verò fit à legatario, approbatio Episcopi sequens illam conualidabit, vt idem ait art. 18. & si patronus transtulit per legatum, vel donationem ius patronatus in laicum sine consensu Episcopi, & alteri postea cum consensu Episcopi, tenet secunda donatio, si verò in vtraque interuenit consensus Episcopi, tenebit prima, etiam si secundus esset in possessione, & idem si facta prima donatione sine cõsensu, antequam fiat secundo superuenit consensus, & si prima est facta sine cõsensu Episcopi, poterit secundo legare, vel donare cum consensu, & tenebit secunda, vt ibi dicit art. 19. Quòd si ordinarius non vult consentire legato, vel donationi quæ fit laico de ecclesia, loco religioso, vel iure patronato sine causa, potest adiri superior qui illum compellat ad consentiendum, vel ipse poterit consentire. c. nullus. de Iure patr. si non habet causam legitimam recusandi, Archiepiscopus tamen non potest consentire Episcopo recusante, sed eũ compellet, & si Episcopus abest, vel alius eius loco, qui habet consentire, & cogi non potest, nec adiri superior, & periculum sit in mora, potest actus sine eo expediri, & si habens consentire iustis ex causis non vult, & superior aditus non vult eum audire, potest appellare, & superior adiri po-

ri potest, etiam si habens consentire sit negligens, vel si interrogatus obmutescat, & superior habebit præfigere terminum intra quem consentiat, & superior aditur per viam querelæ, non appellationis, Archiepiscopus etiã ob aliquod bonum emergens, potest consentire vbi Episcopus non vult; & alijs casibus à iure expressis, si verò inferior Episcopo habet consentire, & recusat, Episcopus potest eum cogere, vel ipse consentire, si tamen donatur, vel legatur ius patronatus laico, & non interuenit consensus Episcopi in actu, & moritur donaror, vel legans, non poterit cogi Episcopus ad consentiendum, nec ipse consentire, nisi consensus sit missus in casu necessitatis, quia actus sic valuit, vt idem ait art.20. quòd si Episcopus nõ vult consentire legato, vel donationi factæ de iure patronato laico, nec per superiorem cogi potest, quia illi non paret, nec potest ipse superior consentire, ius patronatus remanebit apud legantem, post mortem verò eius donantisve remaneret apud hæredem donantis secundùm aliquos, melius est tamen dicendum remanere apud donatarium, vel legatarium, vt inquit idem art.21. in casu præsenti.

Quo verò ad tempus in quo ius patronatus incipit competere illi in quem est translatum titulo habili, si ex successione, in extraneis à die aditæ hæreditatis, in suis verò a die qua hæreditati se miscuere, in contractibus verò à tempore contractus perfecti quando transfertur cum vniuersitate, si verò transfertur titulo particulari, post consensum Episcopi, in legato, donatione, &c. vel ante, vel post actum interueniat, ex nunc, non prout ex tunc, nisi casus necessitatis immineat, cũ sic actus valeat sine prædicto consensu, vel si Episcopus noluit consentire, si aditur superior, si Episcopus non vult obedire, legatarius, & donatarius erunt sub spe obtinendi consensum à Papa qui superueniens validabit actum ex tunc, vt idem ait art.22. quòd si ius patronatus transfertur in plures titulo habili, transibit in quemlibet in solidum, vt idem dicit art.23.

Quo verò ad translationem iuris patronatus in hæredes ius patronatus transit ad hæredes per stirpes, & non per capita. clem. plures. de Iure patr. & transit ad quemlibet hæredem in solidum, etiam si ex diuersis, & inæqualibus partibus sint hæredes, & est communis opinio, nisi in locis, vbi aliter se habet consuetudo, nam ius patronatus est in se indiuisibile, respectu tamen successionis est diuisibile, vnde si quis vni relinquat tertiam partem hæreditatis, alij duas partes, vel vni leget, vel donet tertiam partem iuris patronatus, alij duas, vel vni vendit vnam partem villæ in qua habet ius patronatus, alij duas partes, apud quemlibet ius patronatus transit in solidum: vt ait glo. in c.1. eod. & idem est de iuribus sepulchrorum, quò ad successores, vt idem dicit art.24. Et sic ius patronatus in successione, donatione, legato, & huiusmodi, transit in hæredem, donatarium, vel legatarium per stirpes, non per capita. d. clem. plures. vt ibi ait art.21. & hæc est communis opinio, quæ clem. habet locum nõ solum in pluribus hæredibus, sed etiam omni casu, quo ex alijs titulis ius patronatus transfertur in plures, & etiam in hęredibus ex testamento, & ab intestato, vel sint sui, vel extranei, masculi, vel fœminæ, & si ius patronatus spectat ad collegium, omnes de collegio pręsentent per capita, si verò spectat ad duo collegia, habet locum. d. clem. quia omnes de vno collegio, erunt loco vnius collegij, & sic de alio, & maior pars vnius collegij faciet vnam vocem reiecta minori, & sic de alio, vt ait Card. in d. clem. & not. ibi art.25. quæ successio per stir-

pes,

pes, non per capita habet locum non solum in descendentibus à pluribus patronis, sed etiam in collateralibus, idque tam in successione, quàm alijs titulis translationis iuris patronatus, si tamen à principio vnus sit patronus ecclesiæ, qui decedat relictis pluribus hæredibus, habentur loco vnius, & succedunt per capita, & quilibet eorum habet vnam vocem, sed si vnus ex his hæredibus, vel patronis decedat, vel omnes, & quilibet eorum relinquat hæredes, successio in iure patronato, fit in stirpes, & sic hæredes vnius habebuntur pro vno, & vnam tantù vocem habebunt, & idem quando plures à principio sunt patroni, quia eorum hæredes succedunt in stirpes, vt idem ait art.26. quòd si plures sint hæredes vnius qui inter se discordant, ad vocem perficiendam, requiritur maior pars eorum, nec sufficit maior pars respectu minorũ, & idem in pluribus emptoribus, donatarijs, vel legatarijs, vnde si vnus patronus primus adhuc viuat, habebit vnã vocem, & hi omnes vnam tantum, vt idem dicit art.27. quòd si testator aliquibus sub nomine collectiuo, alteri singulari personæ legat, vel donat ius patronatus, puta collegio tali, & tali personæ, scilicet Petro, tantum ius habebit Petrus, quantum totum collegium. l. fin. C. de impub. nisi aliter pateat mens testatoris, quia tunc collegium non haberetur pro vno, vt quia vtatur verbo distributiuo, & idem si testator vtatur verbo denotante q singulariter sint patroni omnes qui sunt de vna stirpe, tũc enim succedunt per capita, quando verò legatur aliquibus ius patronatus coniunctim per copulam, &, vel, etiam, tunc decidendum est iuxta l. liber homo. § titius. ff. de hæred. instit. vt si purè sint coniuncti æqualiter succedant, & si quis dicit Titio eum ecclesia mea iuris patronatus, lego fundum, legatum censetur factum Titio de vtroque, si tamen apparent signa, quòd sic testator voluerit, vt quia consensus Episcopi interuenerit, vel sit petitus, vt idem ait art. 28. & si sunt quatuor patroni, & vnus transfert ius patronatus suum in alium ex eis, ille in quem est facta translatio iuris patronatus habebit portionem dicti iuris sui, & etiam portionem transferentis, vt inquit idem art.29. Et ista successio, & translatio iuris patronatus, quæ transit à primo patrono in alium ex quocunque titulo habili, dicitur esse de gratia, vt ibi dicit art. 30. & si sunt duo fratres, non possunt diuidere ius patronatus; possunt tamen conuenire de præsentando alternatiuè, & vbi patroni non concordent, Episcopus tollet reliquias, &c. modo scandalũ sit graue, facti, & non iuris. Lapus alleg. 78. q. 5. & si maritus inter bona dotalia habet ius patronatus, potest præsentare, sed si vxor præsentat alium, hæc præfertur, vt & patronatus a pupillo, maiore septennio, præsentato à tutore. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus, nu. 8. dubio 10. 11. 12. & 13.

In specie verò loquendo de translatione iuris patronatus per successionem, dicendum est, ius patronatus transire non solum ad hæredes sanguinis, sed etiam extraneos, si acceptarunt hæreditatem, idque tam ex testamento, quàm ab intestato, cum transeat ad quemcunque transit hæreditas, vel vniuersitas bonorum, vnde filius qui repudiauit hęreditatem paternã, & fœmina filia exclusa ab hæreditate paterna, & hæres instituta donec hæreditatem adeat, non efficiuntur patroni, nisi sit concessum alicui, & eius hæredibus, & successoribus sanguinis, sic enim licet repudient hæreditatem, retinent ius patronatus, cum stet de per se, secus si sit concessum sibi, & hæredibus; sic enim non transit in filios, nisi sint hæredes, sed transit in hæredes etiam fœminas, & extraneos. Capra in c. fi. de elect. Iason l. 2. C. de

iure

iure emphyt.nu.188. testans de communi, & etiam in fiscum cum generali proscriptione bonorum. Clar.de testam.§.si q.78. non tamen ob crimen læsæ maiestatis, sed tunc transit in legitimos hæredes primi possessoris. Gig. tract.de crim.læsæ maiest.in rubr. Ius etiam patronatus,ratione feudi non transmittitur ad hæredes sanguinis,sed ad illum ad quem deuoluitur feudum,vt inquit Lambert.d.lib.1.p.2.q.2.princ.art.1. quòd si à fundatore beneficij ordinatum fuit, vt ius patronatus transeat tantum ad hæredes sanguinis, & non ad extraneos, valet hæc conditio etiam quòd hæres sanguinis,non sit hæres vniuersalis,presupponendo extraneum hæredem vniuersalem, si tamen in limine fundationis id non sit actum, transibit etiam ad extraneum hæredem,vt idem ait art.2. Ius tamen sepulchrorũ transit tantum ad hæredes sanguinis,non extraneos, quod intelligitur in iuribus sepulchrorum filiorum, non autem in iuribus sepulchrorum hæreditariorũ, quia sic transeunt etiam ad hæredes extraneos,vt idẽ dicit art.3. & si quis reseruat sibi ius patronatus,intelligitur etiam pro heredibus, vel ex testamento, vel ab intestato, & etiã ad hæredes extraneos, nisi patronus id sibi reseruarit pro se, & suis hæredibus sanguinis, & maximè si apponatur taxatiua tantum,quia tunc non transit ad extraneos,vt idem ibi art. 4. quòd si testator disponit ius patronatus spectare filio,& descendentibus,si filius moritur sine filijs, relicto hærede collaterali, is erit patronus, & idem si à principio ius patronatus est reseruatum Antonio extraneo,& Ioanni filio, si Ioannes moritur sine liberis, relicto hærede extraneo, is erit patronus cum Antonio extraneo, vt inquit idem art.5. quòd si ius patronatus est reseruatum illis de parentela tantum, si ius patronatus est concessum per superiorem alicui, nil agi potest sine eius consensu, si verò reseruauit quis sibi ius patronatus, & filijs masculis, & id non habet ex alterius concessione, vt in casu præcedenti, sed ex fundatione, &c. cum consensu Episcopi, attendi debet forma reseruationis,nam si id sibi reseruauit, & hæredibus, transit etiam ad hæredes extraneos,& poterit transferri per patronũ quocunque titulo in quemcunque etiam in præiudicium quorumcunque hæredum etiam vniuersalium, sanguinis, vel extraneorum, si verò id sibi reseruauit, & filijs masculis, & ab eis descendentibus sine dictione taxatiua, tunc patronus in vita, vel in morte, potest de eo disponere sine eorum eorum consensu in præiudicium filiorum, vel successorum, & idem de sequentibus patronis, si verò reseruetur sibi,& filijs masculis tantum descendentibus,non poterit in alios transferre, & si masculi deficiunt,ecclesia erit libera,vel sibi reseruauit ius patronatus,& omnibus de sua parentela, cum dictione tantum,extantibus ijs de parentela non succedunt alij, si verò non est dictio tantum, poterit patronus fundator in eius vita id mutare transferendo in aliam ecclesiam, vel in parentelam similem suæ; & si fundator sibi reseruat ius patronatus pro se,& filijs masculis descendentibus, vel ijs de parentela,nullum ius eis acquiritur fundatore viuente,vnde poterit per eum transferri in quoscunq; alios ijs non requisitis, quando verò est dictio,tantum,consideratur tunc non eorum præiudicium, sed ecclesiæ solum,vt idem ibi art.6.patronus etiam potest renunciare iuri patronato, & illud donare,ac in alios transferre in præiudicium hæredum, & est communis opinio, vt idem dicit art.7. quòd si ius patronatus competit illis de parentela fundatoris, vel alterius tantum, quia ita est ordinatum in fundatione, vnus de parentela non poterit renunciare illud extraneo in præ-

iudicium

iudicium illorum de parĕtela,& si quis reseruauit sibi ius patronatus, pro se,& filijs masculis, ipse filius potest id transferre in alium non habita consideratione suorum marium, vt ait idem art.8. quòd si fundator disponit, vt ius patronatus non exeat de domo sua, vel parentela, si quis creetur de illa, vel adoptetur, si in limine apponitur dictio tantum, illi de parentela possunt alium in familiam adoptare, vel ad illam admittere, si verò non adest dictio tantum, vel similis, si is est aggregatus familiæ, nullo eorum discrepante, censebitur de parentela, etiam quò ad ius patronatus, si verò etiam vnus discrepat, non, adoptio tamen hic non potest habere locum, plures enim vnum adoprare non possunt, vt nec creare, vt idem dicit art.9. & si ius patronatus reseruatur proximioribus, auunculus non admittitur cũ nepotibus defuncti, vt ihem ait art.9. ex Bal.cons.87. 4.vol. quòd si habens duos fratres, & vnam filiam fundauit beneficium, & creauit patronos fratres, sub hac forma, quòd scilicet ipsi, & hæredes, ac descendentes masculi legitimi de stirpe, & progenie, videlicet duo maiores dictæ stirpis, sint patroni, & velle, vt ipsi prædicti sint patroni perpetuò, & in defectum stirpis deueniat ad Episcopum, vel penès se esse, & remanere ius patronatus, si duo illi fratres moriuntur ante ipsum, & ipse fundator moritur, relicta filia fœmina hærede, hoc casu, patronatus spectabit filiæ, non Episcopo, cum ius patronatus in hæredes descendat, vt inquit idem art.11. quòd si mulier ædificauit capellam, cui instituit certos patronos extraneos, mortua fundatrice, ius patronatus transibit solum ad illoc extraneos, & eorũ hæredes, non autem ad hæredes testatricis, nisi fundatrix transtulisset pro parte ius patronatus in exrraneos, vt vnà cum ea essent patroni, quia tunc portionẽ suam transmitteret ad proprios hæredes, vt ibi ait art.12. Filius etiam ob delictum patris, potest priuari successione iuris patronatus, vt inquit Calder.cons.5.de Iure patr. Ius verò patronatus transit iure hæreditario non so'ùm in masculos, sed etiam in fœminas, etiam maritatas, nisi renunciauerint, vt idem ibi art.14. Filiæ tamen maritatæ exclusæ à iure municipali ab hæredirate cum fratribus, non admittuntur ad ius patronatus, vt ibi ait art.15. Moniales tamen non excluduntur, si non sit de eis expressa mentio, nisi habuerint dotem, vt idem dicit art.prædicto, quòd si filia fœmina, vel alius fuit institutus in re certa, masculi verò in vniuersa, primi nõ succedunt in iure patronato, nisi res certa illa continet vniuersitatem in se, quia sic transiret ius patronatus existens in illa vniuersitate, vt si quis sit institutus in villa in qua erat ius patronatus, vt inquit Innoc. & Abb.in c. ex literis. de Iure patr. & idem Lamber.ibi art.16. quòd si filius, vel filia renunciat hæreditati paternæ, vel maternæ, non habebit ius patronatus quod erat in ea, nisi ius patronatus esset concessum patri, & filijs, apposita clausula, etiam q; non sint hæredes, quia sic succedunt, vt idem ait art.17. quòd si filij ex testamento, vel ab intestato valentes succedere, non succedant, quia renunciant hæreditati, vel eam repudiant, non remanet apud eos ius patronatus, sed transibit ad eos ad quos peruenerit hæreditas, vt ibi dicit art.18. quòd si est consuetudo in loco quòd soli primogeniti succedant, alij filij cum eo non habebunt ius patronatus quod pater habebat, vt idem ait art.19. vbi tamen dubitat non valere talem consuetudinem, consuetudo tamen facere non potest, vt solus primogenitus succedat in iure patronato, si non sit hæres, si verò consuetudo est, vt primogenirus solus hæres habeat ius patronatus, valet alijs exclusis, & etiam in limine fundationis

tionis testator potest apponere cōditionem, quòd solus primogenitus succedat in iure pattonato, vt idem ait art. 20. & eo magis si accedit consensus Episcopi, vt ibi dicit. Filius etiam vel filia exhæredati amittunt ius patronatus quod pater habebat, vt idem ait arr. 21. emancipatus verò si est hæres patris succedet in iure patronato, si tamen vult conferre fratribus quæ habet, vt ibi dicit art. 22. cum alias videatur repudiare paternam hæreditatem. Ius patronatus etiam transit ad bonorum possessorem, quæ habebat defunctus, cum habeat similitudinem cum hærede, vt ibi ait art. 23. Adoptiui etiam filij, vel arrogati succedunt in pattonato quod pater habebat, si sunt hæredes, vt idem dicit art. 24. Patronus etiam profitendo religionem transfert ius patronatus in monasterium, vt ibi dicit art. 25. cum monasterium habeatur loco hæredis, vt idem ait.

Quo verò ad translationem iuris patronatus in filios illegitimos, vel legitimatos, dicendum est, ius patronatus non transire in filios illegitimos, cum iure non sint hæredes, & minus si sint spurij, si tamen sunt nati ex concubina domi retenta, quia sic succedunt matri. §. vulgo. Instit. de success. cognat. succedent etiam in iure patronato matris, & generaliter succedunt in iure patronato patris, vel matris, quando sunt eorum hæredes, alias non; quando verò sint eorum hæredes. decl. Præpos. in repet. c. per venerabilem. §. quod autem. col. 44. ver. naturales tantum. qui filij sint leg. vt idem dicit art. 26. quòd si ex fundatione ius patronatus competit solum ijs de parentela, non succedunt in eo naturales filij, vel bastardi, cum tales non sint de parentela, nec casata, vt inquit Butr. d. c. per venerabilē. vt ait idem ar. 27. quòd si filius naturalis sit legitimatus à Papa potest succedere in iure patronato, in casibus in quibus potest succedete in hæreditate, & idem si est legitimatus in dependentibus à Papa, vt idem ait art. 28. quando verò succedat in hæreditate decl. Præpos. loco cit. Legitimati etiam à Principe seculari succedenres patri ex testamento, vel ab intestato, succedunt etiam in iure patronato quod pater habebat sine Papæ legitimatione, si tamen ius patronatus est reseruatum illis de parentela, non succedet legitimatus à Principe seculari, vel ecclesiastico, vel Comite Palatino, & quod dicitur legitimatos succedere in iure patronato, intelligitur si sint hæredes, aliàs non, nec si repudiarent hæreditatem, vt idem ait art. 29. Illegitimus etiam oblatus curiæ, si fuerit naturalis tantum, succedit in iure patronato, cum & succedat cum fratribus in hæreditate ex testamento, vel ab intestato, vt idem dicit art. 30. Filius etiam illegitimus factus monachus succedit cum fratribus in iure patronato, vt & in hæreditate paterna, cum per ingressum religionis tollatur omnis macula. auth. de monach. in princ. vt idem dicit art. 31. si tamen est professus religionem. Filij verò legitimi illegitimorum non succedunt in iure patronato aui, nisi sint hæredes, succedunt tamen in iure patronato patris quod habuit aliundè quàm à patre, filius tñ legitimus natus ex illegitima matre succedit in iure patronato aui, vt ibi ait art. 32. Filij etiam patronorum succedunt in iure patronato, superstitibus alijs compatronis, nisi ius patronatus competeret seniori de parentela, vt idem inquit arr. 33. Ius etiam patronatus non transit in hæredes hæreditate non adita, vt idem dicit art. 34. Ius etiam patronatus non transit in fideicommissarium, cui hæres restituit hæreditatem, sed remanet apud ipsum hæredem; fallit tamen quando ipsa ecclesia est fideicommissaria, quod procedit quando ecclesia est instituta etiam hæres, & grauata alteri eccle-

fiæ restituere, adhuc enim remanet penes ipsam hæredem grauatam.

Quo verò ad diuisionem iuris patronatus inter hæredes, non potest diuidi inter plures, quò ad proprietatem. c.1.eod. videlicet, vt vnus non habeat patronatum in vna parte ecclesiæ, alius in alia, vel vt non diuidant reditus, vel fundos inter se, licèt alicubi contrarium seruetur, & malè forte, potest tamen diuidi quò ad actum præsentationis, videlicet vt alternis vicibus præsentent. id tamen non coguntur facere; possunt etiam diuidere plura patronata quæ habent in pluribus ecclesijs, vt vnus sit patronus in vna, alter in altera, etiam sine consensu Episcopi, cuius etiam consensus non est necessarius in permutationibus iuris patronati quæ fiunt per patronos, vt idem ait art.36. Iudex etiam in diuisione hæreditatis non potest adiudicare ius patronatus vni ex hæredibus, & patronus nil habens in bonis non potest cedere ius patronatus creditori, nec poni in æstimo pro collecta exigenda, vt idem dicit art.37. An verò hæretici, excommunicati, & huiusmodi possint acquirere ius patronatus dicendum, quòd hæretici nó, etiam per successionem, excommunicati verò sic, sed nó quò ad exercitiú, vt idem ait art.38. remissiuè ad dicta superius; & hæretici, & similes prohibiti acquirere ius patronatus, ex fundatione non possunt transmittere illud in alios, etiam si ante hæresim id acquisiuissent, sic enim eo priuantur, excommunicati verò, & huiusmodi, qui carent tantú exercitio eius, si possunt condere testamentum, possunt etiam id transmittere in hæredes, & ex alio contractu, sed si id non possunt, succedunt venientes ab intestato, an verò ij careant eius exercitio ait ibi remissiuè art.39 quòd si patronus moritur sine testamento, nec aliquo hærede, qui ei succedat ab intestato, ecclesia remanet libera, licèt is casus dari non possit, cum in subsidium succedat fiscus. l.1. C.vnde vir. vt & bonis confiscatis ius patronatus transit in fiscum, vt idem inquit artic. 40.

7 Ius patronatus an transferatur per permutationem. Transfertur etiam ius patronatus in alium ex permutatione, vnde patronus laicus potest commutare ius patronatus cum ecclesia, & si habent iura patronata communia in diuersis ecclesijs, ratione societatis id facere possunt, etiam sine consensu Episcopi, & si laicus habet ius patronatus in vna ecclesia, & ecclesia in alia, possunt inter se illa permutare, quod tamen fieri non potest sine consensu Episcopi, cum licèt transire possit sine illo ius patronatus in ecclesiam, tamen quia èconuerso ecclesia transfert in laicum, requiritur Episcopi consensus, si verò laicus vult commutare ius patronatus cum aliqua ecclesia, & illa vult ei dare aliam ecclesiam, non potest, cum laicus illam possidere non possit, vt inquit idem Lambert.d. lib.1.p.2.q.3.princip. art.1. Patroni etiam diuersarum ecclesiarum possunt permutare ius patronatus inter se, nec in hoc requiritur consensus Episcopi, cautius tamen est, vt si duo laici permutant iura patronata separata in diuersis ecclesijs non prouenientia ab vno defuncto, quòd interueniat consensus Episcopi, & similiter si laicus habet ius patronatus in vna ecclesia, & ecclesia habet aliud in alia ecclesia, requiritur in permutatione consensus superioris, non ex natura iuris patronatus, vt requiritur in translatione iuris particularis, sed vt videatur vt fiat, ne interueniat simonia, vt ibi dicit art.2. permutatio tamen iuris patronatus cum re prophana fieri non potest, vt idem ait art.3.

8 Ius patronatus an Transfertur vlterius ius patronatus in aliquem per donationem, cum donari possit alicui.c. ex insinuatione.c.nullus.extra eod.c.vnico.eod.in 6.

vt inquit Lambert.d.lib.1.p.2.q.4.princip.art.1. potest etiam donari laico cum consensu tamen superioris, scilicet ordinarij, qui consensus est causa efficiens talis translationis, vt idem ait art.2. si tamen donanti ius patronatus donatur aliquid, committitur simonia.c. ex insinuatione.cod. in quo tamen est consideranda qualitas donantis, & donatarij, vt inde fiat præsumptio, an simonia adsit, vel non, iuxta cap. & si quæstiones. de sim. & an donum sit tale quòd sufficiens sit ad inducendum simoniam, si enim quid modicum esset, personis attentis, non attenditur; & si est simonia, vterque eo priuaretur, vt inquit idem art.3. quòd si in donatione apponitur conditio, quòd donatarij teneantur præsentare ad voluntatem alterius etiam Episcopi, valet, cum huiusmodi conditiones non sint contra ius, maximè de consensu Episcopi, & idem in alijs conditionibus quæ non sunt contra ius, quæ apponi possunt etiam post ecclesiam fundatam, maximè de consensu Episcopi, cum huiusmodi conditiones prosint ecclesiæ dando meliorem modum ad præsentationem faciendam ad vitandas discordias, & huiusmodi, dummodo nō minuantur iura Episcopalia, nec mutent statum ecclesiæ, nec disponant contra ius, vt idem dicit art.4. & vbi conceditur per donationem, sat est, quòd Episcopus post consentiat, non potest tamen sic concedi, nisi beneficium vacet. Rolan.cons.47.nu.53.vol.1. & potest donari loco religioso, etiam sine consensu Episcopi, sine præiudicio iurium Episcopalium. cap. vnico. de Iure patr. in 6. si verò Episcopus consentit, probabiliter omnia iura temporalia quæ ibi habebat, in illum transeunt. Gemin. in d.c. vnico cum communi. Et si ius patronatus pluribus legatur, vel donatur, aliquibus repudiantibus, alijs accrescit, vt idem ait ar.5. Et si quis donat alicui omnia iura sua, non venit ius patronatus, cum ius patronatus non veniat appellatione iurium, si tamen in illo actu interuenit consensus Episcopi, declarat donans se velle donare etiam ius patronatus, vt idem dicit art 6. & si quis donat ecclesiam, debet dici in instrumento. do, & concedo talem ecclesiam, & præsenti charta confirmo, si verò donatur ius patronatus, debet dici, dono tibi ius patronatus quod habeo in tali ecclesia, & si dicatur, præsento te ad ius patronatus, non intelligitur donatio, sed præsentatio, vt idem dicit art.7.

possit donari, & quomodo.

Transfertur præterea ius patronatus in aliquem per venditionē, in quo dicendum, ius patronatus de per se vendi non posse.c. hoc iure. de Iure patron. alias committitur simonia, vt idem ait Lamber.d.lib.1.p.2.q.5.princ. art.1. imò vendens ius patronatus, debet eo spoliari, cum venditio non fiat gratis, vt donatio, vt ibi dicit art.2. & vendito iure patronato, ex quo venditio est nulla, ecclesia remanet libera, vt idem dicit art.3. & Præpos. in c. qui studet. 1.q.1. & si ecclesia emit ius patronatus, erit libera, & pertinebit ad diœcesanum, vt ibi dicit art.4. & pretium emptionis iuris patronatus debet remanere penès ecclesiam cui facta est iniuria, vt fit in simonia commissa in alijs beneficijs, & prælaturis. c. de hoc. in fi. de sim. vt idem ait art.5. & si ipsa ecclesia emit ius patronatus, pretium debet conuerti in vtilitatem eiusdem ecclesiæ, vt ibi dicit art.6. Non potest etiam patronus nil habens in bonis vendere ius patronatus creditoribus, cum non recipiat æstimationem, etiam de consensu Episcopi, nec dari per se creditoribus in solutum, nec ipsi creditores occupare capellam debitoris effecti non soluendo, licèt possint accipere omnia bona ipsius ex iudicis declaratione, vt idem ait art.7. ius enim patronatus est inæstimabile, & etiam fructus eius,

9 Ius patronatus an transferatur p venditionem, & quo.

scilicet ipsa præsente, nec ius patronatus transit cum re pignorata, nec habens ius patronatus, ex hoc dicitur ditior, vt idem inquit art. 8. & 9. Vendi etiam non potest præsentandi ius, nec ius honoris processionis, & alimentorum, alias venditio est nulla, licèt patronus habens alimenta à testatore possit illa arrendare, vt idem ait art. 10. Licèt autem ius patronatus per se vendi non possit, transit tamen cum venditione vniuersitatis, etiam sine consensu Episcopi, cum annexa spiritualibus transeant cum vniuersitate vendita, non autem spiritualia, vt idem dicit art. 11. cum & venditio sepulturæ facta cum vniuersitate valeat, vt ibi dicit ar. 12. quòd si quis vendit omnia iura quæ habet in aliqua villa, quæ non est sua, in qua habet certos fundos, & certa iura, ac ius patronatus, non transit per hoc ius patronatus, vt ibi dicit art. 13. vbi & declarat quod dicatur totum, vniuersale, integrale, numerale; quòd si quis vendit omnia bona sua, quæ habet in tali villa, non transit ius patronatus; similiter si dicat, vendo omnia iura mea, vel omnia bona mea, non restricta ad certum locum, non transit ius patronatus, quia ius patronatus non potest dici meum, & vniuersitas sic designata distribuitur ad partes; similiter, si dicat, vendo omnia, nō dicendo quæ habeo, vel mea, non transit ius patronatus, cum sic ibi non sit vniuersale; Si verò dicat, vendo omnia bona mea, non habendo relationem ad dominium quod non habet, sed ad vniuersitatem, transit ius patronatus, nisi haberet solum ius patronatus, vel parū aliud, & pretium daretur pro iure patronato, quia sic esset illicitum, vt supra, vt ibi ait art. 14. Vendita etiam hæreditate in qua est ius patronatus illud transit, nisi in hæreditate esset solum ius patronatus, vel parum plus, & pretium sit tale quòd censeatur datum pro iure patronato, quia sic nō liceret, vt supra, vt ibi dicit art. 15. quòd si plures habent castrum ex hæreditate, in quo est ius patronatus ad quod ex consuetudine præscripta, vel fundatione, senior de domo solebat præsentare, si senior vendit partem sui castri, si statutum habet quòd præsentet senior de parentela, succedet senior patronus post venditorem, si verò habet quòd senior patronus præsentet, præsentabit emptor si est senior alijs, vt ibi dicit art. 16. Vendito verò fundo in quo erat ius patronatus, non transit ius patronatus in emptorem, transit tamen ius sepulchri, vt ibi dicit art. 17. Et si venditur palatium in quo est capella quæ habet ius patronatus, si ipsa capella habet aditum aliundè per viam publicam quàm per palatium, non transit ius patronatus, si verò non habet aliundè viam quàm per palatium, transit cum palatio vendito, vt ibi dicit art. 18. Venditis etiam honorantijs non transit ius patronatus in emptorem, vt ibi dicit art. 19. ex Bal cons. 285. 3. vol. quòd si quis vendit vniuersitatem, vt castrum cum omni iurisdictione, honore, districtu, & omni iure patronatus quod competit vēditori in ecclesijs dicti castri, ius patronatus ita expressum non transit in emptorem, cū locus religiosus, vel sacer specialiter vendi non possit; vnde si quis emeret temporalem vniuersitatem, vt emat principaliter ius patronatus in ea existens, illa est vera, & non mentalis simonia, vt ibi dicit art. 20. & etiam primo casu venditio iuris patronatus, expressè est simoniaca, vt ibi ait. Tenet tamen eo casu venditio, respectu aliorum, licèt non respectu iuris patronatus, vt ibi dicit art. 21. imò si quis vendat villam, & exprimat ius patronatus in ea contentum, debet eo priuari saltem per sententiam declaratoriam, vt ibi dicit art. 21. Et si venditor vniuersitas in qua est ius patronatus, venditor tenetur de euictione, etiam

pro

pio iure patronato accessoriè, sed in euictione non poterit venire specialis æstimatio pro iute patronato. sed p tota vniuersitate, vt ibi ait art. 22.

Transfertur etiam ius patronatus in aliū per legatū, & sic potest legari ius patronatus ecclesiæ, vel laico, sed si fit laico, requiritur consensus Episcopi, non autem si fit ecclesiæ, vel loco pio, & requiritur etiam consensus Episcopi in translatione iuris patronatus titulo particulari puta legati, donationis, vel inter viuos, vel causa mortis, etiam si pater legaret, vel donaret filio, potest tamen pater in testamento disponere, vt ius patronatus sit vnius non plurium, etiam si omnes filios instituisset hæredes, quia tunc id potest facere legando fi.l.o; & sepulchrum etiam potest legari, vt ait Lamber.d.lib.1.p.2.q.6.princip. art.1.& 2. & si patronus legat ecclesiam, intelligitur legare ius patronatus quod habet in ea, vt ibi dicit art.3. Patronus etiam potest legare, vel donare præsentationem, retento tamen sibi iure patronatū, quò ad alios fructus, idq; cum consensu Episcopi, vt ibi dicit ar.4. Legatum etiam vel donatio iuris patronati futuri non valet sine consensu Episcopi, vt ibi dicit art.5. quòd si quis donat alicui fundum in quo est ecclesia, vt transeat ecclesia, oportet vt interueniat consensus Episcopi, & si fundus donatur loco pio, cum fundus non sit quid vniuersum, si in fundo consistit ius patronatus, cum fundus non sit vniuersum, requiritur in donatione, vel legato eius consensus Episcopi, vt idem dicit art.6. 10 Ius patronatus an possit legari.

Per feudum verò per se ius patronatus in alium transire non potest, etiā de consuetudine, scilicet per infeudationem prædij in quo est ius patronatus, secus per infeudationem villæ, vt ait Lamber.d lib.1.p.2.q.7.princip. art.1.& 2. potest etiam ius patronatus dari in feudum accessoriè cum vniuersitate, secus si daretur in feudum res particularis in qua esset ius patronatus, vt idem dicit art 3. quòd si in aliquo fundo est ecclesia in qua dominus fundi habet ius patronatus, qui fundus est feudalis, si venditur, transit in emptorem ius patronatus illius ecclesiæ, secus si fundus ille detur in feudum de nouo, si verò esset vnum feudum super pluribus fundis, vel vna villa, & in vno fundo, vel parte villæ est ecclesia cuius patronatus est cum feudo, si vult vendere illum fundum, vel partem villæ, non transit ius patronatus, quia non est venditum quid vniuersum, sed res particularis, vt idem dicit art.4. Ius etiam patronatus non amittitur à construente ecclesiam in fundo feudali, amisso feudo, vt ibi dicit art.5. 11 Ius patronatus an transferatur p feudum.

Locatio etiam iuris patronatus de per se non tenet, secus accessoriè.cap. ex literis.de Iure patr. & ideò ius patronatus non transit cum vniuersitate temporali locata in conductorem ad modicum tempus facta, secus si ad longum tempus, vt ait Lamb.2.p.q.8.princ.art.1.& 2. Si tamen est consuetudo quòd parochiani præsentent Rectorem Episcopo, & reperitur domus ex parochianis alteri locata, præsentatio ad locatorem non conductorem debet spectare, licèt locator habitet in aliena parochia, vt ibi dicit art.3. nisi conductores essent in quasi possessione præsentandi, vt quia habitantes psentent, vel potius petant Rectorem, non vt patroni ex fundatione, &c. tunc enim habitantes id petent, vt ibi dicit. Sic etiam ius patronatus de per se consideratum, non potest concedi in emphyteusim, secus accessoriè cum vniuersitate temporalium. d.cap.ex literis. & probat Lambert. loco prædicto art.4. 12 Ius patronatus an possit locari, & quomodo.

Non potest verò ius patronatus pignori obligari, etiam cum vniuersitate bonorum, vnde ius patronatus pignoratum, etiam cum vniuersitate in 13 Ius patronatus an

qua

possit pignori obligari. qua erat illud, non transit in creditorem, & ratio est, quia creditor tenetur restituere omnes fructus quos cœpit ex pignore. c. nostram. de empt. & vend. vnde si non teneretur compensare fructus in sortem, vt gener, iuxta cap. salubriter. de vsur. an cum transiret ius patronatus cum vniuersitate sibi in pignus pro dote data, sic etiam si debetur patrono aliquid annuatim ex fundatione, illud transibit in creditorem, sic pariter si aliqua pensio deberetur patrono, illa transiret cum vniuersitate pignorata in creditorem, pariter ius patronatus transit ad illum penès quem est factũ sequestrium, ita vt ille possit præsentare, vt ait Anch. in clem. vnica. de sequestr. poss. vel per seipsum, vel cum aliqua vniuersitate, licèt per se sequestrari non possit, vt ibi dicit Lambert. art. 3. non tamen transit ius patronatus in depositarium, nec per se, nec cum vniuersitate, nisi depositum sit factum in vim sequestri, vt ibi dicit art 4.

Similiter ius patronatus de per se non transit cum sola dote, nisi cum dote sit data aliqua vniuersitas in qua consistat ius patronatus, vt ait Lamber. ibi 2. p. q. 10. princip. art. 1. & 2. quòd si maritus relinquat vxorem vsufructuariam, & alium hæredem, ius patronatus transit in vxorem, vt ibi dicit art. 3. consuetudo tamen tanti temporis cuius initij memoria non extat, valet, quòd maritus ratione villæ sibi datæ in dotem in qua est ecclesia, cuius ius patronatus spectat ad vxorem, possit præsentare in ea, vt ibi dicit art. 2. alleg. nu. 8.

14 Ius patronatus an transire possit cum dote. Potest tamen, vt supra, ius patronatus vnius ecclesiæ præscribi per aliam ecclesiam, laicus verò contra alium laicum non potest illum præscribere de per se, si verò præscribit vniuersitatem bonorũ, vel præscribit titulo hæreditario, vel alio nomine significante vniuersitatem, & tunc quia non præscribitur nomen hæredis, non transit ius patronatus, vt ibi dicit 2. p. 11. q. art. 1. & 2. præscribens etiam ius patronatus commune plurium in vna ecclesia, vel pluribus, non intelligitur præscribere in alia ecclesia, vt ibi dicit art. 3. præscripto etiam vno fructu iuris patronatus illius ecclesiæ, quæ habet patronum, veluti honore, vtilitate, vel onere, non intelligitur quis præscribere alios fructus, quibus non est vsus; ad hoc verò vt præscriptio procedat in iure patronatus, requiruntur plures præsentationes, & quòd per spatium quadraginta annorum sit in pacifica possessione præsentandi, vt inquit Nau. de Iure patr. cons. 1. & vlterius requiritur, quòd sit in bona fide, cum patientia, & scientia domini contra quem præscribitur; sufficit tamen in hoc præsentatio vna secuta in termino quadraginta annorum, si semel tantum vacauit ecclesia, vt ait idem art. 5. quòd si ius patronatus sit commune laicis cum clericis, vel præscribens præscribit contra laicos tantum, & sufficit tempus quo præscribitur contra laicos, vel præscribitur contra ecclesiam, & laicos, & tunc requiritur spatium, quo præscribitur contra ecclesiam. Vlterius quando dubitatur an ecclesia sit patronata, vel libera, vbi est possessio præsentandi, in dubio præsumitur patronata, vt ibi dicit art. 7. non potest autem priuilegio transferri ius patronatus, etiam à summo Pontifice, nisi ex causa, ob præiudicium tertij, transfertur tamen per sententiam, siue per se, siue cum vniuersitate, si super illud fuerit litigatum coram iudice competenti, & etiam transfertur iuramento, vt ibi dicit art. 8. q. 10.

15 Ius patronatus quo Duplex verò est ius patronatus, ecclesiasticum, & laicale, & vtrumque introductum est in fauorem ecclesiarum, habito respectu ad vniuersalem ecclesiam,

ecclesiam, habito verò respectu ad particularem ecclesiam, est inductum in fauorem laicorum patronorum, vt ait Lamber. lib. 1. de Iure patr. 1. p. 1. q. princip. art. 4. & quòd hæc distinctio patroni laici, & ecclesiastici vera sit, probatur in c. cum autem. eod. tit. vbi Abb. & Doct. & habetur in cap. vnico. eod. in 6. & dicitur patronus laicus, licèt sit clericus, si tamen de suo patrimonio, & bonis non ab ecclesia quæsitis, ecclesiam fundauit, construxit, vel dotauit, vt ait glo. in d. clem. plures. de Iure patr. ius patronatus verò ecclesiasticum est, quando clericus, vel monasterium, vel Episcopus, & alij ecclesiastici habent illud ratione, & nomine suæ ecclesiæ, vel etiam si cópetit personæ laicali respectu ecclesiæ, & non patrimonij. Rebuff. tr. de benef. de præsent. & instit. nu. 4. & 5. differunt verò, nam ecclesiastici in aliquibus magis grauantur, nam subsunt legatis Apostolicis. c. dilectus. de Iure patr. & in aliquibus subleuantur, quia habent sex menses ad præsentandum. cap. vnico. eod. in 6. si verò sunt laici in aliquibus grauantur, quia habent tantum quatuor menses ad præsentandum, subleuantur verò, quia Legatus Apostolicus nó potest se impedire in beneficijs eorum vacantibus, & etiam possunt variare ante institutionem Episcopi, alium præsentando. d. c. quod autem. c. fi. de Iure patr. non vt à primo prorsus Episcopus recedat, sed vt posteriore priori accumulato, magis idoneum eligere possit. c. cum autem. vbi Abb. de Iure patr. & laicus licèt indignum præsentet, non priuatur potestate præsentandi. c. cum vos. vbi glo. de offic. ordin. ecclesiasticus verò indignũ præsentando priuatur potestate præsentandi. d. glo. c. cum in cunctis. §. fi. de elect. nec variare potest secundum licèt accumulatiuè præsentando. glo. in d. c. cum vos. Card. in clem. vnica. q. 13. de rerum permut. vbi tamen laicus indignum præsentauit, nó priuatur facultate præsentandi, poterit tamen Episcopus ecclesiæ vacanti œconomum præponere. d. c. cum vos. vbi glo. de offic. ord. si tamen ecclesiasticus patronus indignum præsentat, priuatur ea vice potestate præsentandi. gl. in d. c. cum in cunctis. §. fi de elect. vt infra dicetur, quòd si ecclesia, & laicus simul habent ius patronatus in aliqua ecclesia, regulatur iuxta naturam patroni ecclesiastici, vnde tunc laicus habebit sex menses ad præsentandum, vt inquit glo. in cap. vnico. eod. in 6. vbi Archid. Franch. & alij, vt ait Lamb. d. q. art. 5. & 6. quòd si ius patronatus sit in aliqua vniuersitate, vt scholarium, si ibi sunt plures laici, censetur laicale, si plures clerici, ecclesiasticum, vt ibi dicit ar. 7. vnde & ius patronatus à laico ecclesiæ donatum regulatur vt ecclesiasticum, & non vt laicale, & sic Legatus Papæ illud potest conferre, vt ibi dicit art. 8. quòd si sint duo patroni laici, & vnus donat ius patronatus quod habebat in aliqua ecclesia, & alter laicus retinet sibi ius patronatus suum quod habebat in dicta ecclesia, Patronus laicus remanens ex persona noui consocij censetur vt ecclesiasticus, vt inquit art. 9. sic beguinæ si probatæ sunt, habentes ius patronatus censentur, vt patroni ecclesiastici, si spectat ad eos, vt ad collegium, secus si ratione patrimonij, sic etiam fratres, & sorores tertij ordinis Sancti Francisci habentes ius patronatus non vt ad singulos, sed vt ad collegium pertinens, dicuntur patroni ecclesiastici, & sic etiam fraternitates disciplinatorum habentes fraternitatem affixam alicui ecclesiæ, si enim non sit affixa, reputantur patroni laici, similiter præfecti fabricæ ecclesiæ habentes ius patronatus iure eorum officij, censentur ecclesiastici patroni, secus si sunt præfecti fabricæ vrbis, vel alterius loci; hospitalarij etiam habentes ius patronatus ratione hospitalis, censen-

tuplex. & vt differit

centeatur ecclesiastici patroni, & idem in pœnitentibus, & Iesuactis, & si in vniuersitate sint tot clerici, quot laici, tunc magis dignum trahit ad se minus dignum, vt idem a ia art. 10.

Et hæc sufficiat dixisse de diffinitione, diuisione Iuris patronatus, ac quibus modis acquiratur.

16 Patroni priuilegia & prærogatiuæ q. Quòad secundum, dicendum est, quòd patronus plura consequitur ex acquisitione iuris patronatus; Primò, quia habet honorem præsentandi Rectorem in ecclesia.c.decernimus.16.q.7. Secundò,quia debet præ alijs in ecclesia patronata honorari, vnde in processionibus primum locum tenere debet post clericos si non sit ecclesiasticus. c.nobis.cod. Tertiò, quia si patronus deuenerit ad inopiam, ex remanentibus redditibus pinguius ei, quàm alijs pauperibus prouideri debet. c.quicunque. 16.q.7. in aliquo tamen est onerosum,nam tenetur ecclesiam defendere, & curare ne illius bona dilapidentur. cap.filijs. 16.q.7.

17 Præsentare qs possit. Quò ad tertium, videlicet ad præsentationem faciendam, & eius modū, dicendum est, ꝙ præsentatio est exhibitio quædam facta de clerico præsente, sensibus corporis, illi cui fit præsentatio, vt ait Abb.in c.ea noscitur. de his quæ fiunt à præl. vnde præsentatus debet esse præsens, nam absens non potest præfigurari etiam per nuntium, vt inquit Imol. in d. cap.ea noscitur. vt refert Lamber. de Iure patr.2.lib.1.p.q.1.art.1. & sic præsentatio est effectus iuris patronatus, vel fructus ipsius, & antequam sit deducta ad actum est ius, postea quando deducitur ad actum est factum, nam p̄sentatio dat ius ad rem, non in re; sola enim institutio dat plenum ius, & sic patroni non dicuntur eligere, nisi largo modo, præsentatio tamen facta per personam ecclesiasticam ratione ecclesiæ,& nō patrimonij,dicitur electio,cum electio fieri possit solum per personas ecclesiasticas, vt dicit Lamber.ibi art.2.3.4.& 5. ex quibus colligitur, ꝙ patroni non dicuntur conferre ecclesiam propriè, cum præsentatus sine institutione non acquirat ius, vnde debet dicere, præsentem nō confero, si tamen dicit confero,& præsento, tenet præsentatio,vt ibi dicit art.7.& 8. potest tamen dici, quòd oblatio clerici competat patrono,& eius commendatio, ac petitio instituendi, non tamen præsentatio cōpetit alijs, quàm construentibus, ædificantibus, vel dotantibus, licèt ius petendi clericum possit haberi, & præscribi per parochianos, vel alios etiam non patronos, vt idem dicit ar.9.10.11.& 12. in quo articulo plenè explicat verba similia præsentationi, vt prouidere, postulare, nominare, eligere, publicare, instituere, admittere, conferre, & huiusmodi, de quibus etiam supra est dictum.

Secundò, dicendum est, ꝙ ius præsentandi concessum patronis est prohibitorium, vnde præsentare possunt omnes qui non prohibentur, si sunt in quasi possessione iuris præsentandi. c.piæ mentis.ead.q.7.c.1.& 3. de Iure patr. prohibetur verò excommunicatus, qui præsentare non potest, vt dicunt Doct. in c.nobis.eod. licet enim excommunicatus acquirat ius patronatus, tamen exercitium eius exercere non potest, & ideò non potest præsentare, nec in processionibus honorari, nec ali in egestate, vt ait glo.in d.c.piæ mentis. & Rota in decis. 161. quod intelligitur de excommunicatis excommunicatione maiori à iure, vel ab homine, non autem de minore; & vlterius requiritur ipsum excommunicatum esse publicatum, ad hoc, vt non possit eligere, aliàs actus valet, si tamen contra præsentantem de excommunicatione exciperetur, & probaretur, repelleretur à præsentatione.

ne.d.c.quia. debet tamen expectare tempus quod habet ad præsentandum, quia interim fortè faciet se absoluere, potest tamen excommunicatus, licèt non possit præsentare, transferre in alium ius patronatus titulo permisso, vt inquit glo.in c.vnico.eod.in 6. Lambert.d.2.q.art. 2. sic etiam suspensus non potest præsentare, licèt sit suspensus tantum à beneficijs, vt ibi dicit art.3. sic hæretici, & eorum fautores, schismatici, apostatæ, infames, simoniaci, durante crimine, vel censura non possunt præsentare, vt ibi dicit art.4. Similiter, si pater est patronus, vt persona priuata singularis, non potest præsentare eius filium, nisi nomine patris, secus si sit patronus, vt vnus de vniuersitate, vel de parochia, quia tunc fit præsentatio per omnes, vt ibi dicit art.5. quòd si ius patronatus sit in vniuersitate, vel populo, si competit populo, tunc competit omnibus facientibus populum, & sic etiam filijsfamilias præsentabunt, si verò competit habentibus domos, tunc si filius habitat in domo patris, non potest præsentare, vel vocem dare, secus si habeat domicilium alibi, vt ibi dicit art.6. & si villa in qua est ius patronatus, est data in dotem viro, & dissentiat ab vxore in præsentando, præsentatus ab ipsa præfertur præsentato à viro. Rota decis.422. in nou. Corras.de benef.p.3.c. vlt.nu.15.& 16. quòd si ius patronatus sit filij ex priuilegio, etiam ipse præsentabit, si verò est ex fundatione, constructione, vel dotatione, tunc si habet bona castrensia, vel aduentitia ipse præsentabit, aliàs pater; pari ratione, quando ius patronatus competit parochiæ, vel populo, viduæ, & virgines admittuntur ad præsentandum, modo quo filijfamilias, vt supra est dictum, & pari ratione pupillus maior septennio, etiam sine tutore, potest præsentare, multo magis pubes sine curatore, tutor verò, si pupillus est patronus ratione patrimonij paterni, potest præsentare, & semper præsentabit, si est minor septennio, nisi malitia suppleat ætatem, quia tunc pupillus præsentare potest, quòd si sit maior septennio præsentatus ab ipso præfertur præsentato à tutore, vt ibi ait Lamb.art.7. & 8.q.10.glo.& Gemin.in c.ex eo.de elect. in 6. Religiosi verò, intelligendo largè etiam de clericis, possunt præsentare, intelligendo verò strictè prout subsunt Abbatibus, & Prioribus, sine eorum licentia non possunt præsentare, imò nec Abbas sine consensu maioris, & sanioris partis Capituli, vt ibi dicit art.11.& 12. nec conuersi, & non professi, non possunt præsentare in iure patronatu competenti eorum conuentui, vel Capitulo, vt ibi dicit art.13. sic Capitulum sede vacante, si quidem Episcopus præsentabat solus, nō poterit præsentare nomine Episcopi, cum sic nec succedat ei in collatione.c.1.de instit.in 6. quando verò præsentatio spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, tunc Capitulum præsentabit, si verò præsentatio spectabat ad Episcopum cum consilio tantum Capituli, non præsentabit, nisi periculum sit in mora ob longam vacationem; si verò præsentatio spectaret ad inferiorem Prælatum cum consilio, vel consensu Episcopi, tunc Capitulum non succedit, quòd si spectabat ad Episcopum cū consensu Capituli, tunc succedit, & idem si Episcopus sit suspensus, vt inquit Lamber. ibi art.14. quòd si capella, vel altare ædificatum sit in ecclesia patronata, præsentatio pertinebit ad Rectorem primum ecclesię, & non ad patronum ipsius, vt ibi dicit art.15. sic curator furiosi, vel prodigi poterit præsentare, vt ibi ait art.17. pari ratione, qui est in quasi possessione præsentandi, poterit præsentare. c.consultationibus.eod.vt inquit Lamb.d.lib.3.q.1.p.1. art.1. adeò vt teneat præsentatio facta per malæ fidei possessorem institu-

tione secuta, licèt per verum patronũ institutus euictus amoueri debeat, vt ibi ait art. 2. Ampliatur etiam vt inuasores, vel intrusi, si non constat de eorum intrusione, & pacificè possident, possint præsentare, constito tamen de non iure eorum, cassatur illorum præsentatio, & remouetur institutus, vt ibi dicit art. 3. si verò mouetur lis ei qui est in quasi possessione, & vnus comparet dicens se proprietarium, fatendo tamen alium esse possessorem, & adhuc lis non est contestata, institui debet præsentatus à possessore, & magis si tñ lis est incœpta per dilatoriam, non autem contestata, & possidens est in bona fide, si verò lis est contestata; debet præsentatio admitti, sed institutio debet retardari vsque ad finem litis, & elapso tempore præsentandi, instituetur præsentatus à bonæ fidei possessore; si verò quæstio moueatur super possessione, ambo possunt presentare, institutio tamen retardanda est ad finem litis, quæ si non finiatur infra tempus statutum, Episcopus prouidebit de vno præsentatorum, non ratione præsentationis, sed iure ordinario, vt ibi dicit art. 4. & si ex duobus possessoribus, vno bonæ fidei, altero malæ, præsentatus à malæ sit institutus, constito de mala fide, remouebitur, vt ibi dicit ar. 5. & si vnus sit patronus, & præsentauit vnum, & qui est in quasi possessione bonæ fidei alium, præfertur præsentatus à possessore, quò ad possessorium, vt ibi ait art. 6. si verò possessor malæ fidei, & proprietarius præsentant, si nõ constat de mala fide, præfertur proprietarius ante litem contestatam. post verò retardabitur executio, vt supra; si verò statim constat de mala fide, proprietarius prefertur, quod si nõ constat, & præsentati inter se litigant, & postea constat de mala fide possessoris ante institutionem, instituetur præsentatus à proprietario, vt ibi dicit art. 7. quòd si verus patronus præsentet, & tamen non possideat, debet institui præsentatus ab eo si constat q́ sit patronus, vt ibi dicit art. 8. quòd si verus patronus præsentat, & possidet, institutus à bonæ fidei possessore nõ debet amoueri, licèt postea constaret de iure proprietarij, post tamen verus patronus præfertur, vt ibi dicit art. 9.

18 *Possessio præsentádi, vt acquiritur.* Quasi verò possessio iuris patronatus acquiritur præsentatione clerici, vel Rectoris facta, domino sciente, patiente, & non contradicente. c. bonæ, 2. vbi Innoc. de postul. prælat. cap. conquerente. de offic. ordin. & quòd ille præsentatus sit admissus per ordinarium, & institutus, & habitus postea vt Rector illius ecclesiæ ad quam est præsentatus, & quòd præsentans sit in bona fide, & credat se vti iure suo, & quòd ab institutione non sit appellatum, quo tamen ad acquisitionem possessionis sufficit præsentatio, & institutio semel facta, & ista quasi possessio acquiritur ex vna præsentatione cum institutione secuta, imò etiam per consensum præstitum per patronum in permutatione beneficij, institutione secuta, vt ait Lamb. d. q. 3. art. 10. & 11. ex quo patet, quòd si tutor præsentauit proprio nomine vna cum pupillo in ecclesia iuris patronatus pupilli eo sciente, & patiente, secuta institutione, & mortuo tutore, eius hæres vacante ecclesia iterum præsentauit cum dicto pupillo effecto pubere, eius filius ipso mortuo erit in quasi possessione præsentandi simul cum iam pupillo, licèt reuocetur constito de mala fide, vt ibi dicit art. 12. non tamen acquiritur possessio iuris præsentandi per aliquem præsentantem, confirmata præsentatione in causa principali, & postea cassata in causa appellationis, vt ibi dicit art. 13. cum quasi possessio amittatur præsentatione cassata per sententiam, non tamẽ ex defectu personæ præsentatæ, vel præsentantis extra tempus, vt ibi dicit

cit art.14. q si duo sint in quasi dicta possessione qui bis præsentant, & bis eorum præsentatio cassatur ex alia causa,quàm ex defectu quasi possessionis,& postea vnus præsentat,alter non,& præsentatio cōfirmatur, nullus eorum amittit suam quasi possessionem , vt ibi ait art.15. vt & si pluribus patronis existentibus in quasi possessione, aliqui præsentent, aliqui non, non per hoc non præsentantes amittunt suam quasi possessionem,vt ibi dicit art.16. quòd si plures patroni admittant extraneum ad præsentandum simul cum illis,ille acquiret quasi ius præsentandi,licèt constito eum non esse patronum, postea reijcitur à præsentatione , vt ibi dicit art.17. vnde præsentatio facta à non patrono, etiam secuta institutione, & postea à patrono, nulla est,& secunda tenet, vt ibi dicit ar.18. & patronus potest præsentare non citato possessore,vt ibi dicit art.19.quasi tamen possessio aliorum iurium , & fructuum iuris patronatus acquisita per aliquem si caret possessione præsentandi non facit vt ipse possit præsentare , vt ibi dicit art.20.quòd si vnus pluries præsentauit,& vltimo loco alius , quò ad possessionem præfertur ille,qui est in vltima quasi possessione, nisi in penultima præsentatione ambo præsentassent, quia tunc primus non amitteret quasi possessionem, licèt secundus solus in vltima præsentatione præsentasset, vt ibi ait art.21.quòd si pater fuit in quasi possessione præsentandi, & filius nunquam præsentauit, quia casus vacationis non accidit, dicitur esse in quasi possessione sicut præcessor, vt ibi dicit art.22.

Amittitur verò quasi possessio, quando quis fuit spoliatus, vt quia voluit præsentare,& non fuit admissus, vel quando non præsentat, quia credit ad se non pertinere ius præsentandi quod possidebat,vel quando nō est ausus præsentare contra voluntatem eorum , qui dicebant ad se tantum ius præsentandi spectare, vt ibi dicit art.23.& 24. vbi omnia prædicta repilogat.

Inde sequitur dicendum, patronum,vel existentem in quasi possessione præsentandi, nō solum per se posse præsentare,sed etiam per legitima media , & sic ecclesia vacante poterit concedere alicui quòd præsentet , & ad id constituere procuratorem, licèt sit præsens dominus, & non impeditus, imò si patronus det mandatum de conferendo alicui , potest etiam is præsentare, dummodo ille sit persona ecclesiastica , & habeat ius patronatus ratione ecclesiæ, cuius ratione habet etiam ius conferendi, si enim ratione patrimonij, vel alterius ecclesiæ priuatæ id haberet, in mandato de conferendo nō includeretur mandatum de præsentando, quod intelligitur si constituat Vicarium generalem,non autem procuratorem generalem,nisi laicus haberet ex priuilegio potestatem conferendi , quia tunc constituendo procuratorem ad conferendum,intelligitur etiam ad præsentandum.& nō solum potest patronus constituere vnum procuratorem ad præsentandum, sed etiam plures in communi, & in solidum; quo casu si non adsit clausula, quòd non sit melior conditio occupantis , prior præsentans præfertur, & si sunt plures patroni sine illa clausula creati à collegio , & discordent inter se præsentabit creatus à maiori parte , sed si sunt dati plures procuratores ad præsentandum,nō vt à collegio, sed vt à singulis,& discordant, statur ordini literæ,& si sunt plures procuratores dati non in solidum, neuter admittetur,& duobus procuratoribus in solidum datis, vno præsentante,& præsentato renunciante, præsentat secūdus, & idem si sunt dati duo procuratores, non in solidum,sed cum clausula, quòd non sit melior con-

ditio occupantis, vno præsentato renunciante, secundus præsentabit; vnde possunt dari plures procuratores in solidum ad præsentandum, & in dubio intelligitur in solidum, q. si quis habeat mandatum à diuersis ad præsentandum, non poterit per hoc diuersè præsentare, poterit etiam procurator falsus præsentare, sed constito de errore, præsentatio, & institutio erit nulla; dans verò potestatem præsentandi, potest illam reuocare, etiam si iurauit, & etiam quòd procurator id ignoret, & sufficit scientia ordinarii, licèt tutius sit, vt procurator moueatur. Et non solum potest fieri præsentatio à patrono per procuratorem, sed etiam per nuntium, ac per literas, dummodo intra tempus statutum id faciat, imò & coniuncta persona, vt pater pro filio, frater, pro fratre, coniunctus pro coniuncto, possunt p̄sentare cum promissione de rato vero patrono ratificante, vel non contradicente intra tempus statutum; si verò sit extraneus, vt amicus, &c. requiritur ratificatio, & si patroni non concordant in præsentando, possunt conuenire, vt alternis vicibus præsentent, vt ibi dicit Lambert. d. lib. 2. 1. p. princip. q. 4 per 18. 21 t.

19 **Præsentatio quo in loco fieri possit.**

Circa locum verò, in quo potest fieri præsentatio, dicto superius de ijs qui possunt præsentare, dicendum est, eos posse præsentare in illis ecclesijs, & locis in quibus sunt patroni, & sunt in quasi possessione præsentandi; fallit tamen in ecclesia collegiata, in qua patronus non habet ius præsentandi. c. nobis. §. cæterum. de Iure patr. in 6. & ibi Cardin. in 3. notab. & omnes alij, & Alex. cons. 64. 4. vol. sicut nec cadit præsentatio, nec patronatus in Episcopatu, vt inquit glo. in c. principalis. 63. dist. probatur verò ecclesia collegiata per priuilegium, quod fecerit eam collegiatam, quo cessante, si constat ex fundatione, quòd ibi essent tres, vel plures collegiatim viuentes, & quòd pro tot fuerit ecclesia dotata, collegiata censebitur. cap. nemo. 10. q. 1. cap. quanto. de censib. si tamen dos est constituta pro ipsa ecclesia, & non pro alijs beneficijs in ea, similiter tunc cognoscitur collegiata, si sit sufficienter dotata, & clerici viuunt in communi, & habent sigillum ad vsum ipsius, & tractatum communem in Capitulo, & arcam communem, & refectorium, ac dormitorium commune, & communem fraternitatem, & similia, vt ait Hostien. d. c. nobis. de Iure patr. nec eo casu patronus potest eligere in collegiata eius Rectorem simul cum alijs collegiatis, nisi sit patronus ecclesiasticus, & id habeat ex reseruatione facta in fundatione, vel ex longa cōsuetudine; laicus verò nō, nisi ex priuilegio Papæ; debet tamen patronus eo casu consentire electioni, alias electio est nulla, vt dicit Lamb. d. lib. 2. p. 1 q. 5. princ. art. 1. & 2. quòd si patronus dotauit ecclesiam collegiatam in fundatione non solum pro Prælato, sed etiam pro omnibus dignitatibus, & beneficijs in ea existentibus, poterit præsentare ad dignitates, & beneficia illa, licèt non possit præsentare Prælatum ecclesiæ, etiam si sit Archidiaconatus, & in dubio præsumuntur dignitates dotatæ de bonis ecclesiæ, quæ patronus contulit, quòd si post fundationem ecclesiæ dignitates sunt creatæ, si per patronū, ipse præsentabit ad illas, si per extraneos, qui ædificarunt capellam, vel altare, vbi est fundus, sic Rector ecclesiæ præsentabit, non autem primus patronus, nisi id sibi reseruauerit in fundatione de consensu Episcopi; quòd si dignitates sunt creatæ ex sola dotatione siue occupatione loci, tunc solus dotans præsentabit, quòd si post ecclesiam fundatam, & dotatam, quis ædificauit capellam, creauit dignitates, & huiusmodi, nō reseruato iure patronatu de consensu Episco-

pi, tunc ordinarius prouidebit, & non primus patronus, cum ad id non requiratur consensus patroni, sed tantum diœcesani, vt ibi ait art. 3 & quod dicitur de ecclesia collegiata, intelligitur etiam de conuentuali, vt ibi dicit; non possunt tamen patroni in monasterijs regularium præsentare, licèt habeant alios fructus iuris patronatus, præter præsentationem, nec in monasterijs monialium possunt præsentare Priorissam, vel Abbatissam, cum ibi cadat electio; præsentabit tñ tunc in eo monialem in locum deficientis iuxta facultates monasterij, si idoneæ sint, & etiam capellanum in ea, qui tamen poterit recusari ab Abbatissa, & conuentu, vt ibi dicit art. 5. sic patroni non poterunt præsentare in ecclesia Mendicantium, cum ibi cadat electio in Prælatis, nec in capellis fundatis in eorum ecclesijs, cum non habeant proprios Rectores, vt ibi dicit art. 6. patronus etiam poterit præsentare clericum in ecclesia parochiali, vel collegiata, qui iuuet in diuinis, vt ibi dicit art 7. potest etiam præsentare Rectorem hospitalis, vel perpetuũ eius capellanum, & idem in oratorijs, vt ibi dicit art. 8. & sic etiam patronus capellæ, vel ecclesiæ de se stantis, vel affixæ in alia ecclesia, vel altaris, poterit in ea præsentare capellanum, & similiter in basilica, vt ibi dicit art. 9. & idem de præceptorijs, vel commendis militarium, nisi contrarium habeat priuilegium, vel sint collegiatæ, vt ibi dicit art. 10. & etiam patroni collegij scholarium possunt præsentare scholares in eo, non tamen cadit ius patronatus in scabellis, quæ sunt in ecclesia, vt ibi dicit art. 11.

Circa tempus verò præsentandi, dicendum est, patronum esse habilem ad præsentandum semper habitu, actu verò non, nisi ecclesia vacet. c. fin. de concess. præb. quæ vacat per mortem Rectoris, & per renunciationem, & ideò illis casibus patronus poterit præsentare; sufficit tamen consensus patroni, & non requiritur præsentatio si vacat per permutationem; & si primo præsentatus etiam renunciat præsentationi, debet institui secundo p̃sentatus à patrono, vt ait I. amb. d. lib. 2. p. 1. 6. q. princ. art. 1. 2. 3. & 4 & quod dictum est requiri consensum patronorum in permutationibus, & debere consentire, intelligitur q̃ debent vocari, & si consentiunt, tenet id locum præsentationis, & bonum est, eo casu, consensum fieri sub forma præsentationis, nec eo casu habent præsentare, qui consensus sufficit, quòd interueniat etiam post præsentationem, intra tempus tamen præsentandi, & si nolunt consentire, si sunt patroni ecclesiastici, possunt compelli à Legato, vel Episcopo ad seruandum consuetudinem, & consensum præstandum, si verò sunt patroni laici, nec ante permutationem, nec post, possunt compelli ad consentiendum permutationi, nec per Epm, nec per Legatum, nisi ex vrgente vtilitate, necessitateve ecclesiæ, vel cõsuetudine; vt si ibi sint hæretici, vel alia adsit necessitas ecclesiæ, tunc .n. ecclesiastici, & laici patroni compelli possunt consentire, vt ibi latè dicit, prædictam q̃onem explicans, art. 6. vel dici potest quod valeat permutatio de consensu Episcopi de beneficio patronato, etiam sine consensu patroni. Rebuff. de permut. dicens, sic ex consuetudine obseruari. nu. 43. Bellam cons. 6. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus. nu. 6. idque probabiliter, dummodo fuerint requisiti, & ecclesiæ vtilitas poscat eam permutationem fieri habere; Tutius tñ est, vt interueniat consensus patroni in permutatione. Corras de benef. p. 3. c. vlt. nu. 29. & ita tenendum, vt tutius, nisi aliud obtineat loci consuetudo, vel, fortè necessitas magna adsit. Non potest verò p̃sentatio fieri secũdo, prima præsentatione facta non cassata, quando clerici præsentant, vt collegium,

20 Præsentatio quo tẽpore sit fienda, & ã possit permutari ius patr. nat' sine cõsensu p̃roni.

cum sic dicatur electio, secus in collegio seculari, quia poterit procedere ad secundam præsentationem, etiam secunda non cassata, euidenter tamen nulla; si verò spectat ad prædictos, non vt collegium, vel prima est nulla ex defectu præsentantium, vt quia sint excommunicati, & sic nisi absoluti nõ possunt iterum præsentare; si verò est nulla ob crimen pręsentati, si interuenit culpa præsentantium, sic non possunt præsentare ea vice, alias sic, & secunda erit valida, vel volunt præsentare variando accumulatiuè, & sic patroni clerici ratione ecclesiæ non possunt variare, ratione verò patrimonij, vt laici, sic, & ita non requiritur aliqua cassatio primæ præsentationis, quia secunda fuit accumulatiuè, vel præsentant non eodem tempore, sed quilibet facit suam præsentationem, & tunc possunt fieri plures præsentationes, etiam primis non cassatis, instituetur tamen qui potiora habebit iura, vt ibi dicit art. 7. Et quod dictum est patronum præsentare posse, si vacat ecclesia, intelligitur etiam quando Rector illius ea est priuatus, si tamen delictum superuenit præsentationem iam factam de eo à patrono, si sciuit illius delictum, & præsentauit, priuatur ea vice facultate præsentandi, & potest etiam præsentare quando beneficium vacat de iure, & non de facto, vt quia quis consecutus sit beneficium secundum incompatibile, vel si beneficium vacat de iure, etiam nõ secuta sententia declaratoria, sic tamen vt institutio non fiat, nisi facta citatione, vt ibi dicit art. 9. & 10. & similiter si per sententiam sit priuatus, nisi appellauerit, vt ibi dicit art. 11. quòd si lis inter duos vertatur, vno cedente, vel mortuo ante quatuor menses, potest alius in eius locum præsentari, post verò non in patronis laicis, nam in ecclesiasticis non potest alius substitui, vt ibi dicit art. 12. vbi latè examinat hanc quæstionem; non dicitur verò vacare beneficium ad effectum præsentandi, si beneficiatus contra quem super beneficio litigatur, cedit, vel decedit, si alius lite pendente cum superstite fuerit electus, vt ibi dicit art. 13. quòd si Papa det perpetuum administratorem, & commendatarium in ecclesia patronata pro illa vice, ecclesia non dicitur vacare, vt ad eam patroni possint pręsentare per mortem commendatarij, sed durat antiqua, & immediata prima vacatio, quòd si is moriatur in curia, non per hoc dicetur vacare in curia, cum commendatarius nõ habeat titulum prælaturæ, & ideò potest cum illo beneficio aliud incompatibile obtinere, licèt de stilo curiæ qui seruandus est. c. 2. de rescript. conferantur huiusmodi beneficia in curia, vt ibi dicit Lamber. art. 14. quòd si habens beneficium patronatum promoueatur ad Episcopatum, vacat illud beneficium, & sic patronus potest præsentare. cap. cum in cunctis. de elect. Rota decis. 331. de præb. in nouis, cum per talem promotionem vacent omnia beneficia etiam simplicia. d. c. cum in cunctis. nisi secum fuerit dispensatum, & ideò patroni possunt ꝓsentare, licèt non fuerit consecratus adhuc, per promotionem tamen ad Cardinalatum non omnia, vt dicunt Doct. in c. ecclesia. 2. de elect. & idem dicit ar. 15. vacat etiam beneficium patronatum per adoptionem secundi incompatibilis, si non fuerit secum dispensatum, & ideò, eo casu, patroni poterunt ad illud præsentare, vt ibi dicit art. 16. & idem si secundum fuerit patronatum incompatibile, vt ibi dicit art. 17. & 18. non potest tamen præsentari in ecclesiã vacatura, vt ibi dicit art. 19. nec coadiutor dari perpetuus in beneficio sine consensu patroni, vt ibi dicit art. 20. nec potest beneficiatus eligere sibi successorem in ecclesia patronata de licentia Papę, nisi expresso quòd sit patronatum laicorum, nisi ad-

sit

sit clausula cum derogatione iuris patronatus laicorum; similiter patronus potest præsentare in beneficio vacante in curia, si sit patronatus laicorum, secus si clericorum ne laici retrahantur à fundatione, & idem si fieret permutatio in curia de beneficijs patronatus laicorum, vt ibi ait ar. 22.

Circa personas verò, quæ præsentari possunt, latius quàm supra declarando, dicendum est, primò, presentari posse omnes non prohibitos, & sic clerici primę tonsurę possunt presentari in beneficio patronatu simplici, laicus tamen non potest pręsentari, sicut nec eligi in Episcopum, licèt sic possit postulari; nec conuersi, nec clericus coniugatus, nec heremitę, conuersi, fratres, monachi, & fratres tertij ordinis sancti Francisci in beneficio seculari, nisi sint clerici primę tonsurę, quòd si non sunt professi, & ex fundatione habetur, q̄ præsentetur ibi frater tertij ordinis, & heremita, & huiusmodi, de consensu Episcopi possunt p̄sentari, & generaliter si sunt capaces de iure, vel fundatione, vel Papæ priuilegio beneficij simplicis, sicut & clericus coniugatus si incedit in habitu, & tonsura, potest ex Papæ dispensatione habere beneficium simplex, & idem de militibus Ierosolymitanis in eorum ecclesijs, & etiam in secularibus si sunt clerici; mulier verò si sit secularis non potest præsentari, si verò sit religiosa potest pręsentari in Abbatissam alicuius monasterij suę religionis, nō autem ad titulum alicuius ecclesię secularis, licèt appellentur canonicę, quę tamen non sunt verè tales, imò status ille est reprobatus; laicus etiam non potest præsentari, si sunt laici puri, si verò sunt templarij permissi, milites, & conuersi in eorum ecclesia possunt præsentari, in alijs verò non, filius t̄n familias potest pręsentari, seruus tamen non etiam in secularibus collegijs, monachus verò potest præsentari, modo vt infra, illegitimus verò non potest præsentari, nisi sit legitimatus per subsequens matrimonium, vel secum fuerit dispensatum, nec corpore vitiati si adsit notabilis deformitas, nec dæmoniaci, nec bigami, nisi ex Papæ dispensatione, nec neophiti, nisi possint ordinari ad ordines minores, beneficiatus tamen ad vnum beneficium patronatum, nisi aliud lex fundatoris disposuerit, vel nisi sint incompatibilia, etiā in eadem ecclesia potest præsentari, nec Episcopus potest præsentari, Cardinalis tamen sic, nec duo simul ad vnum beneficium, nisi diuidatur de consensu Episcopi, & patronorum, ac ex rationabili causa, & quòd illi fructus sint sufficientes, vel si in fundatione habeatur quòd duo præsentētur, quia censentur duæ capellaniæ, aliàs in vno beneficio vnus t̄m debet institui, licèt ex consuetudine fortè duo instituantur; inuitus etiam non potest p̄sentari, nisi clericus sit, & per Papam compellatur in beneficijs curatis pro vtilitate ecclesiæ, Ep̄s tamen non, cum ibi sit matrimoniū spirituale, quod requirit consensum, potest t̄n transferri ex necessitate, vel vtilitate; religiosus etiam professus si clericus sit potest per patronos in ecclesia parochiali præsentari, sola Abbatis licentia petita, licèt nō obtenta, etiam sine Ep̄i dispensatione, sed Papæ hodie, non tamen potest præsentari ad beneficia simplicia sine dispensatione; quando verò patroni præsentant religiosum, requiritur quòd præsentatio sit facta in concordia patronorum, si sit religiosus mendicans, si verò alius, sufficit quòd fiat à maiori parte respectu omnium, & si sit à patronis, ad quos spectat collatio non iure collegij, sed iure singulari, tunc sufficit præsentatio facta à maiori parte respectu minoris, & si ecclesia sit solita regi per clericos seculares, canonici regulares remanentes in claustro non possunt assumi ad illam ecclesiam, & idem

21 Pręsentari quæ p̄sonę rursus possint, vel non.

in monachis, nisi adsit causa necessitatis, vt ibi ponatur regularis, si consuetudo non habet memoriam in cōtrarium quòd semper recta fuerit per seculares; èconuerso clericus secularis non potest præsentari ad prælaturam in ecclesia regularium, ipso remanente seculari, si capella est fundata simul cum monasterio, sed extra pro præstandis sacramentis plebi potest præsentari etiam secularis, & etiam intus monasterium si adsit necessitas, & si sunt capellæ simplices, vel altaria simplicia dotata cum ipso monasterio, patronus poterit in ea præsentare quem velit, licèt secularem, si verò post fundationem monasterij capellæ sint fundatæ, si nihil est dictum de præsentando secularem, ibi nō potest præsentari in titulum, secus in stipendium, vt ibi seruiat, non se miscendo cum monacis, quòd si aliqui sunt redditus in ecclesijs Mendicantium, qui non possunt habere proprium, cum ante ecclesia fuisset secularis, tunc potest secularis in ea præsentari, quòd si postea est fundata cum reseruatione præsentandi etiam secularem, sic poterit fieri, sic tamen vt non habeat conuersationem cum fratribus, nec vocē in electione Guardiani, & huiusmodi; Peregrini verò clerici, & non diœcesani nō possunt admitti sine probatione, & literis dimissorijs sui ordinarij, nec institui, vt inquit Abb. in c. cum iamdudum. de præb. & in c. cum fraternitatis. de cler. non resid. nisi quis sit notus Episcopo, qui cū habet instituere cum præsentantibus, ita vt notas habeant eius qualitates, & mores; ex consuetudine tamen quilibet vndecunq; sit præsentari potest per patronum, vel laicum, vel Episcopum, dummodo sit idoneus, licèt in paritate debeat eligi de ciuitate, vel diœcesi, sicut & Episcopus eligendus debet esse de numero Canonicorum, si ibi idoneus reperitur.

Quo verò ad ætatem præsentandi, debet esse præsentatus illius ætatis quam beneficium requirit, vnde minor quatuordecim annis non potest præsentari ad beneficium simplex ex dispositione Trid. Conc. sess. 23. cap. 6. hodie, vt dixi supra, cap. 3. vbi & notaui, quæ ætas requiratur ad quodlibet beneficium obtinendum; vnde si præbenda sit sacerdotalis non potest ibi præsentari qui non sit actu sacerdos, si ex fundatione habeatur quòd præsentetur presbyter idoneus, si verò ex institutione id non exprimatur, & capella sit sacerdotalis, vel constitutio, aut priuilegium non habeat, q; debeat esse actu sacerdos, sufficit ex huiusmodi dispositione eum habere ætatem aptam ad sacerdotium, & quod dicitur respectiuè de præbenda sacerdotali, intelligitur etiam de diaconali, & subdiaconali: quando verò debet esse actu sacerdos potest de consensu patroni, vel eius hæredis, ac Episcopi, & ex iusta causa præsentari etiam non sacerdos actu, vel non habens ordinem illum tempore præsentationis, dummodo habeat ætatem ad illum, vt inquit Lamb. prædicta latè examinans, circa quæst. qui præsentari possit, vel non. d. lib. 2. p. 1. q. 7. princ. per 30. art.

An verò patronus possit seipsum præsentare, vel præsentari à compatronis, vel ab eo causam habentibus, dicendum est, primò, quòd patronus clericus non potest seipsum præsentare ad ecclesiam vacantem. c. per vestras. de Iure patr. cum debeat esse differentia inter dantem, & recipientem, præsentantem, & præsentatū, ad beneficium tamen simplex se præsentare potest, non solùm si sit sine cura, sed etiam si sit personatus non habens magnam ecclesiam, nec magnos redditus. & eo casu potest patronus porrigere preces habenti instituere, vt sibi idoneo, & pauperi prouideatur de beneficio eius patronato, si sit sine cura, imò Episcopus proprio motu potest ve-

tell vocare clericum patronũ, & eum instituere in ecclesia patronata, quæ intelliguntur quando solus est patronus, quia si habet compatronos nõ potest præsentare seipsum, potest tamen præsentari per compatronos in ecclesia patronata, non autem eo casu potest præsentare seipsum, sed debet præsentari ab illis; debet tamen consentire præsentationi factæ de seipso intra tempus datum ad præsentandum, & eo casu consensus compatroni facit numerum, procurator tamen constitutus ad præsentandum non potest præsentare constituentem, substitutus tamen à procuratore ex causa potest præsentare procuratorem, non tamen dominum patronum constituentem, sic donatarius iuris patronatus antequam ecclesia vacet potest præsentare donantem remota fraude, si verò est facta donatio postquam vacauit ecclesia, vel in vacando, tunc si donatio est facta, vt donator præsentetur, & expressè, dicendum est, quòd non potest, quia saperet simoniam, ambitionem, & fraudem, & idem est si hoc pactum non est expressum in donatione, sed conciperetur ex hoc factam esse donationem, vt ipse præsentaretur. c. 2. de renunc. in 6. Decius conf. 129. Lamb. loco prædicto, art. 11. pater tamen patronus potest præsentare filium clericum, si est idoneus, aliàs nõ, compromissarius verò si est pater, & filius nõ est patronus, potest eum præsentare, & idem si est canonicus. & si talis est, & compromissum est factum ab omnibus canonicis poterit filium eligere, si verò filius est patronus, & clericus, & compromittitur in patrem, si est solus patronus, non potest pater eum præsentare, vt nec procurator mandantem, si verò habet compatronos, qui omnes compromiserunt, tunc pater potest illum præsentare, sicut & compatroni, vt ait Lamb. d. lib. 2. 8. q. princ. 1. p. vsque ad art. 13. sic etiam excommunicatus non potest præsentari, nec suspensus, etiam minori suspensione, quæ est quasi idem cum excommunicatione minori, nec suspensus ab officio in genere, cum propter officium detur beneficium. c. fi. de rescript. in 6. si ab officio, idest ab ordine, si ab ordine presbyterali, non potest præsentari ad beneficium sacerdotale, & sic de alijs, nam suspensus ab vno ordine, non intelligitur suspensus ab alio, quòd si est suspensus à beneficio non potest præsentari, & similiter si est suspensus ab officio, & beneficio, & idem si est suspensus ab omnibus ecclesijs, quia intelligitur suspensus ab ingressu omnium ecclesiarum, vt ait Lamb. d. lib. 2. 1. p. 9. q. princip. art. 1. & 2. post Abb. in cap. cum dilectus. de consuet.

Quo verò ad interdictum, si est interdictum generale, vel speciale, clerici illud seruantes possunt præsentari, si verò nõ seruant, in casu, quo incurrunt irregularitatem, nõ possunt præsentari, si verò est interdictum singulare, interdictus ab officio, vel beneficio, eo durante, potest præsentari, vel non, modo vt supra est dictũ de suspenso, si verò non seruat interdictum singulare, cum efficiatur irregularis non potest præsentari, non seruans verò interdictum à beneficio, cessante interdicto, poterit præsentari, vt ibi dicit art. 3. similiter irregularis præsentari non potest. c. clericus. de cler. excom. nisi sit contracta ante baptismum, vt ibi dicit art 4. similiter, nec degradatus, vel depositus, vel verbaliter, vel actualiter, de quo in c. degradatio. de pœnis. in 6. nec hæretici, nec excommunicati publicè minori excommunicatione, nec hæreticis credentes, eorum receptatores, fautores, & defensores, nec schismaticus. cap. fi. de elect. in 6. nec apostata à fide, nec alij apostatæ, qui non possunt clericare; si verò sint alij apostatæ, qui solũ peccatum mortale committunt, sic possunt; nec simoniaci, nec homicidæ,

nec infames, quę simonia committitur per præsentantem, & præsentatum, vt ibi dicit art. 4. vsque ad art. 11. nec ambitiosus, qui desiderat præesse, non prodesse, vt ibi dicit art. 12. nec qui consentit præsentationi antequam præsentetur, vt ibi dicit art. 13. nec homicida, vel mutilator membri, nisi ad necessariam defensionem, vt ibi dicit art. 14. nec periurus, si eum non pœniteat, si sit contra iuramentum assertorium, si verò est contra iuramentũ factum in contractu, tunc non sufficit pœnitentia cum infamet, vt ibi dicit art. 15. nec infamis infamia iuris, & minus facti, nisi sit restitutus ab habente potestatem, & ab infamia liberatus; sic existens in peccato mortali notorio si perseueret in illo non potest præsentari, secus si sint delicta occulta, & non perseuerata, vt ibi dicit art. 16. & 17. nec peccans contra naturam actiuè, vel passiuè, etiam abutendo fœminis, nisi id fit occultum, & nõ perseueret in illo, secus si publicum sit, vt ibi dicit art. 18. latè examinans illum casum; sic adulter si sit manifestus per confessionem factam extra iudicium, vel famam publicam, vel conuictionem in iudicio, non potest præsentari, nisi post dispensationem, quæ ab Episcopo fieri potest, nisi crimen sit occultum, quia tunc sufficit pœnitentia, vt ibi dicit art. 19. sic concubinarius occultus omnino, licèt non debeat præsentari, tenet tamen præsentio, & similiter si non est omnino occultus, quia de eo habetur notitia, sed tamen toleratur, quòd si est publicus per sententiam, vel cõfessionem propriam, vel notorietatem facti secus est, nisi dimittat concubinam, & pœniteat, vt ibi dicit art. 20. similiter nec vsurarius potest præsentari si sit vsurarius manifestus, vel si id probari potest, & opponatur, vt ibi dicit art. 21. nec falsificans per se, vel alios literas Apostolicas, vt ibi dicit ar. 22. & generaliter omnia illa crimina impediunt, vt quis non possit pręsentari, quæ inducunt irregularitatem, degradationem, depositionem, priuationẽ beneficij, excommunicationem, suspensionem, interdictum, vel infamiam iuris, vel facti, vel si perseuerat in crimine enormi apertè ante pœnitentiam peractam, vel si illo sit irretitus crimine quod impedit executionem ordinis, etiam post pœnitentiam, dicens tamen art. 23. si quis sit ordinatus cum aliquo crimine, in admittendo illum ad beneficia non esse ita subtiliter indagandum, sed tantum ea crimina considerari, quæ faciunt aliquem inhabilem ad beneficia, quæ sunt illa de quibus supra. Illiteratus etiã præsentari non potest. cap. illiteratus. 36. dist. quæ verò scientia requiratur in singulis beneficijs, dictum est supra, cap. 3. & tradit Lamb. d. q. art. 24. & 25. & quis possit cognoscere in hac scientia declarat ibi art. 25. potest enim cognoscere de scientia superior, etiam si præsentatus alias sit admissus, & magis successor, & si sit totaliter illiteratus non potest admitti ab Episcopo, vnde nec Eps illiteratus omnino fortè à Papa potest dispensari, Episcopus verò totaliter illiteratum, si aptus est seruire ecclesiæ, potest fortè tolerare, nec attenditur an alias sit admissus, vel non, quia semper superior potest examinare, vt ibi ait d. art. 25. dicens etiam doctiores debere esse canonicos ecclesiarum Cathedralium, quàm inferiorum; dicens etiam non posse semel approbatum se defendere contra opponentes de scientia; histrio clericus etiam, scurra, vel buffonus non potest præsentari. c. maritum. 34. dist. etiam acta pęnitentia, nisi cum eo dispensetur, & idem de ioculatore, & ex luero faciente in publico gestum corporis sui, imò etiam larua prohibetur clericis, vt inquit Abb. in c. cum decorem. de vita, & honest. cler. & Lamb. ibi art. 26. quòd si quis sit præsentatus, & repulsus vitio personæ, non potest

test præsentari in alia ecclesia.c.super eo.de elect. durante vitio personæ, si impedimentum est temporale, vt excommunicatio, &c. nam ea cessante potest præsentari; si verò est perpetuum, vt irregularitas, non potest admitti, nisi cum dispensatione, & si impedimentum non recipit dispensationem, nunquam potest admitti, vt ibi dicit art.27. quòd si patronus clericus præsentet indignum ex impedimentis superius relatis, nihilominus poterit à compatronis præsentari in illa ecclesia, nisi sit patronus ecclesiasticus, secus si laicus.

Ad hoc verò vt quis possit præsentari debet esse de legitimo matrimonio natus, vel secum dispensatum ad ordines, & beneficium, quòd sit masculus, non fœmina, nisi in monasterio monialium, q. sit liber non seruus, quòd non sit obligatus ad ratiocinia, quòd non sit curialis, quòd non sit coniugatus, nisi vt supra, nec bigamus, nec neophitus, nec sacramentum imprimens characterem bis receperit, quòd solemniter non pœnituerit, quòd sciat bene regere domum suam, quòd non sit corpore viciatus, quòd sit ætatis debitæ beneficio, quòd non sit irregularis, nec cum notabili crimine, quòd non sit peregrinus, nisi vt supra, quòd sit literatus, quòd non sit laicus, quòd habeat ordinem requisitum, vel sit in ætate ad habendum tempore præsentationis, quòd regularis in ecclesia regulari præsentetur, & è contra, & incedat in habitu, & tonsura, si est in sacris, quòd obseruet castitatem, quòd non peccet contra naturam, nec sit adulter, nec cõcubinarius, quòd recitet diuinum officium, si beneficium habet, vel ordinem sacrum, quòd non se intruserit in beneficio, quòd non sit vagabundus, sed resideat in beneficio, quòd non habeat plura beneficia incompatibilia, quòd ad vnū præsentetur, si beneficium est cum cura, quòd rectè administret officium, & aptus sit ad curam, & diligentiam habendam circa ecclesiam & eius bona, quòd non sit negotiator, & abstineat à voluptatibus, spectaculis, pompis, conuiuijs publicis, non sit histrio, nec incedat laruatus, non ambitiosus, non simoniacus, nec venator, & abstineat etiam à specie mali. & in omnibus sit cautus, & modestus, quòd sit patiens, arma non ferat, nisi ad defensionem, sobrius, censura non innodatus, non depositus, vel degradatus, tempore præsentationis saltem sit confessus, & sine peccato mortali, non hæreticus, fautor, vel receptator eorum, non schismaticus, non infamis periurus, non repulsus alias à præsentatione vitio personæ, quòd non præsentarit indignum si est patronus ecclesiasticus, quòd sit hospitalis; quæ quidem requisita requiruntur tempore præsentationis, vt ibi latè dicit art.1. 10. q. princ. 2.p. lib.2. præsumitur autem quilibet idoneus ad beneficium, nisi contrarium probetur, vt ibi dicit art.2. quò ad idoneitatem intrinsecā, & etiam quò ad extrinsecam, nisi sit qui opponat, vt ibi dicit art.2. patroni tamen debent eligere magis idoneum, nec sufficit salua cõscientia eligere idoneum relicto magis idoneo, aliàs peccant, si id faciant ad priuatum eorum bonum, vel contra obedientiam superioris, aliàs patroni laici possunt tuta conscientia præsentare minus idoneum, relicto magis idoneo, modo beneficium non sit curatum. ex Conc. Trid. sess.24. de reform.c.1. sic enim patroni digniorem, omisso digno, sub mortali eligere tenentur, in simplicibus verò sat est idoneum eligere etiam omisso digniori, licèt electores teneantur eligere magis idoneum, & idem sit in patronis ecclesiasticis præsentantibus, qui in hoc æquiparantur electoribus, vt ibi dicit art.3. vbi latè examinat hanc quæstionem; quòd si patroni ecclesiastici præsentant mi-

nus idoneum, vel indignum, priuati sunt ea vice iure præsentandi. c.cum in cunctis.§.si.de elect.si verò est patronus laicus, & præsentauit minus idoneum, qui talis est iudicatus, potest intra quadrimestre alium præsentare, nisi careat requisitis statutis per fundatorem, vt quòd sit sacerdos: si verò lapsum est quadrimestre, tunc deuoluitur potestas ad instituentem, si verò præsentauit indignum ob crimen, si ignoranter, intra quadrimestre potest variare, vt supra, aliàs non, quòd si scienter præsentauit indignum, illa vice priuatur potestate præsentandi, & præsumitur habere notitiam præsentati, nisi delictum sit occultum, & vbi dubitatur, infraquadrimestre possèt variare, dicitur verò præsentare indignum, qui præsentat censuratum, homicidam, hæreticum, simoniacum, luxuriosum, nisi peccatum sit occultum, laicum, mulierem, & præsentet se, si nō præsentet sacerdotem, vbi ex fundatione requiritur, dicitur verò præsentare non idoneum, quando defectus non sonat in vitium, vt non bene literatum, coniugatum, non incedentem in habitu, & tonsura, non habentem ordinem requisitum, heremitam, militem Ierosolymitanum, clericum peregrinum, bigamum, neophitum; & laicus si præsentet habentem incompatibile, monachum in ecclesia seculari; & quod dictum est de præsentante indignum, esse priuatum illa vice iure pſentandi, procedit in casibus expressis à iure, vnde in alijs non procedit, vt quia non præsentauit primo, sed id consyllit, & secundo præsentauit, ex prima enim concessione nulla, & coram ordinario nō facta, non priuabitur, quia poterit præsentare canonicè alium, tam patronus ecclesiasticus, quàm laicus, vt ibi latè ait art. 4. quòd si patroni præsentant minus idoneum, super quo tamen defectu Episcopus possit dispensare, si omnes cōcordant in præsentando, possunt intra quadrimestre, si laici sunt, variare, si verò aliqui maiores numero præsentant non idoneum, alij verò idoneum, non potest Episcopus dispensare cum non idoneo præsentato à maiori parte inuita minori, quia si labitur quadrimestre, instituetur præsentatus à minori parte; si verò intra quadrimestre non præsentant talem idoneum, sic potest dispensare inuitis patronis, vt & conferre, q. si præsentant duos idoneos, Episcopus potest gratificare cui vult. c.cū autem. c.quod autem.de Iure patr.quòd si primo præsentant non idoneum, tum idoneum, potest Episcopus dispensare cum primo etiam inuitis patronis, cum faciat illum idoneum, & gratificet, quòd si patroni præsentent indignum ignoranter intra quadrimestre, possunt variare, si verò scienter, sunt priuati illa vice iure præsentandi, & deuolutio fit ad Episcopum, qui poterit dispensare etiam inuitis patronis cum illo indigno, si casus sit talis, vt in eo Episcopus dispēsare possit, quòd si maior pars præsentauit indignum, alia dignum, non potest dispensare cum indigno inuitis patronis, cum præsentantes indignum, priuati sint iure suo, & accrescat alijs, quòd si indignus est institurus per inferiorem Episcopo, casu quo habet ius instituendi iure speciali, & præsentatio, & institutio non tenet, si institutio erat nulla ipso iure ex illa indignitate, cum præsentantes priuentur iure præsentandi illa vice, & instituens instituendi, vt not.in cap.cum eos. & in c.sicut.de suppl.negl.prael. & deuolutio fit ad Episcopum, & sic poterit dispensare cū præsentato; si verò institutio non est nulla ipso iure, non tenet dispensatio, casu quo id ei permittatur, si verò quis est institutus, & indignitas superuenit, non potest cum illo dispensare sine patronis, vt ibi dicit art. 5. nec potest etiam Episcopus dispensare, vt præsentandus in beneficio patronato, aliud detineat, si ex fundatione habeatur, vt institutus nō habeat

aliud beneficium, vt ibi ait art.6. nec circa qualitates beneficij patronati,
inuito patrono, vt si beneficium sit sacerdotale, nisi necessitas adsit, vel in-
teruenat consensus Episcopi, patroni, & hæredis, ex causa, quia tunc po-
test conferri non sacerdoti, vt ibi dicit art.7.

Circa modum verò præsentandi, dicendum est, quòd absens præsentari 22
non potest etiam per procuratorem, vt dicit Rota decis.211. in antiquis. Presenta-
nec consuetudine introduci potest, vt præsentetur absens, si tamē is notus tio quo
sit habenti instituere, ita vt non egeat examinatione, potest etiam absens modo sit
præsentari sine examine, sicut electus notoriè idoneus potest confirmari fienda.
sine examinatione, vt supra est dictum, nisi examinatio sit de forma, vt in
parochialibus, vel Episcopus consecretur, & quando Episcopus instituit
absentem præsumitur habere notitiam eius, quando verò absens notus Epi-
scopo est præsentatus, debet acceptare præsentationem intra quadrime-
stre, vel semestre secundùm qualitatem præsentantium, per se, vel procu-
ratorem specialem, non autem per consanguineum, vt inquit Lamber. in d.
lib.2. q.11. art. 1.2.3.4. & 5 concordat Zerola in praxi ep. verbo, Ius patro-
natus, nu.7. vbi dicit, in hoc aduertendum, ne vnus pro alio supponatur.

Circa tempus verò, quo debet fieri præsentatio, laici debent præsenta- 23
re intra quadrimestre, clerici verò intra semestre, vt supra, si sunt patroni Presenta-
ratione ecclesiæ, nam si ratione patrimonij censentur vt laici. c.2. de suppl. tio quo tē
negl. prælat. ideò autem maius tempus conceditur ecclesiasticis, quia non pore rur-
possunt variare, vt laici, & quia possunt inuenire magis idoneum, vt dicit sus fienda.
Lamb. d. lib.2.2.p. q.2. princ. art. 1. quòd si patronus laicus habet ius patro-
natus commune cum clerico, habet semestre ad præsentandum, etiam si ha
beat plures partes quàm clericus, & etiam ecclesia donataria patronata
habet semestre ad psentandum, & si sint duo patroni laici, vno donante ius
patronatus ecclesiæ, is qui illud retinuit habebit semestre ad præsentan-
dum, vt ibi dicit art.2.3.4. & 5. potest tamen ex consuetudine induci, vt
tempus præsentandi tam clericis, quàm laicis amplietur, vel restringatur,
& etiam id potest facere ordinarius, & magis fundatot cum Episcopi con-
sensu. oportet tamen quòd consuetudo sit præscripta, vt ibi ait art.6. & 7.
tempus verò datum patronis ad præsentandum incipit currere à die vaca-
tionis. d. cap.2. de suppl. negl. prælat. cap.2. §. cum verò. de concess. præb. cap.
cam te. de Iure patr. etiam illis ignorantibus, & impeditis. Dictis iuribus,
sustineri tamen potest, quòd currat tantum à verisimilis notitiæ vacatio-
nis die, ex decis. vnica Rotæ. Iure patr. in antiquis. Zerola in praxi ep. ver-
bo, Ius patronatus. num.8. 1. & 2. dubio. vbi & dicit id tempus non currere
legitimè impedito, de quo infra, & Episcopus potest protogare tempus con
cessum patronis ad præsentandum, ad quatuor, vel sex menses, ad sui præ-
iudicium. Crescent. decis.148. in manuscr. Paris. de resign. benef. lib.7. q. vlt.
in fi. & magis si beneficium vacaret per secretam resignationem, quod si lis
sit mota super iure patronatus inter existentes in quasi possessione præsen-
tandi, si non finiatur lis intra tempus statutum, & lis sit mota ante ecclesiæ
vacationem, Episcopus poterit ibi aliquem instituere sine aliqua litigan-
tium præsentatione, si verò lis est mota post vacationem, vt quia dicunt
aliqui esse patronatam cum ante teneretur libera, Episcopus prouidebit,
si verò existentes in quasi possessione litigant cum Episcopo super iure pa-
tronatus, Episcopus non prouidebit, sed ponet ibi œconomum vsque ad li-
tem finitam; quòd si ecclesia clarè est patronata, & patroni sunt discordes,

quia

quia plures præsentarunt, & litigatur de meritis præsentatorum, & quis plura habeat suffragia, & quæritur de gratificatione facienda, Episcopus ordinabit ecclesiam, & instituet quem sibi videtur, quòd si patroni sunt concordes, & elabitur tempus, Episcopus prouidebit. d.c.2.de suppl.negl. prælat. quòd si lis est inter patronos super forma præsentationis, vt quia vna pars dicat absentem præsentatum, alia criminosum, tunc non currit tempus, quòd si lis fit inter patronos super iure patronatus ob successiones hæreditarias, aliquibus dicentibus ad se solum pertinere ius præsentandi, alijs contra, tunc Episcopus lapso tempore prouidebit ecclesiæ, & idem si litigetur de quota iuris patronatus, vel de quota aut quasi possessione iuris præsentandi, q. si est quæstio de iure patronatus, vel quasi possessione præsentandi inter aliquos asserentes se patronos, & tñ dubitatur an sint patroni, & non est clarum ecclesiam esse liberam, lapso tempore Episcopus eam conferet cui sibi videbitur, saluo iure euincentis, vt ibi latè dicit art.9. quòd si lis moueatur super iure patronatus, vel quasi possessione illius inter compatronos ecclesiasticos, & laicos, debet finiri infra semestre, vt ibi dicit art.10.& 11. vbi ait, quid iuris sit, quando lis mouetur super iure eligendi, quòd si mandatum fiat ab Episcopo patronis ne præsentent, quia prætendat ecclesiam esse liberam, quia tunc non oritur lis inter ipsos, non currit tempus patronis, & idem si prohibitio fiat patronis ecclesiasticis per Legatum Papæ; in patronis verò laicis si fiat per Papam; quòd si Legatus prohibeat patrono ne præsentet sine consensu talis Prælati, & abbreuiet tempus datum ad præsentandum, & is cuius consensus requiritur, se occultauit, non currit tempus patrono, si verò requiritur solum consilium, illo non expectato potuisset præsentare, cum sufficiat peti consilium.c.cum veteri.de elect. idem dicendum in patrono laico, si ei facta esset prohibitio à Papa huiusmodi, nam si potuit habere licentiam talis Prælati, & non habuit intra tempus, sibi imputetur, nam tale mandatum comprehendit etiam laicos, dummodo ex verbis Papæ colligatur eũ velle derogare iuri patronatus, alias non, & casu quo patronus laicus, vel ecclesiasticus habet petere licentiam à Legato, vel Papa præsentandi, vel si mandetur, quòd præsentet cum consensu alicuius, tunc ante præsentationem coram publicis personis protestari debet, quòd ipsi accederent, sed non possunt ob impedimentum ire, vel mittere, & sic etiam quòd peterent consensum talis, sed quia se occultauit, non possunt illum habere, & idem de consilio, & tunc præsentent coram ordinario, vt ait Felin.in cap. transmissa.de prǽscrip. & idem dicendum, si duo litigant super iure patronatu, vel quasi possessione illius, & vnus malitiosè litem protrahit, vt deuoluatur beneficium ad Episcopum, & ab eo consequatur beneficium fortè, debet alius cõstare facere de idoneitate præsentati, & requirere Episcopum, vt causam terminet, quia per eum non stat, & quòd sibi tempus non currat, nam tunc poterit Episcopus præsentatum per eum instituere, & non instituendo teneretur, vt spernens eum.c.3.de iure patr. vt ibi dicit art.12. sufficit etiam patronis præsentare vltima die temporis dati ad præsentandum, vt ibi dicit art.13. tempus verò semestre, vel quadrimestre datum ad præsentandũ currit de momento ad momentum, & de hora ad horam, vt inquit Archid. & alij in c. cum sit. de elect. in 6. & est tempus continuum, non vtile, vt ibi dicit art.14. & 15. in ecclesia verò nouiter constructa, tempus currit à die assignationis dotis ecclesiæ, nisi ante illud tempus esset ecclesia ædificata,

quia

quia tunc currit à die perfectionis ædificij, & si dos fit omissa, currit post completam ecclesiam. quòd si ecclesia vel altare sunt fundatæ ex ordinatione testatoris, & hæres lapso tempore sibi ab Episcopo præfixo ecclesiã non cœpit ædificare, vel incœpit, & non assignauit dotem, nec illam compleuit, currit sibi tempus tunc cum est in mora, si verò cœpit fundare ecclesiam, & dedit dotem, à die assignatæ dotis, & dote non data, à die completæ ecclesiæ currit, quòd si testator mandet hæredi ecclesiam fundare, & alium voluit esse patronum, tunc donec dos assignetur, vel saltem ecclesia non compleatur, non currit tempus patrono; quòd si beneficium constituitur in abstracto consistens in aliquibus redditibus, statim creato beneficio currit tempus patrono, vt ibi ait ar. 16. quòd si patronus præsentauit, & præsentatus renunciauit præsentationi, vel mortuus est, & non est institutus, currit tempus patrono à die quo renunciauit, & si præsentatus non consensit, currit tempus à die præsentationis, nõ à die dissensus, vt ibi dicit art. 17. quòd si præsentatio reuocatur per occultum crimen ante institutionem, patroni ecclesiastici habebunt aliud semestre ad præsentandum, si ignoranter, nam si scienter non possunt pñsentare; sed si sint patroni laici, possunt intra tempus alium præsentare, si ignoranter, non autem post tempus ob negligentiam, & non ex eo quòd sint priuati, nam si scienter, illa vice præsentare non possunt, vt ibi dicit art. 18. quòd si præsentant indignũ, & restituũtur per Papam, vt iterum possint præsentare, si restitutio fit aduersus tempus lapsum, nõ intelliguntur restituti, nisi ad tẽpus quod amittunt, si verò fit restitutio quò ad potestatem præsentandi, tunc totum tempus, datum à iure sibi restituitur, vt ibi dicit ar. 19. quòd si Rector ecclesiæ est illa priuatus, & tamen administrat, & vt Rector habetur, & patroni priuationem ignorant, non currit tempus patronis, nisi à die mortis ipsius, & idem si secretè renunciasset, & postea stetisset in possessione, vt ibi dicit art. 20. quòd si aliqui patroni sint absentes possunt ratificare peracta per compatronos, vel procuratores præsentes, etiam per literas, intra tempus tamen datum ad præsentandum, vt ibi dicit art. 21. nec sufficit, quòd literæ præsentationis ostendantur, sed præsentandus debet actualiter præsentari, & debet se præsentare cum instrumento præsentationis factæ coram publicis personis, coram habente instituere infra tempus datum ad præsentandum, alias factio instrumenti est nulla, vt ibi dicit art. 22. non tenetur tamen patronus vltra præsentationem personæ idoneæ instare, vel instari facere superiori habenti instituere intra tempus datum ad præsentandum, vt instituat; præsentatus tamen tenetur consentire præsentationi infra dictum tempus, non tamen tenetur instare pro institutione, quòd si patroni præsentarunt coram non habente ius instituendi, & elapsum sit tempus ad præsentandum, si institutio spectabat ad inferiorem ex præscriptione, vel priuilegio, & præsentarunt coram ordinario, & postea sciuerunt institutionem spectare ad inferiorem, poterunt iterum præsentare ob iustam ignorantiam, secus si spectabat ad ordinarium, & se præsentarunt coram inferiore, qui non habebat potestatem, si infra quatuor menses se non correxerunt, accedendo ad ordinarium, non excusantur, nisi ille inferior esset, in quasi possessione illius institutionis, vt ibi dicit art. 24. non tamen tenetur patronus probare se præsentasse infra tempus à iure statutum, si nullũ habet aduersarium, nec compatronum, nec alterum præsentatum; si verò aliquis se opponat, si quidem fuit reiectus à superiore, & assignetur causa,

quia

quia extra tempus præſentarunt , tunc non præſumitur pro præſentatione, quòd ſi habens inſtituere in reiectione expreſſit aliam cauſam, quàm lapſum temporis, vt indignitatem præſentati, tunc præſumitur quòd pręſentatio ſit facta infra tempus, ſi verò præſentatio, non recitata cauſa, eſt reiecta, non præſumitur facta eſſe infra tempus , quòd ſi præſentatio fuit admiſſa, præſumitur facta infra tempus, vt ibi dicit art. 25. quòd ſi patronus non præſentat in tempore ſtatuto à iure, non poteſt moram purgare, vt ibi dicit art 26. termino tamen lapſo à iure patrono conceſſo ad præſentandum, habens inſtituere poteſt admittere eum ad præſentandum, ſi tamē præſentauit indignum, non poterit Epiſcopus illa vice eum admittere ad præſentandum; habens verò inſtituere non poteſt abbreuiare in appoſitione edicti tempus datum ad præſentandum, vt ibi dicit art. 27. & 28. medio verò tempore dato ad pręſentandum maximè propter contentiones patronorum, patroni eccleſiaſtici eccleſiam gubernabunt, niſi eccleſia ſit collegiata, vel Papa det viſitatorem, vel patronus ſit negligens; & ideò patronus poteſt ponere ibi œconomum, & poteſt etiam curam illius committere Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, quòd ſi patronatus ſit laicorum, cuſtodia eccleſiæ ſpectabit ad Epiſcopum, ſi tamen is habet inſtituere, nam ſi ad inferiorem, ad illum etiam ſpectabit cuſtodia, poteſt tamē laicus patronus habere eius cuſtodiam ex priuilegio ſpeciali, vel per conſuetudinem approbatam per ſedem Apoſtolicam, ſi adſit titulus, nam ſine eo, non procedit ſine ſcientia Papæ, niſi ſit tanti temporis; vt eius initij non ſit memoria, vt ibi dicit art. 29. & ſic œconomus poteſt inſtitui, non ſolum quando eſt contentio inter patronum, & Epiſcopum, ſed etiam nulla quæſtione vergente, & etiam ſi ſit alia lis, id poterit facere Epiſcopus , quando eſt ſuper iure patronatu , & eius quaſi poſſeſſione , & idem ſi eſſet ſuper inſtitutione , & ſimiliter, quando patroni nolunt concordare, quia licèt tunc reliquiæ auferantur ab eccleſia, & ibi diuina nō celebrentur; tamen eget œconomo pro fructibus; vel breuius, & melius dicēdum eſt, quòd vbi lis oritur circa ius patronatu , ſi oritur inter Epiſcopum , qui prætendat eccleſiam eſſe liberam, & patronum, tunc lite durante, Epiſcopus non poteſt prouidere, ſed ponet œconomum in eccleſia , lite durante ; ſi verò lis eſt inter patronos , lapſo termino, Epiſcopus conferet, ſaluo iure præſentandi ei qui poſtea euicerit, ſed non pro illa vice. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus. n. 5. ſi verò ſit lis ſuper iure patronatus , vel eius quaſi poſſeſſione inter eos, qui habent cuſtodiam ex priuilegio, vel iure communi, tunc habens inſtituere debet ſupplere, & ponere ibi œconomum, vt ibi dicit art. 30. quòd ſi vertitur lis inter patronos, & eccleſia non vacat, ſed lis eſt de redditibus pro alimentis, Epiſcopus poteſt procedere ad remedia. cap. 1. & 2. de Iure patr. ſcilicet auferendo inde reliquias, & prohibendo diuina, tum ad Papam recurrendum; quòd ſi de facto iſtæ controuerſiæ moueantur, licèt clarè pateat de habente potiora iura, ſi timetur de ſcandalo, neuter inſtituetur, lapſo verò tempore inſtitutor conferet eccleſiam ſi ſine ſcandalo poterit, alias non, & ſi intra tempus non præſentant ex eorum controuerſia, & redditus occupant, pariter reliquiæ auferūtur, eccleſia clauditur, diuina interdicuntur , ꝙ ſi patroni volunt expectare finem temporis ſibi dati, eſt expectandum, & ſi nō labitur tempus, & præſentant, proceditur ad examen per Epiſcopum, etiam termino lapſo, & ſi Epiſcopus vult decidere, & illi de facto ſe opponunt, vel infra tempus non præſentant, & non permit-

tunt

tunt superiorem prouidere ecclesiæ, recurrendum est ad remedia supradicta, & idem quando deuolutio est facta ad ipsum, & non potest prouidere sine scandalo, quòd si agitur cum processibus, & sententijs non est recurrendum ad dicta remedia, quòd si nolunt patroni ista permittere, sed de facto procedunt, vel intra tempus datum ad præsentandum, vel post, & ex ipso facto possunt oriri scandala, vel si deuolutio est facta ad superiorem, & nolunt prouidere ecclesiæ, debet semper recurri ad dicta remedia, tum ad brachium seculare Episcopi, vel iudicis secularis, postea ad Papam, & demum ad Deum per orationes: oportet tamen scandalum debere esse magnum, vt dubitetur de morte, & magna strage, non de simplicibus verbis, & quòd patroni sint laici, non ecclesiastici, & eo casu deuolutione facta ad Episcopum, poterit alicui beneficium conferre secretò, ne fiat deuolutio ad suum superiorem, vt ibi dicit art. 31.

Circa tempus verò præcisum, & locum, vbi debet fieri præsentatio, dicendum est, quòd licet fieri possit nondum tradito corpore Rectoris mortui sepulturæ, de honestate tamen debet expectari, vt & in electione, vt ait Ioan. Andr. in cap. bonæ. de elect. Missa etiam Spiritus sancti non est de substantia electionis, nec præsentationis, in qua nullum ius spirituale, vel temporale ad beneficiũ traditur, vt not. in c. cũ Bertoldus. de re iudic. cum solum ius spirituale detur per institutionem. c. ex frequentibus. de instit. cum tñ in electione tractetur res mere spiritualis. c. messana. c. sacrosancta. de elect. vt ait Lamb. d. 2. p. q. 2. ar. 1. & 2. decet tñ vt Missa dicta celebretur, & potest etiam præsentatio fieri die feriato in honorem Dei, si tamen aliqui se opponant, iudicium nõ debet tractari in diebus feriatis in honorem Dei, sic tñ in inductis ad hominum vtilitatem, & potest etiam fieri de nocte, vt ibi dicit art. 3. & 4. potest etiam quandoq; patronus præsentare post lapsum temporis, vt si præsentatus acceptauit præsentationem, & postea renunciauit, vel mortuus est ante institutionem, vel præsentatio reuocatur ob aliquod vitium occultum præsentati, vel si præsentantes indignum fuerũt à Papa restituti, his enim casibus habebunt idem quadrimestre, vel semestre ad præsentandum, vel si habens instituere ex gratia eos admittit, vel propter litem, vel quasi possessionem, vt supra est dictum, vt ibi dicit art. 5. præsentatio etiam fieri potest extra territorium instituere habentis, & ibi instituens potest præsentare confirmatum, secus in eius vicario, vt ibi dicit art. 6. quo verò ad locum, electio debet fieri in ecclesia, præsentantes verò iure singulari debent facere præsentationem in loco honesto, iure verò collegij in loco consueto, vt ibi dicit art. 7. & non oportet patronos simul conuenire in actu præsentationis, sed sufficit eos separatim præsentare, vt singulos, & magis si consuetudo talis sit, si tamen ad singulos spectat præsentatio; nam si vt ad collegium, tunc non vocati possunt agere de contemptu, & debent simul omnes conuenire, vt ibi dicit art. 8. vbi latè id examinat, & quando vt singuli præsentant, sufficit ꝙ maior pars præsentet, minori non vocata, vt ibi dicit, quòd si parochiani habent præsentare, si vt vniuersi, vel ex consuetudine, vel quia de bonis communibus ecclesiam construxerunt, &c. omnes vocari debent & in vno loco conuenire, ꝙ si quilibet parochianus de suo contribuit ad ecclesiæ perfectionem, non per modum eleemosynæ, sed dotationis, vel complementi eius cum consensu Episcopi, tunc prẹsentabunt vt singuli iuxta regulam prædictam, vt dicit art. 9. & vbi competit ius patronatus parochianis, si vt vniuersis, tunc

Y voca-

vocabuntur regentes vniuersitatem, & si spectat ad populum, illi de populo vocabuntur, quando vniuersitas deduxit ecclesiam ad esse; quod si habent ex præsumpta fundatione, tunc illi parochiani, qui sunt in quasi possessione præsentandi, vel eorum antecessores, erunt vocandi, & non conductores domuum, licèt ibi ijdem habitent extra parochiam, quòd si id habent parochiani ex consuetudine, quia præsumatur habitantes in parochia ecclesiam fundasse, tunc vel præsentatio fit per regentes parochiam quando ius patronatus spectat ad vniuersitatem, vel fit per habitantes in ea, & tunc absentes non sunt vocandi, sed conductores domuum, quòd si quis fundauit ecclesiam, reseruato iure patronatus habitantibus in tali vicinia, cũ consensu ordinarij, tunc ij concurrent etiam si domos habeant conductas, non autem domini domuum, quòd si parochiani non habent ius patronatus, sed ius petendi Rectorem, quod ex consuetudine acquiri potest, tunc aliqui nõ sunt vocandi, nec domini domuum petent, sed habitantes in eis, vt ibi ait art. 10. quòd si ius patronatus spectet ad vniuersitatem, non omnes de populo, sed regentes vniuersitatem præsentabunt, quòd si ibi non sint regentes, sed populus præsentat, vel duæ partes ipsius, virgines, viduæ, & filij sunt vocandi si habeant domicilium separatum, nisi filij masculi repræsentent domicilium, quia illi sunt vocandi, iure similiter patronatu ad populum spectante, pupilli maiores septennio, & similiter eorum tutores sunt vocandi, si verò populus regitur per regentes, regentes sunt vocandi, vt ibi dicit art. 11. 12. & 13. quòd si ius patronatus spectat ad populum, vel viciniam, tutor præsentabit pro infante, & si caret tutore, tũc eius vox nõ erit in consideratione illa vice, & si ibi sunt regentes, illi soli præsentabunt, sed si habet ius patronatus infans, vt particularis ex patrimonio, vel vt vnus parochianus, tunc tutor præsentabit per eo, quem si non habet, confundetur eius vox inter alios, & si omnes essent infantes, Episcopus illa vice prouidebit, vel eo casu consanguineus pro infante præsentabit, secus si collegium habeat præsentare, vt ibi dicit art. 14. quòd si populus præsentat, pupilli etiam admittuntur maiores tamen septennio, vt ait Cald. cons. 9. si verò præsentatio fit per regentes vniuersitatem, tunc quia debent esse maiores quatuordecim annis non debet admitti pupillus, tutor, nec maior nisi regat vniuersitatem, & similiter si est aliqua vniuersitas personarum ætatis perfectæ, de consensu vniuersitatis poterit pupillus admitti, & eius vox computabitur, vno tamen contradicente non posset admitti, cum non sit de numero, si verò omnes de populo præsentarent, pupilli filij familias admitterentur, & mulieres, de consuetudine tamen nõ admittuntur, vt ibi dicit art. 15. similiter patroni si concordant communi consensu possent admittere extraneum ad præsentandum cum eis, vt not. in c. seipsum. de elect. si tamen minor pars contradicat, vel etiam vnus ex eis non potest admitti extraneus, & eo casu admissus per patronos ad præsentandum, acquiret quasi possessionẽ præsentandi in futurum, nisi sit admissus pro illa vice tantum, vt ibi dicit art. 16. similiter nõ potest compromitti ius præsentandi à maiori parte, minori contradicente, vel vno tantũ, si habent ius præsentandi iure collegij, vel vniuersitatis, secus si iure singulari, & separatim habent ius præsentandi, cum per hoc non præiudicetur alijs patronis, vt ibi dicit art. 17. nec etiã forma cap. quia propter. de elect. seruanda est in præsentatione, vt ibi dicit art. 18. quòd si ex priuilegio, statuto, vel consuetudine aliquis potest conuocare vniuersitatem, id facere po-

potest, licèt sit vnus, vel pauci, non potest tamen abbreuiare terminum statutum à iure ad præsentandum, vt ait Innoc. in cap. ecclesia. 2. de elect. si verò nullum est statutum, vel consuetudo, duæ partes vniuersitatis possunt congregare Capitulum non existente qui congreget illud ex officio, & hæ duæ partes ex causa possunt minuere terminum iuris, vt quia volunt prouidere ecclesiæ vacanti, quòd si instet terminus iuris ad præsentandũ, pars præsens etiam si sit minor poterit conuocare maiorem partem si id commodè facere potest, aliàs poterit actum expedire, etiam si sit vnus, cũ omnes præsumantur moniti, & si oẽs de collegio sunt vocati, & duę partes remaneant, & alia recedat, vel instet terminus iuris, vel non, poterit expedire etiam in electione, sed si duæ partes recesserint, tertia remanens non poterit expedire, cum ibi non sit ius Capituli. d. cap. ecclesia. 2. de elect. & quando remanent duæ partes, & tertia recessit, standum est iudicio maioris partis, & idem si remanet maior pars, & minor recedat, nec maior intendat abbreuiare terminum iuris, sed ad vlteriora procedere, standum est iudicio maioris partis, & licèt duæ partes debeant conuocare minorem ad abbreuiandum terminum, si tamen minor pars congregauit consiliũ, & duæ partes comparuerint, tenebit pręsentatio facta per maiorem partem illarũ duarum, vt ait Cald. cons. 11. vt ibi dicit art. 19. vbi verò ius patronatus spectat ad aliquem iure singulari, & iure collegij, poterit fungi duplici officio, ita tamen vt quem præsentauit iure collegij non præsentet iure singulari, & ècontra. cap. penult. de elect. in 6. vt ibi dicit art. 20. ex causa tamen, quãdo ius patronatus spectat ad aliquos, vt collegium, vel vniuersitatem, si maior pars canonicè non procedat, vel non vocet alios ad locum tutum, vel scrutator sit nimis terribilis, potest minor pars etiã extraiudicialiter appellare ad impediendum actum vniuersitatis ne fiat. c. 1. de his quæ fiunt. imò & sufficit contradictio vnius. c. Nicæna. vbi Doct. 21. dist. & quando patroni impediuntur pręsentare, competit eis actio confessoria, & negatoria, & etiam actio directa, vt ibi dicit art. 21. & 22.

Quo verò ad modum præsentandi, an patroni dicantur præsentare, eligere, conferre, vel commendare, dicendum est, propriè dici præsentare. c. cum autem. cap. quia clerici. c. illud. c. cum laici. c. significasti. de Iure patr. quòd si patroni dicant, volo præsentare, in absentia habentis instituere, vel etiam præsentati, non tenet, secus si fiat præsentibus prædictis, & illuc accedit quis cum amicis, & signis quibus significatur illuc iuisse pro præsentatione faciẽda, vt ait Præpos. in rubr. de appellat. & Lamb. d. lib. 2. 3. q. princ. d. p. art. 1. & 2. sic etiam si patronus dicat, præsento vobis sine adiectione præsentati, in absentia instituentis, nil fit, & similiter si dicat, præsento talem, & non dicat cui, idem est, q; si id fit coram instituente, & dicat patronus, præsento Antonium, & non dicat cui, vel dicat, præsento vobis ad talem ecclesiam, & non dicat quem, offerat tamen cum coram instituente, si cognosci potest eum præsentare illum, ex signis valebit præsentatio, licèt etiam non dicat ad quod beneficium, intelligitur ad beneficium vacans iuris patronati præsentantis, vt ibi dicit art. 2. & similiter si præsentet Antonium, & non exprimat cognomen, si id fit coram instituente, valebit præsentatio, vt ibi dicit art. 4. licèt in electione posset esse dubitatio, non valet tamen præsentatio, si dicat, præsento vobis quem talis præsentabit, cum sic præsentatio sit incerta, vt ibi dicit art. 5. possunt tamen plures præsentari ad ecclesiam vacantem, vt instituatur is, quem Episcopus 24 Præsentatio qua forma fienda.

elegerit, vt ibi ait art. 6. possunt etiam patroni compromittere in aliquem ius præsentandi, non tamen in laicos, nisi sint compatroni, quòd si compromissarij non elegerunt præsentandum, vel non præsentarunt intra tempus iuris, deuolutio fit ad superiorem c. 2. de suppl. negl. quòd si compromissarius præsentet indignum, & superest tempus datum ad præsentandum, poterit iterum præsentare, sed si in fine temporis compromittetes præsentarunt, non poterunt illa vice præsentare, & si electus à compromissarijs renunciat, poterunt iterum præsentare, & non solum possunt patroni compromittere potestatem præsentandi, sed etiam eligere aliquos per quos eligantur compromissarij, vt ibi dicit art. 7. possunt etiam patroni laici præsentare alternatiuè plures secundùm communem opinionem; patroni verò clerici simpliciter non possunt, licèt possint præsentare illum, quem talis præsentabit, nisi extent duo collegia, quia quodlibet posset suum præsentare, sed si est vnum collegium, secus esset, quia sic non posset præsentare duos, & dicere instituenti, vt eligeret quem vellet, quia sicut non potest præsentare accumulatiuè, sic nec etiam alternatiuè, vt ibi dicit art. 8. quòd si præsentans sub conditione id faciat, si conditio est incerta, & dubia, vt præsento talem, si talis voluerit, vel quem talis præsentabit, dummodo conditio purificetur, & dubietas certificetur intra tempus datum ad præsentandum, valet, vt ibi dicit art. 9. & si est vnus patronus, potest dicere, præsento, vel præsentamus, & idem si plures sint, vt ibi dicit ar. 10. & præsentatio potest fieri his verbis, nos Antonius, & Franciscus talis cognominis, & loci, patroni, vel in quasi possessione iuris patronatus, & præsentandi existentes ecclesiæ sanctæ Mariæ, loci, &c vacantis per mortem presbyteri Iacobi vltimi Rectoris illius extra Romanam curiam defuncti concorditer eligimus præsentandum, & præsentamus hodie, qui est dies talis mensis, & anni intra quadrimestre, vobis domino Episcopo Veron. Reuerendū dominum Ioannem ad regimen ecclesiæ prædictæ, idoneum, moribus, scientia, & ætate, petentes sibi regimen illius per vos in spiritualibus, & temporalibus committi, & de prædictis publicum fieri instrumentum, vt ibi dicit art. 11. scriptura tamen non est de substantia in præsentatione, licèt ex cautela requiri debeat, vt ibi dicit art. 12.

25 Præsentatio coram quo fiéda.

Quo verò ad præsentiam præsentantium, & instituentis, dicendum est, quòd præsentatio necessariò fieri debet coram habente instituere: glo. in clem. dudum. verbo, Præsentari de sepult. not. Abb. & alij in c. ea noscitur. de his quæ fiunt; requiritur etiam præsentia præsentantis, & præsentati, sed magis instituentis, nam præsentatio potest fieri per literas, & epistolā, dummodo præsentatio literarum fiat infra tempus datum ad præsentandum, vt inquit Lamb. d. 2. p. lib. 2. q. 4. art. 1. & 2. & etiam potest præsentari absens, dummodo instituenti nota sit eius bona qualitas, alias non. d. glo. in clem. dudum. de sepul. in §. statuimus. Abb. in d. c. noscitur. de ijs quæ fiunt. & præsentatio facta per instrumentum in absentia superioris, si præsentatus infra quatuor menses defert illud instrumentum ad superiorem, & illud, & seipsum coram illo præsentat, valet, vt ait Lapus alleg. 75. & idem Lamb. art. 3. quæ quidem præsentatio facienda est solo Episcopo, non autem eius Vicario, nisi de eius speciali mandato, sede verò vacante fieri potest etiam coram Capitulo, vt dicit Io. And. in c. nobis. de Iure patr. & Lamber. ibidem art. 4. & si sit patronus ecclesiasticus potest ex præscriptione, vel reseruatione acquirere tale ius, vt sic præsentatio habeat vim præsentationis,

tationis, & institutionis, vel collationis, & non requiratur superioris institutio, patrono verò laico non competit, cum incapax sit huius iuris, nisi id habeat ex priuilegio Papæ, vt habent multi Reges Christiani, vt ibi dicit art. 5. quòd si ecclesia sita sit in confinibus duarum diœcesum, erit communis vtriusque, vt ait glo. in c. licet. 16. q. 3. & poterunt conuenire, vt alternis vicibus instituant, & si discordent, superior id terminabit, vel concedet vt sortibus eam differentiam possint terminare, vel patroni poterunt accedere ad superiorem, vt ipse instituat, nisi illi concordent, & casu quo concordant, & ecclesia esset sita in limitibus Episcopi, & Archiepiscopi, præsentatio erit fienda coram Archiepiscopo, vt ibi dicit art. 6. quòd si præsentatio altera facta est coram plebano habente potestatem instituendi ex priuilegio, vel præscriptione, & altera coram Episcopo, si quidem inferior habet ius de per se, debet coram eo fieri præsentatio, sed si accumulatiuè cum Episcopo, & in solidum, tunc locus est præuentioni, & hoc casu etiam possunt conuenire, vt alternis vicibus instituant, vt ibi dicit art. 7. sic etiam si præsentatio vna fiat coram Vicario Episcopi, qui non habet potestatem instituendi, quia Episcopus illam sibi reseruauit, & altera coram Episcopo, tenet facta coram Episcopo, vt ibi dicit art. 8. quòd si patronus præsentet coram non habente ius instituendi, & lapso tempore habuit notitiam ad eum ius non spectare instituendi, poterit ad alium recurrere, si adsit iusta causa ignorantiæ, & etiam tenebit institutio, si ipse sit in quasi possessione instituendi, vt ibi dicit art. 9. quod si præsentatio in ecclesia pertinente ad religiosos pleno iure sit fienda, non coram Episcopo, sed coram Abbate præsentatio est facienda, populo existente exempto, vel dicti populi Prælato, vt ibi dicit art. 10. quòd si aliquis debet præsentare cũ consilio, vel consensu alterius, si quidem requiritur consensus, debet is qui habet consentire esse præsens in præsentatione, quod etiam potest fieri per literas, vel instrumentum, is verò consensus non potest interuenire post actum, nisi reiterato actu, vel nisi fiat in præsentia habentis instituere, si verò solum requiritur consilium, sufficit illud requirere, & congruo tempore expectare, & sic eo non consulente, poterit præsentare, secus si potuit habere consilium, & noluit habere, nec expectare, vt ibi dicit art. 11. & sic in præsentatione necessariò requiritur præsentia præsentantis præsentati, & instituentis, extranei verò non interueniunt, nisi ad probationem faciendam, vt notarius, & testes, vt ibi dicit art. 12.

Quo autem ad consensum præstandum à præsentato, si quidem cũ præsentante se offert coram instituente, censetur consentire, si verò præsentatus est absens, casu tamen quo potest præsentari, vt quia est notus instituenti, oportet, vt consentiat per se, vel procuratorem, vel literas, vt dicit Abb. cons. 76. vt ait idem Lamb. d. lib. 2. 2. p. q. 5. ar. 1. qui quidem consensus præsentati tacitus, & expressus, sufficit interuenire infra tempus datum ad præsentandum, siue patronus sit ecclesiasticus, siue laicus, nisi ecclesiasticus præsentauit quinto mense, quia tunc tantum habebit vnum mensem ad consentiendum, vt ibi dicit art. 2. quòd si quis bis est præsentatus, vel est præsentatus per patronos habentes ius præsentandi iure vniuersali, præsentatus vt actor ab aduersario compelli poterit ad declarandũ quam ex duabus præsentationibus acceptauerit, qui sicut reus poterit vti vtraque, quòd si præsentatio spectat iure particulari ad aliquos, poterit præsentatus vti præsentationibus de se factis, & non vnam eligere, nisi de directe

26 Præsentatus qualiter debeat cõsentire præsentationi.

recto sint contrariæ, vt ibi dicit art.3. non potest tamen cogi præsentatus acceptare præsentationem, vt ibi dicit art.4. qui quidem præsentatus potest, & debet sine labe simoniæ agere gratias præsentanti ad ingratitudinem euitandam, vt ibi probat latè art.5. & etiam post præsentationem factam, si nullum pactum præcessit tacitum, vel expressum, potest donare aliquod temporale præsentanti, non potest tamen illi ecclesiæ imponere censum, aliàs puniendus esset pœna arbitraria, vt not. in c. grauis. de censib. vt ibi dicit art.6. fructus verò præsentationis est primò, quòd sine ea non possit ordinarius instituere ad ecclesiam vacantem, aliàs tenetur id reuocare. c. decernimus. 16. q.7. secundò, quòd idoneus præsentatus potest agere contra Episcopum eum reiicientem: tertiò, quòd præsentatio acquirit ius præsentanti si bona fide id fecit. c. consultationibus. de Iure patr. quartò, quòd præsentatio reuocat ordinationem factam per ordinarium sine præsentatione: quintò, ꝙ facit patronum conseruari in quasi possessione præsentandi, etiam si præsentatus non sit institutus, dummodo sit idoneus: sextò, quòd præsentatus acquirit ius ad beneficium illud petendum, & sic ius ad rem postquam acceptauit præsentationem, vt ibi dicit art.7. & 8. non autem ius in re, vt etiam per solam præsentationem non contrahitur matrimonium spirituale de præsenti, sed per solam institutionem, vnde institutus non potest renunciare sine instituente. cap. admonet. c. quod in dubijs. de renunc. vt ibi dicit art.9. nec etiam potest administrare ante institutionem etiam in beneficijs simplicibus, aliàs priuatur ipso iure, iure quod habet ad rem, quod tamen fallit in præsentato à patrono ecclesiastico, si consuetudo habeat, vt administret ante institutionem, vel etiam vt nulla requiratur superioris institutio, post institutionem tamen potest administrare etiam pendente lite, etiam post appellationem interpositam, & præsentatus magis tenetur præsentanti, quàm instituenti, vt ibi dicit ar. 10. 11. 12.

Quo verò ad partes instituentis, dicendum est, primò, quòd habens in-
27 Instituentis officiũ quod sit. stituere, non tenetur absolutè admittere præsentationem, sed cum conditione, si & in quantum de iure admitti debet, vt ibi dicit 6. q.2. lib.2. art.1. Secundò, debet proponere edictum. c. fin. de elect. in 6. facta præsentatione, vt ibi dicit art.2. qui etiam art.3. disputat an id habeat locum in postulatione, collatione, &c. quo edicto debent citari ij, quorum interest, & habet locum etiam non solum in dignitatibus, sed etiam in beneficijs simplicibus, nisi vbi daretur casus, ꝙ per solam præsentationem acquireretur omne ius, & non opus sit institutione, edictum tunc non esset necessarium, vt ibi dicit art.4. & edictum proponi debet etiam ab eo cui cõpetit præsentatio, & institutio, respectu diuersæ qualitatis, vt ibi dicit art.5. quod etiam edictum proponi debet tam ab ordinario, quàm ab omni alio, qui habet instituere, vt ibi dicit art.6. & hoc edictum potest fieri etiam ab existente extra territorium, dummodo effectus citationis trahatur ad locum intra suũ territorium, vt ibi dicit art.7. & debet proponi, licèt electio, vel præsentatio concorditer sit celebrata, cuius quidem citationis effectus est, vt citentur omnes qui prætendunt habere ius præsentandi: secundò, vt citentur alij compræsentati: tertiò, vt contradictores cõpareant, & sic in omni præsentatione, debent fieri citationes generales, & particulares, de quibus in d. c. fi. vt ibi dicit art. 8. quæ vocatio debet fieri particularis vbi certus est aduersarius, aliàs sufficit generalis si sit incertus, quod in omni casu procedit, vt ibi dicit art. 10. vnde licèt propositum fuerit edictum generale, & non

non fuerit citatus specialiter compræsentatus, vel oppositor, confirmatio non tenet, nisi prædicti post edictum generale compareant coram instituente, certi verò in proposito dicuntur qui possunt scire se habere ius, vt ibi dicit art. 11. vnde institutio, vel confirmatio facta nõ seruata forma d. c. si. de elect. in 6. est nulla ipso iure, & institutus sciens illam non esse factam, incurrit pœnam. cap. auaritiæ. de elect. in 6. vt scilicet, si ante confirmationem administret. priuetur omni iure, vt ibi dicit art. 9. nõ est tamen necessaria appositio edicti quando primi patroni præsentant, qui ecclesiam fundarunt de consensu Episcopi, & constet alios ius non habere, vt ibi dicit art. 13. vbi etiam declarat quando appareat de non iure compræsentati, vel oppositoris, si tamen consuetudo sit, quòd post præsentationem non ponatur edictum, institutio tenebit, vt ibi dicit art. 14. & debet vocari comprælentatus, etiam si nondum præsentationi consenserit, vt ibi dicit art. 15. vnde institutio, vel confirmatio non tenet facta non præuijs vocationibus, licèt superior ex officio se informauerit de his quæ opponi possent, vt ibi dicit art. 16. processus tamen factus per superiorem de his, quæ nemine obtinente debet inquirere, tenet, si postea instituat sine vocatione, vt ibi dicit art. 17. & præsentatio facta sine vocatione poterit cassari si oppositores comparuerint, vel procurator fiscalis, quia sic fit cum causæ cognitione, vt ibi dicit art. 18. & si coelectores compræsentati, vel oppositores certi sunt, debent vocari vocatione certa, si incerti incerta, aliter institutio est nulla, vt ibi dicit art. 19. & vbi requiritur specialis citatio de pluribus, & aliqui fuerunt citati, aliqui non, in totum viriatur institutio, dummodo nõ constet de non aliquo eorum interesse, vel iure, sic enim erit firma institutio, vt ait Rom. cons. 499. & ibi Lamb. art. 20. & quando fit citatio trina, non est necesse apponi peremptorium, secus si vnica, vt ibi ait art. 21. dictum autem edictum debet fieri sub forma ibi tradita art. 22. vt scilicet citentur omnes generaliter ad quos pertinet, vt compareant ad opponendum &c. quod edictum debet poni in loco publico, & affigi valuis ecclesiæ, & à nuntio post inde tolli, & referri iudici se apposuisse tali die, sic tamen vt ibi restet affixum per totum terminum in eo contentum, vt ibi dicit art. 23. & 24. vnde institutio facta ante lapsum tempus appositum in edicto, non valet, nemine tamen comparente validatur, prout ex nunc, non prout ex tunc, vt ibi dicit art. 25. Quòd si quis cõparet post terminum edicti, non auditur, nisi constet de ignorantia, vel impedimento, re tamen integra, & si probetur illas fuisse causas non comparendi, vt ibi dicit art. 26. vbi & declarat, quod dicatur legitimum impedimentũ, vt infirmitatis &c. arbitrio boni viri; in tantum quòd nec verus patronus, nec bonæ fidei possessor debet audiri post terminum appositum in edicto, ad instantiam malæ fidei possessoris, institutione secuta, vt ibi dicit art. 27. Requiritur etiã quòd fiat discussio negotij præsentationis saltem ex iudicis officio ad hoc vt teneat, vt ibi dicit art. 28. Nec est præfixum tempus instituenti intra quod debeat instituere. Silua. 3. p. q. 64. si tamen Prælatus differat institutionem, is ad quem spectat potest appellare ad superiorem, nisi sit ecclesia parochialis, quia si infra duos menses à die præsentationis, non fiat institutio, vbi maximè positum sit institutionẽ fiendam intra tempus iure statutum, potest is recurrere ad Archiepiscopum, vel ad Papam pro illa obtinenda, ex Bulla trigesimaoctaua Pij V. similiter non est præfixum tempus capiendi possessionem beneficij collati ab ordinario, vel permutati, sed si à

Papa,

Papa, tempus est intra sex menses à die supplicationis signatæ. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus. num.8. dubio 3.

28 Quo verò ad variationem præsentandi, patronus laicus variare potest plures præsentando, patronus verò clericus ratione ecclesiæ, non potest. c.quod autem.c.cum autem.c.pastoralis. de Iure patr. nam laici nõ habent veram notitiam idoneitatis, q̃ requiritur in clericis, clerici verò id magis habere debent, ideò non possunt variare, vt idem ait d.lib.2.2.p. q.7.princ. art.1. in postulatione tñ variari põt, & in nominatione, vt ibi inquit art.2. præsentare tñ potest denuò patronus ecclesiasticus, si primus actus præsentationis nõ fuit perfectus, vt ibi dicit ar.3. & etiam id fieri põt per patronos procedentes per viam scrutinij publicato scrutinio, vt ibi dicit art.4. sic etiam patronus ecclesiasticus si præsentauit non habenti ius instituendi, potest iterum præsentare habenti tale ius; cum verò aliquis debet præsentare iure vniuersali, vel collegij, & præsentauit iure singulari, quia talis præsentatio non tenet, potest iterum præsentare iure vniuersali, vt ibi dicit art.6. & si dicit, volo præsentare, & non dicat quem, vel non nominet ecclesiam, vel taceat cognomen, vel nomen præsentati, aut instituentis, si constat de quo intelligatur, & fiat in præsentia præsentati, & instituentis, tenet præsentatio in patronis laicis, & sic non opus est variatione, & idem in patronis clericis, si est lapsum semestre, si verò clerici præsentant iterum infra semestre secundùm formam iuris, præsumitur præsentationẽ non fuisse perfectam, vt incertam, & sic dicuntur variare, & tenebit secunda præsentatio, vt ibi dicit art.7. quòd si sint plures patroni ecclesiastici, & simul præsentant plures, optione data instituenti, vt eligat quem vult, tenet præsentatio, secus si quilibet plures præsentat, vt ibi dicit art.8. nec punitur patronus clericus, vt deuolutio fiat ad superiorem, si primo præsentauit, & variando iterum præsentat, non solum vbi præsentatio prima est nulla, sed etiam si sit valida, vt ibi dicit art.9. cũ id iure non caueatur, quòd si præsentatus à patrono clerico renunciat in manibus eius, vel aliter nulliter, & interim patronus alium præsentet, & postea primus in manibus Episcopi renunciet debitè, tenet secunda præsentatio, si patronus petit eam admitti, & etiam inuito eo si sit secuta institutio, aliàs non, vt ibi dicit art.10.& 11. & ecclesiasticus patronus potest constituere etiam laicum ad præsentandum, qui tamen procurator non poterit variare, vt ibi dicit art.12. quòd si duo patroni clericus, & alius primo præsentat vnum, & laicus variando alium postea, tenet prima præsentatio, vt ibi dicit art. 13. & si patronus ecclesiasticus contulit alicui ecclesiam vacantẽ, potest iterum alterum præsentare, cum collatio non valeat, cum patronus tale ius non habeat. c.fi. de Iure patr. vt ibi dicit art.14. quòd si patronus promisit præsentare vnum, & postea præsentat aliũ, si promisit ante vacationem, potest variare, cum talis promissio non valeat; secus si post, vel si compromisit, & compromissarij præsentant, vel si patronus pro illa vice donat exercitium iuris patronatus, & sic ipsam præsentationem, vt ibi dicit art 15. nec similiter variare potest patronus, si præsentauit vnum, & iurauit de non variando, ea ẽt est optima cautela, vt non varietur, vt constituatur à patrono procurator ad præsentandum eius nomine, vt ibi dicit art.16. qui procurator patroni laici potest variare, nisi ibi sit limitata potestas, patroni tamen clerici procurator nõ potest variare, & etiam compromissarij laici, nisi eis sit limitata potestas, vt ibi dicit art.17. q̃ si patronus laicus præ-

Præsentatio an, & quomodo ac quãdo possit variari.

scripsit

scripsit variare potest, secus si præscripsit solam præsentationem, & etiam si id habet ex priuilegio, vt ibi dicit art. 18. Variare etiam potest vniuersitas, vel collegium laicorum, vt ibi dicit art. 19. nec potest appellari à primo præsentato contra patronum, vt alterum præsentet, vt ibi dicit art. 20. potest etiam patronus laicus plures vno tempore præsentare, vt instituatur quem Episcopus voluerit. clem plures. §. fin. de Iure patr. & etiam successiuè, idest diuersis temporibus potest plures præsentare, & per præsentationem secundam recedit à prima, nisi secunda inualida sit, & si prima inualida sit, etiam clericus potest variare, vt ibi dicit art. 21. & si secundo præsentauit laicus non cumulatiuè, si ex causa, vt quia cognouit primum non esse idoneum, tenebit secunda præsentatio, licèt non dixerit cumulatiuè, nec punitur vt præsentans indignum, si verò expressit se velle recedere à prima, non tenet secunda, nisi dicit, cumulatiuè, quia permittitur laico variatio, si cumulatiuè præsentat, non autem si velit recedere à prima, vt ibi dicit art. 22. Non potest tamen laicus variare toties quoties, sed semel tantum, vt ibi probat latè art. 23. Vbi verò superior habet ius plures instituendi à laico, potest gratificare cui vult, cum & possit alteri gratificare, vt ibi dicit art. 25. quòd si vnus ex præsentatis sit magis idoneus, debet institui alio omisso, alias potest appellare, & maximè attenditur ætas, cum senior in beneficijs sit præferendus, quod & in electione habet locum, vt ibi dicit art. 26. quòd si patronus præsentat cumulatiuè indignum, non fit deuolutio, & primus præsentatus ex duobus, primo idoneo, altero non, primus debet institui, si sint cumulatiuè præsentati, vt ibi dicit art. 27. & tunc Episcopus non habet opinionem eligendi indignum, vt ibi ait.

Quando verò habens instituere non admittit præsentationem malitiosè differendo, vt per eum refutetur, quid agendum sit, declarat Lamber. 8. q. princ. 2. p. lib. 2. quod vt cognoscatur dicendum, quòd si superior dicit, non recipio, vel non admitto præsentatum, videtur eum reprobare. Gemin. in c. per simoniam. 41. dist. Lamber. ibidem art. 1. & vbi patronus præsentat, & Episcopus non admittit præsentatum, non tenetur denuò alium præsentare, quia si coram iudice appellationis constabit præsentationem fuisse legitimam debet institui, & præsentatus potest adire superiorem, vt compellat ordinarium ad se instituendum, vt ibi dicit art. 2. & præsentaus, & præsentatus possunt esse simul in iudicio, vel solum præsentatus, & petere suã præsentationem declarari validam, & admitti, & se institui, iudicis officiũ implorando, vt ibi dicit art. 3. & potest etiam constitui procurator laicus ad præsentandum, & ad petendum præsentatum institui ab ipso superiore, & etiam pater pro filio, frater pro fratre, consanguineus pro tali, maximus amicus pro tali possunt petere præsentatum institui cum cautione de rato, & causam prosequi, vt ibi dicit art. 4. quæ institutio præsentati petitur officio iudicis, vt ibi dicit art. 5. & in hac petitione non requiritur libellus, si nullus est contradictor, aliàs sic, vt ibi dicit art. 6. & sufficit etiam petitio talis qualis pro institutione, dicendo, peto me ad præsentationem de me factam per tales patronos institui, vt ibi dicit art. 7. & forma libelli debet fieri, vt in præsentatione, vt ibi dicit art. 8. & in præsentatione processus est extraiudicialis, sed in eo debet procedi, vt in causis beneficialib. iuxta clem. dispendiosam. de iudic. vt scilicet procedatur summariè sine strepitu, & figura iudicij, &c. quæ institutio in patrono clerico non potest peti antequam petatur alterius præsentationis cassatio, cum habeat vim

29 Instituens vbi differt institutionem, quid agendum.

electionis, secus in laico qui potest variare, vt ibi ait art. 10. & habens instituere, termino edicti elapso, etiam nullo contradictore non comparente ante institutionem debet discutere negotiũ, & personam electi, dando terminum volentibus cõtradicere, & deputando etiam fiscalem curiæ qui contradicere possit, & si Episcopus aliquem præsentat instituetur sine examine, vt ibi dicit art. 11. quæ discussio vbi non est contradictor, potest fieri extra territorium habentis instituere, ex parte verò pręsentati in loco vbi is est conuersatus. c. postquam. vbi glo. de elect. iudex verò huius inquisitionis erit qui habet instituere, & hæc discussio est facienda extraiudicialiter, & sine totali causæ cognitione, nec rigidè, sed sufficit vt adsit ætas legitima, sufficiens literatura, & morum honestas, iuxta dicta superius de qualitatibus præsentatorum, vt ibi ait ar. 12. & superior inquiret de idoneitate præsentati, & iuribus præsentantium, & fiscalis poterit inquirere de indignitate præsentati, de impedientibus institutionem, & de non iuribus præsentantium, quòd ecclesia sit libera, quòd non sint in quasi possessione præsentandi patroni, & quòd forma non fuit seruata in præsentatione, vt ibi dicit latè art. 13. Econtra præsentans debebit probare quasi possessionem suam si solum possessionem deduxit, si proprietatem, q̃ habeat ius patronatus, & præsentatus, quòd intra tempus est pręsentatus, & fuit præsens, vel ratificauit intra tempus coram habente instituere per literas vnà cum pręsentante, si verò opponuntur demerita, probanda erunt, vt ibi dicit art. 14. qui præsentatus debet institui ab instituente, nisi quid contra eum, vel præsentantem obijciatur, vt ibi dicit art. 15. & vbi malitiosè non instituitur præsentatus, potest appellare, & vbi alius non est præsentatus debet ordinarius illi deferre, sed si alter sit pręsentatus à laico, & institutus, tenebit institutio, punietur tamen Episcopus, quia malitiosè ipsum repulit, & vbi non adest variatio, potest adire superiorem, vt cogat Episcopum, vt eum instituat, & si duo sint instituti accumulatiuè, dignior est præferendus, vt ibi dicit art. 16. vbi & alia dat remedia, & potest etiam adire superiorem per viam querelæ, vt cogat habentem instituere, vt instituat, vt ibi dicit art. 17. Quòd verò præsentatus malitiosè non sit institutus, pręsumitur si in exterioribus videtur bonus, vt quia bene legit, bene cantat, est bonæ famæ, & Episcopus tunc tenetur probare eũ esse criminosum, & tenetur, si non probat, actione iniuriarum, si verò defectus clerici est euidens in nullo tenetur Episcopus, & si Episcopus eum non examinauit, vel alius pro eo præsumitur contra Episcopum, & idem si examinauit, & non est interlocutus, si verò est interlocutus eum non esse idoneũ, & is non appellauit sibi est imputandum, quia videtur acquieuisse interlocutoriæ, & transiuit in rem iudicatam, vt ibi dicit art. 18. quòd si præsentetur secundus accumulatiuè, & tunc, vel Episcopus ante præsentationem secundi sine causa legitima noluit admittere primum, & habet locum pœna. cap. pastoralis. de Iure patr. vel non dixit ante pręsentationem secundi se nolle admittere primum, sed fortè quòd volebat eum examinare, & interim fuit præsentatus secundus, si quidem ex coniecturis potest constare de malitia, habebit locum dicta pœna, aliàs secus; in dubio verò, vel secundus est magis idoneus, & nõ præsumitur malitia, vel primus est magis idoneus, & præsumitur malitia, quod intelligitur quando primus præsentatus idoneior non appellauit ab institutione, vel antequam secundus institueretur, & sic tenuit institutio, cum vt nõ teneat, requiratur appellatio; quòd si vter-

si vterque est æquè idoneus, non tenetur Episcopus, quia tunc sibi datur optio, vt ibi dicit art. 19. & vbi Episcopus omisit sine causa primum præsentatum, tenetur ei prouidere de alimentis, & ad id cogi potest ex officio absque libelli porrectione, vt ibi dicit art. 20. quòd si duobus in curia litigantibus super ecclesia, patronus præsentat tertiū, & vnus ex eis obtinet, habet actionem contra patronum, & instituentem, nisi tertia præsentatio fuerit benefacta, tunc enim in nil tenetur in foro Canonico, in foro tamen conscientiæ, secus, quia patronus varians sic tenetur, vt ibi dicit art. 21. quòd si vnus ex duobus præsentatis, vel alius accedit curiam pro impetratione ecclesiæ vacantis, & interim patronus variat, vel de nouo pręsentat, & Episcopus instituit, & is qui curiam accessit, impetrat literas non facta mentione de præsentatione, vel variatione prędictis, quas ignorauit, tales literæ non valent in præiudicium instituti, vt ibi dicit ar. 22. & Episcopus sine causa repellens præsentatum, & recusans illum instituere malitiosè, tenetur ei prouidere de beneficio. d. c. pastoralis. & interim tenetur ei prouidere de alimentis, & quomodo, & quid iuris de successore, ibi tradit remissiuè art. 23. & sicut patronus potest agere contra Episcopum, vt remoueat non legitimè institutum, sic potest coram eo agere, vt admittat præsentatum, & si nolit potest appellare, & adire superiorem, & fortè vt ipse cogat ad instituendum, vt ibi dicit art. 24 præsentatio verò dicitur sperni, vel expresè cum dicit, non admitto te, vel si duobus præsentatis, vnum instituit, alio omisso, vel etiam si differt eius examen, & institutionē tanto tempore, quòd patronus motus fuit variare, ex qua varietate Episcopus acquisiuit optionem, sed quia fuit causa variationis, punietur Episcopus, ex d. cap. pastoralis. vt ibi dicit art. 25. an verò Episcopus possit repellere à iure patronatus quem admisit vt idoneum ad ordines, & beneficia, ibi dicit remissiuè art. 26.

Vbi verò post edictum emanatum specialiter, vel generaliter, apparet contradictor intra terminum, erit audiendus, vt idem ait d. lib. 2. p. 2. 9. q. princ. in summa; & citari debent speciali citatione, vt certi, primi præsentantes, & primo præsentatus, & alij generali citatione, comparente cōtradictore, & debent fieri tot citationes generales, & speciales, quot sunt prę-sentationes, vt ibi dicit art. 1. Et si præsentato vno fit præsentatio alterius absentis, & existentis in curia Romana, hic præsentatus accumulatiuè, vel est primus præsentatus, qui venit citandus accumulatiuè ob secundam p̄sentationem, sufficit si citetur domi, & sibi imputet si discessit, vel est secūdus præsentatus absens, & si non potest citari citatione speciali sine magno labore, & impensa, & sic debet citari citatione speciali non personaliter, sed nominatim in ecclesia vacante, & sic de alijs absentibus, qui debēt citari citatione speciali, vt ibi dicit art. 3. opponi verò potest contra præsentantes, & præsentatum, quòd pręsentatio fuit facta per simoniam, cum patronus sine simonia non possit pecuniam recipere, vt ibi dicit art. 4. cap. ex insinuatione. c. de iure. eod. vbi Abb. Et ibi d. art. dicit, quæ opponi possint contra præsentantes, præsentatum, & præsentationem remissiuè, & opponi etiam potest, quòd præsentatio metu sit facta, si tamen metus fuit causa finalis præsentationis, etiam si dicatur spontè eligo, vel præsento, si tñ patronus secretò protestetur de non præsentando aliū, & si taceret, faceret per metum, non præiudicat præsentato, vt ibi dicit art. 5. vbi, & rem ssiuè dicit, quis metus irritet; similiter præsentatio facta per impetum, vel iracundiam, 30 Contradictor, vbi apparet, quid agēdum.

cundiam, non tenet, vt ibi dicit art. 6. vbi & remissiuè declarat, quæ iracundia excuset, vt in blasphemia, & huiusmodi; similiter non tenet præsentatio facta clandestinè, vt nec electio, & dicitur actus fieri clandestinè, quando fit non seruata solemnitate, licèt coram testibus, vt ibi ait art. 7. Patroni etiam opponere possunt contra præsentatum, & præsentationem infra tempus in peremptorio, & etiam donec sit facta institutio, vt ibi ait art. 8. & etiam extraneus quisque admittitur ad opponendum contra præsentationem pro impedienda institutione, vt ibi dicit art. 9. c. cum in ecclesiis. de præb. in 6. Et si quis excipit de notorio defectu contra præsentatum, vel præsentandum non potest pœnitere, & à iudicio recedere in præiudicium aliorum, & magis in electione, vt ibi ait ar. 10. præsentatus verò inuitis populis in beneficio simplici, institui potest in simplici beneficio, secus in curato, ex iusta causa, vt ibi dicit art. 11. processus verò præsentationis, & institutionis cōtradictore opponente fit iudicialis, sed in eo proceditur summariè sine strepitu, & figura iudicij, secus si ageretur inter patronos solum de iure patronatus, vt ibi dicit ar. 12. Libellus etiam solemnis non requiritur in hoc iudicio, sed sufficit talis qualis petitio, & etiam excluduntur exceptiones dilatoriæ, nisi sint necessariæ pro legitimatione personarum, nec contestatio litis est necessaria, vt ibi dicit art. 13.

31 In iudicio iuris patronatus, vt procedat.

Quo verò ad modum procedendi in hoc iudicio, terminus vtrique parti dari debet ad probandum incūbentia, iuxta naturam causarum deductarū, vt ait Lamber. d. lib. 2. p. 2. q. 10. princ. art. 1. articuli etiam, & exceptiones possunt præsentari in iudicio institutionis faciendæ, vt ibi dicit art. 2. iuramentum etiam calumniæ, vel de veritate dicenda ibi debet præstari, vt ibi inquit art. 3. Ius verò patronatus antiquum est difficilis probationis, sufficit tamen multitudo præsentationum cum longissimo cursu temporis, cum in antiquis sufficiat probatio præsumpta, & etiam per literas ordinarij cum limitatione tamen, & etiam per instrumenta fundationis, & alias scripturas facientes mentionem iuris patronatus etiam repertas apud extraneum, & etiam per famam, & testes de auditu, ob factum antiquum, vt ibi dicit art. 4. si verò est modernum, oportet probare fundationem factā, licèt non adsit reseruatio iuris patronatus, cum intelligatur, & sufficit tacitus, præsumptusve consensus diœcesani, vel Capituli, sede vacante, & si spectat ad inferiorem Prælatū ius instituendi consensus etiam eius est ponendus; vlterius quis fundauerit, dotauerit, vel construxerit, vel an alius admissus sit in iure patronatus, & si dotatum sufficienter de consensu diœcesani, & si est vniuersitatis, an ex bonis vniuersitatis sit fundatum, & idē de feudatario, & si allegetur priuilegium Papæ debet ostendi, & similiter si probetur per hæreditatem deuenisse, oportet probare successionem, iuxta voluntatem fundatoris, & similiter translatio est probanda, & alia de quibus ibi art. 5. Quasi verò possessio iuris patronatus est facilioris probationis, quàm iuris patronatus, & sufficit probare se aliquem præsentasse, & fuisse institutum, vel si veri patroni eum admiserunt in præsentatione, & secuta est institutio, & sufficit probare vltimam præsentationem se fecisse, & institutionem esse secutam, vel compatronos id fecisse, & articulari debet, quòd quasi possedit ius patronatus, & licèt narretur id in petitorio, & possessorio, tamen sufficiet id probare in possessorio, vt ibi dicit art. 6. præsentatio verò, & institutio facta probantur per instrumenta successiuè facta, cum non sufficiat instrumentum præsentationis, nisi & institutionis osten-

ostendatur; vnde præsentans debet rogare notarium, & testes non solum de actu præsentationis, sed etiam institutionis, quæ non fieri possunt vnico instrumento, cũ requirantur intermedia citationis, edicti, &c. sufficiunt etiam literæ Episcopi cum eius sigillo in quibus fit institutio, & in illis fit mentio de præsentatione, quia sic est vnicus actus, vt ibi dicit art. 7. melius tñ est, vt patronus tam de præsentatione, quàm de institutione temporibus suis roget separatim notarium, & testes, & faciat fieri instrumenta publica, vt ibi dicit; non sufficit tamen in quasi possessione probari vnum fructum iuris patronatus, nisi & probet præsentationem, vel actum præsentandi, vt ibi dicit art. 8. probatur etiam ius patronatus per literas antiquas incisas in lapidibus, vel columnis, quò ad primum patronum ibi nominatũ, vnde hic debet probare se habere causam ab illo, vt ibi dicit ar. 9. & etiam fama sufficit in antiquis, vt ibi dicit. Excipi verò potest contra ꝓtendentem ius patronatus, quòd non sit de familia patrona, & eius maiores non fuisse in quasi possessione, vel de inualiditate scripturæ, vel priuilegij, & hoc in antiquis; in moderno verò excipi potest, quòd non interuenit cõsensus diœcesani in fundatione, vel si consensit, quòd non habebat ius instituendi, vel non dedisse dotem sufficientem, vel post consecrationem, vel nõ se ædificasse; contra fundatorem, quòd fuit hæreticus, &c. contra vniuersitatem, quòd non de bonis eius, contra præscribentem, quòd affuit mala fides, vel quòd non transiuit ad eum titulo donationis, successionis, & huiusmodi, vel non legitimè, vt ibi latè dicit art. 10. opponi etiam potest contra præsentantem præsentatum, & formam præsentationis, vt ibi dicit ar. 11. remissiuè; compatronus etiam admittitur in testem ad probandum pro compatrono, nisi sic probet & suum ius, & consanguineus, & familiaris patroni, vbi est difficultas probationis, patronus tamen non est idoneus circa merita, vel demerita præsentati, vt ibi dicit art. 12. publicatio etiam processus requiritur in iudicio patronatus, omissa tamen non vitiat processum, vt ibi dicit art. vlt.

Quo ad ea verò, quæ sequũtur publicationem processus, testes possunt reprobari si præiudicium est irreparabile, quot verò testes requirantur ad eos reprobandos, dicit Lamb. d. lib. 2. p. 2. 11. q. princ. art. 1. conclusio tamen in causa in hoc iudicio non est de substantia, vt ibi ait art. 2. vbi etiam remissiuè dicit, quando dicatur conclusum in causa, sententia etiam debet fieri in hoc iudicio, quæ debet diffinitiuè ferri in scriptis, citatis citandis, licèt non peremptoriè, & potest ferri stando, vel sedendo, & in hac sententia potest fieri condemnatio in expensis, vt ibi dicit art. 3. Institutio verò habet vim diffinitiuæ si fiat cum causæ cognitione, dato fiscali curiæ, si verò fit iudicialiter ex sola informatione habita per superiorem, habet vim interlocutoriæ, vt ibi dicit art. 4. & appellari potest a sententia institutionis, quæ tamen appellatio si fiat à sententia institutionis habentis vim diffinitiuæ non impedit ne habeatur interim possessio, vt ibi ait ar. 5. quæ etiã sententia institutionis transit in rem iudicatã, si non appelletur, vel si non sit prosecuta appellatio, vt ibi dicit art. 6. vbi in fine ait, non transire quando sententia inducit peccatum; & si in hoc iudicio interuenit procurator, verba sententiæ erunt proferenda in persona vtriusq; de iure Canonico, vt ait art. 7 & sententia lata contra vnum ex patronis, alio compatrono in totum accrescit, vt ibi dicit art. 8. & sententia lata contra præsentantem, nocet etiam præsentato scienti, & patienti, si agitur super iure præsentandi,

di,& èconuerso lata contra præsentatum super iure quod habet à præsentante,nocet illi scienti,& patienti,secus si infirmetur præsentatio ob defectum præsentati, vt ob crimen, quia tunc non nocet præsentanti, nisi esset indignus, quia sic ei noceret pro illa vice si id sciuit præsentans, vt ibi dicit art.vlt.

32 Institutio quid sit, & vt fienda.

Quo verò ad institutionem, dicendum, quòd institutio est quæ fit super præsentatione, ex qua transfertur plenum ius, vt ait Abb. in c. authoritate. de instit. & hæc institutio est alia generalis, vt comprehendit omnem collationem, & prouisionem, alia specialis, & propria per quam præsentatus à patrono instituitur, nec potest Episcopus, spreto patrono, alium non præsentatum ab eo instituere, aliàs institutio est nulla. cap. decernimus. 16. q. 7. cap. illud. de Iure patr. etiam si credebat alium esse verum patronum. cap. cum Bertoldus. de re iudic. si patronus conqueratur, cum possit institutioni absque suo consensu ab Episcopo factæ consentire. Host. in sum. de Iure patr. qui censetur consentire si eo præsente, & tacente etiam aliquem Episcopus instituat, nisi contrarium probetur, vel id factum sit ne instituenti infamia magna esset irrogata. l. pen. de furt. Corras. de benef. p. 3. §. vlt. n. 27. & 28. & dicitur institutio, quia per illam pſentatus adipiscitur omne ius, cum per solam præsentationé habeat tantum ius ad rem, secus in collatione, vt inquit Lamb. d. lib. 2. 3. p. q. 1. princip. art. 1. Vnde & præsentatus non confirmatur ab Episcopo, sed instituitur, electus verò confirmatur, vt ibi dicit art. 2. vbi & in præcedenti ponit rationem differentiæ in vtroque, vbi & declarat quomodo se habeant, electio, nominatio, postulatio, præsentatio, confirmatio, institutio, ordinatio, & collatio. Hanc verò institutionem facere potest Episcopus iure communi. c. ex frequentibus. de instit. etiam si non sit consecratus, vt ibi dicit art. 3. & sine consensu Capituli. art. 4. & quid in aliis collationibus ibi declarat. Vicarius etiam Episcopi generalis potest instituere, licèt non conferre, vt ibi dicit art. 5. & institutio potest delegari specialiter etiam ante vacationem, vt ibi dicit art. 6. Capitulum etiam, vel Vicarius, sede vacante instituere potest, vt ibi dicit art. 7. vbi & dicit, quæ possit facere sede vacante, & vbi ecclesia est in confinibus duarũ diœcesum, quis Episcopus debeat instituere, ponit ibi art. 8. remissiuè. Delegatus verò à Papa, vt ad præsentationem eius quem nouerit patronum, ordinet ecclesiam, instituere non potest, nisi consentiat is ad quem spectat institutio, nisi adsit clausula de plenitudine potestatis, vt ibi dicit art. 9. Ius etiam instituendi potest competere inferioribus Prælatis, & etiam clericis ex priuilegio, præscriptione, consuetudine, & statuto, vel ordinatione fundatoris in limine fundationis, vt ibi dicit art. 10. vbi & dicit, omnem iurisdictionem Episcopalem à clerico posse præscribi, priuilegio etiam Papæ potest acquiri per laicum collatio, institutio, & electio, vt ibi dicit art. 11. Consuetudine etiam approbata per Papam potest acquiri per laicum ius instituendi, si tamen eius initij memoria non extat, vt ibi dicit art. 12. Patronus etiam clericus reseruatis sibi dominio, & custodia rerum donatarum ecclesiæ, de consensu Episcopi, potest ad illam ad tempus ponere, & deponere presbyteros, vt ibi dicit art. 13. Ius tamen destituendi non potest competere patrono laico, potest tamen in fundatione apponere modum de consensu diœcesani, vt possit institutum amouere, ipse tamen laicus non potest præscribere ius instituendi, vt ibi dicit art. 14. in hospitali tamen non fundato authoritate Episcopi, in oratorio, & collegio scholarium,

rium, & alijs locis existentibus in possessione laicorum instituere potest, vt ibi ait art. 15. Ius tamen instituendi non transit ad religiosos exemptos translato in eos iure patronatus aliquo legitimo titulo, vt ibi dicit art. 16. Institutio tamẽ competit Abbati in ecclesijs sibi pleno iure subiectis, quæ dicuntur sic quando ius nullum Episcopale Episcopus ibi exercet, vt ibi dicit art. 17. & institutio cadit in locis in quibus cadit præsentatio, vt in omni ecclesia, capella, altari, beneficio, etiam in abstractu, præbenda, hospitali, & alijs piis locis, vt ibi dicit art. 18.

Quo verò ad tempus, locum, & modum faciẽdi institutionem, dicendum est, quòd potest fieri ante præsentationem, vt idem inquit d. lib. 2. p. 3. q. 2. princ. art. 1. melius tamen est, vt fiat post, vt ibi dicit, vbi & declarat quomodo fieri possit ante, & institutio facta sine præsentatione patroni, illo spreto, irrita est ipso iure, vt ibi dicit art. 2. nisi patronus non posset præsentare quem vellet etiam si esset vocatus, vt ibi dicit, & idem in collatione declarat an valeat non vocato vocando, fallit etiam si Episcopus conferat beneficium ipsi patrono ex post facto consentienti, & idem si sit præsens patronus, & taceat, & extraneus instituatur, quia sic habeat pro consentiente fauore cultus diuini, vt ibi dicit, quòd si patronus est absens, & Episcopus contulit iure deuoluto, non tenet institutio, cum nondum esset priuatus, & idem si erat absens patronus, & Episcopus simpliciter contulit eo absente, & is intra terminum à iure præfixum alterum præsentauit, quòd si Episcopus contulit eo absente, & is consensit intra tempus, valet institutio ex nunc, non prout ex tunc, quòd si patronus nec consensit, nec contradixit intra tempus, & Episcopus contulit, valet collatio ex nunc, non prout ex tunc; si verò per negligentiam patroni ius est deuolutum in inferiorem Episcopo, institutio facta per Episcopũ non tenebit, ꝙ si beneficiati iuris patronatus permutant eorum beneficia, si Eps eis authorizat sine causa, patrono non vocato, nec consentiente, institutio est ipso iure nulla. Si verò Legatus de latere confert beneficium patroni ecclesiastici eo spreto, tenebit collatio, & idem de Papa, & si patronus laicus donauit ius patronatus alicui pio loco, in qua donatione non requiritur consensus Episcopi, & ecclesia vacauit, & patronus qui erat in quasi possessione præsentandi, præsentauit, fratres verò loci pij non, institutio non erit ipso iure nulla, sed irritanda ad instantiam loci pij, cum iustus error fuerit Episcopi, ob quasi possessionem, quòd si error non fuit iustus, cum Episcopus sine fundamento putaret pręsentantem esse patronum, institutio est nulla, vt patronus possit denuò præsentare, non autem vt ipso facto fiat secunda præsentatio, cum prior ante sit remouendus, & idem est quòd verus patronus sit spretus, vel sit in quasi possessione, & spretus, cũ pro eo etiam præsumatur, & iudicandum sit, vt idem dicit d. art. 2. Et si Episcopus instituit nulliter, vt spreto patrono, potest institutio reuocari per eius Vicarium generalem, secus si sit valida, vt ibi dicit art. 3. vbi & ait, collationem factã ab Episcopo eodem die præferri factæ à Vicario, & institutio potest fieri per habentem instituere etiam post mortem ꝑsentantium, vt ibi dicit art. 4. & præsentatio potest fieri etiam post institutionem, quando habetur tacitus, vel expressus consensus patroni, vt quia Episcopus proprio motu confert beneficium patrono consentienti, vel in institutione facta causa permutationis, vbi cõsensus patroni habetur loco præsentationis, vt ibi dicit art. 5. Tempus verò non est præfixum à iure habenti instituere ad instituendum,

33 Institutio quo tẽpore, modo, & loco fienda.

dum,

dum, poteſt tamen ſuperior præfigere ei tempus intra quod inſtituat, aliàs fiat deuolutio ad ipſum, quod tempus non debet tranſcendere ſemeſtre, vt ait art.5. vbi & declarat quibus caſibus ſuperior poteſt præfigere tempus habenti facere actum, vbi tempus à iure non eſt præfixum, vt ibi ait art.6. quod tempus poteſt Archiepiſcopus præfigere Epiſcopo habenti inſtituere, & ſupplere eius negligentiam, vt ibi dicit art.7. vbi & dicit, Archiepiſcopum non habere iuriſdictionem in diœceſi Epiſcopi, niſi in caſibus iure expreſſis, quòd ſi ius inſtituendi deuoluitur ad aliquem ob negligentiam patroni, vel habentis inſtituere, habet ſemeſtre ad inſtituendum, vt ibi dicit art.8. poteſt etiam inſtitutio fieri die feriato, dummodo fiat abſolutè abſque ſententia, vt ibi dicit art.9. & hæc de tempore.

Quo verò ad locum, inſtitutio poteſt fieri in eccleſia, in palatio Principis, & in camera ipſius, licèt tutius ſit, vt fiat in loco tribunalis, vt ibi dicit art.10. extra territorium verò fieri non poteſt, ſi fit cum cauſæ cognitione, comparente contradictore, vel dato fiſcali curiæ, niſi de conſenſu iudicis loci, & partibus non contradicentibus, quæ ſi interueniant, poteſt fieri etiam extra territorium, vt ibi dicit art. 11. vbi & declarat quid de collatione, vel Vicario Epiſcopi, in fine, remiſſiuè.

Quò ad modum, inſtitutio fieri poteſt per ſolam admiſſionem præſentationis abſque eo ꝙ exprimatur verbum inſtituo, vt ibi dicit art.12. Inſtitutio verò facta per errorem præſentantium, vel præſentati, vel de non idoneo, vel ex perſona inſtituentis, non tenet, niſi error ſit communis, vt ſupra, vt quia quis ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt ibi dicit art.13. inſtitutio etiam facta per metum non valet, quæ tamen non vitiat ſpontaneam præſentationem. Nec inſtitutio facta calore iracundiæ, nec per impetum, nec per ebrietatem, nec ſimoniacè, valet, vt ibi dicit art.14.15.& 16. ꝙ ſi clericus forenſis præſentetur, an, & qualiter debeat inſtitui dicit ibi art.17. remiſſiuè ad dicta ſuperius, an is poſſit præſentari. Inſtitutus etiam ſemel poteſt iterum inſtitui, vt ſi dubitetur an prima fuerit valida, vel ꝙ bis idem à diuerſis ſit præſentatus, vel ſi dubitetur an primus inſtituens habuerit ius inſtituendi, vt ibi dicit art.18. & ſuperior non poteſt expedire vnico actu præſentationem, & inſtitutionem, ipſis ſpectantibus ad eum ex diuerſis qualitatibus, vel ſi ſit apposita aliqua conditio, ſecus ſi illa ſpectant iure deuoluto, & idem in electione, vt ibi dicit art.19. Ad inſtitutionem verò debet procedi præuijs citationibus ſpecialibus ad certos, & generalibus per edictum ad incertos, & negotium eſt diſcutiendum, vt ibi dicit art.vlt.

34 Quo verò ad perſonas, quæ debent inſtitui, & quæ non, dicendum, quòd is debet inſtitui, qui canonicè eſt præſentatus à patronis, vel exiſtentibus in quaſi poſſeſſione, eccleſia vacante, & ad beneficium in quo cadit præſentatio, non in collegiatis, & qui eſt idoneus, & eſt præſentatus factis citationibus, & diſcuſſione negotij, vt ſupra, de quo in c.fi.de elect.in 6. & qui non eſt repertus indignus, vel inhabilis, & quòd infra tempus ſit præſentatus, locum, & modũ, de quibus ſupra, & qui præſentationem acceptauit, nec adminiſtrauit ante inſtitutionem, & is in quo patronus malè nõ variauit, & præſentatus à maiori parte patronorum, vel digniori, vt idem dicit d.p.3.lib.2.q.3.princ.art.1. Similiter is inſtitui debet qui præſumptiuè præſumitur inſtitutus, vt qui diu poſſedit beneficium, & conſtat eum non eſſe inſtitutum per eum ad quem eſt deuoluta inſtitutio, quòd ſi dubitetur de

Inſtitui ꝗ pſonæ debeant, vel non.

titulo,

titulo, si institutus se iuuat sola possessione, nil agit, cum consuetudo non iuuet, vel pscriptio, sed titulus canonicus. c.ex frequentibus.de instit. sed si allegetur titulus qui psumitur, nemo cogitur ostendere titulū sui beneficij si factum est antiquum, Prælato tacente. c.1.de præsumpt. nisi ius commune sit contra possidentem, vt quia possideat duo incompatibilia beneficia, potest tamen Prælatus, licet in antiquis non possit cogere ad ostendendum titulum, sumere in se onus probandi defectum tituli, si verò factū est recens, & superior non consentiat tacitè, vel expresse, potest cogi beneficiatus ad ostendendum titulum.d c.ex frequentibus.de instit. Abb in c.licet.de simon. Lamb.ibid. art.2. Quòd si præsentatus est indignus non potest institui, alias instituens punitur varijs pœnis, debet enim puniri pœna ne instituat primum successorem, si per negligentiam id egit, & suspenditur à fructibus beneficij, arbitrio superioris, si verò per malitiam, magis debet puniri, & quid si is cui id cōmisit Episcopus peccauit, quis sit puniendus, not.ibi art.3. remissiuè. Quòd si institutio est facta ad præsentationem factam per patronum laicum, vel clericum, est nulla, nisi post absolutionem, tunc enim consentiente Episcopo tenet ex nunc, non prout ex tunc, vt ibi dicit art.4. Quòd si præsentatus erat indignus tempore præsentationis, dignus verò tempore institutionis, si scienter à patrono est præsentatus, amittit ius suum, dummodo sit indignus, non verò minus idoneus, distinguendo inter laicum patronū, & clericū, nec eo casu habens instituere iure deuolu to posset ei effecto digno conferre; si verò tēpore discussionis negotij reperitur indignus, punitur patronus, vt supra, licet effectus dignus à valente instituere possit institui, si tñ indignitas erat ignota tempore præsentationis, & in discussione reperitur dignus, id non nocet psentanti, si verò instituens in discussione nō reperiret indignitatem, vel ea inuenta, institueret, punitur de negligentia.& magis de scientia.c.nihil.de elect. si verò tempore præsentationis est dignus, & institutionis indignus, non punietur patronus, si è conuerso puniretur non instituens, sed præsentans, vt ibi ait art.5.

Quando verò præsentatio fit in discordia, is institui debet, qui à maiori numero patronorū psentatur, vt idem inquit d.lib.2.p.3.q.4.princ. art.1. & vbi præsentatio fit à collegio, vt collegio, maior pars requiritur totius collegij, secus si vt à singulis, quia tunc requiritur maior pars respectu aliarum partium, & quod dicitur de maiori parte collegij, intelligitur quò ad existentes in vniuersitate, cum ad constituendam vniuersitatem, sufficiat adesse duas partes collegij, vt ibi dicit art.2. quæ collatio numeri patronorum fieri debet in præsentatione ex comparatione numeri ad numerum, non meriti ad meritum, nec zeli ad zelum, vt ibi dicit art.3. & institui debet bonus præsentatus à maiori parte reiecto meliori præsentato à minori parte, vt ibi dicit art.4. nisi præsentatus à maiori parte sit indignus, quia sic priuatur iure suo, & eo casu tenebit præsentatio facta à minori parte, & idem in electione scienter de indigno facta, vt ibi dicit art.5. & in actu præsentationis sanioritas non attenditur, sed numerus vocum, nisi qñ præsentatio fit à collegio, vel vniuersitate, & sanioritas præsumitur, vbi est pluralitas vocum, vt ibi dicit art.6. & quid in electione ibi dicit, & si ex vno patrono successit vnus, vel duo, & ex alio decem, & hi decem discordent inter se, maior pars ipsarum partium comparatione minorum facit vnam vocem, & si alij duo, vel vnus hæres alterius patroni concordabunt cum eis, erūt duæ voces, & sic succedentes ab vno habent vnam

35 Institutio de quo fiē da, vbi ad est discordia.

vocem, vt ibi dicit art.7. vbi prædicta declarat. Fallit tamen quod dictum est debere institui præsentatum à maiori parte, si scandalum est oriturum, quia tunc Episcopus potest instituere sine præsentatione patroni, vt ibi dicit art.8. an verò patroni discordes possint compelli ad concordiam, vt alternis vicibus præsentent, dicit ibi art.9. remissiuè, & si persona præsentata est patrona cum alijs, vox eius vsque ad æqualitatem non auget numerum, sed si erunt in pari numero eius vox augebit, & is erit instituendus, nec erit locus gratificationi, vt ibi dicit art.10. Quòd si duo sunt præsentati accumulatiuè, successiuè æquè idonei, erit locus gratificationi, vt ibi ait art.11. non tamen est locus gratificationi, si duo patroni præsentant duos, sed tantum cum primo præsentato, patronus accumulatiuè præsentat secundum, non recedendo ex toto à primo, & quando duo præsentantur, posset Episcopus de rigore instituere extraneũ, vel cogere eos, vt concordent. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus, num.8. dubio 7. & si duo sint præsentati, vnus coram vno, alius coram alio, qui in solidum habent ius instituendi, erit locus præuentioni, vt ibi dicit art.12.

36 Instituens an possit gratificare alicui.

Quo verò ad gratificationem, vbi numerus est par præsentantium, habet locum gratificatio si sunt æqualis meriti, secus si vnus est idoneior alio, & eo casu Episcopus non poterit instituere extraneum, sed vnum ex illis præsentatis, vt idem ait d.lib.2.p.3.q.5.princ.art.1. & idoneior est instituendus ex præsentatis ante factum, nam si iam idoneus est institutus, is remanere debebit, licèt alius sit magis idoneus, vt ibi dicit art.2. & si vnus est pręsentatus diues, alter pauper, si ecclesia habet soluere debita, diues est præferendus, & multo magis si est magis idoneus, si verò ecclesia nõ eget, in simplici beneficio pauper diuiti etiam magis idoneo est præferendus, & etiam in curato, & dignitate, nisi cũ diuitijs concurrerent scientia, nobilitas, potentia, &c. vt ibi dicit art.3. vbi ait etiam Episcopum posse conferre beneficium consanguineo, omisso idoneiori, si beneficium est simplex. Quòd si vota sint paria, & vnus de præsentatis sit de linea fundatoris, alius extraneus, præferendus est qui est de sanguine, vt & ij qui sunt de ecclesiæ gremio sunt præferẽdi exteris, & valet dispositio testatoris de consensu Episcopi, ꝙ præsentetur vnus de sanguine fundatoris, & si testator dicit, esse præsentandum vnũ de familia, is est præsentandus; si de progenie dicit, vel de genere, sufficit ꝙ ab eo descendat, vel per cognationem, vel per agnationem, & si duo reperiuntur eiusdem generis, præferri debet magis ꝓpinquus fundatori, vt ibi dicit art.4. & si vnus de loco est idoneus, debet præferri forensi idoneiori in simplici, qui non sit de collegio, vt ibi dicit art.5. & præferri debet etiã idoneus de genere fundatoris idoneiori extraneo in simplici, vt ibi ait art.6. & si vnus ex cõpatronis est præsentatus à medietate patronorũ, & extraneus ab alia medietate præferri debet patronus, vt ibi ait art.7. & si est præsentatus vnus intitulatus in ecclesia patronata, & extraneus, cæteris paribus præferri debet intitulatus, art.8. Nobilis etiam cæteris paribus præferri debet plebeio q̃nque, intelligendo de nobilitate sanguinis, & diuitiarum, vt ibi dicit art.9. cum alias sola literatura faciat quem nobilẽ, vt ibi dicit, & in paritate præferri debet potentior q̃nque, quæ potentia consistit in nobilitate, diuitijs, fauore dominorum, industria, experientia in agibilibus mundi, quia sic melius potest conseruare ecclesiã, cum aliàs melior simpliciter dicatur, qui est sanctior, sed secundùm quid qui in prædictis præualet, vt ibi dicit art. 10. Literatus

tus etiam data paritate est præferendus illiterato, & doctor plebeius, nobili tantum, cum literati sint vt stellæ in ecclesia Dei, & ijs mundus regatur, quandoque tamen instituendus est primus in ciuitate, & dux factionum, & homo potens, ac robustus stante necessitate ecclesiæ, nec valet statutum, vel consuetudo, vt non admittantur ignobiles literati ad Canonicatus ecclesiarum Cathedralium, vt ibi dicit art. 11. quod si vnus sit Theologus, alter Canonista, præferri debet Canonista, vbi magna est causarũ ventilatio, vbi verò pullulant hæreses, vel locus vicinus est hæreticis, Theologus, vt ibi dicit ar. 12. Senex etiam constitutus in dignitate, vel maioris ordinis, debet præferri iuniori, & ei qui non est in dignitate, vel est in minori ordine, & qui primo est receptus in ecclesia est pferendus posteriori, vt ibi dicit art. 13. & semper bonus debet præferri ei qui quandoque fuit deuius, sed reductus ad frugem melioris vitæ, vt ibi dicit ar. 14. Legitimus etiam est præferendus in institutione, postea legitimato, data paritate, vt ibi dicit ar. 15. & si duo præsentati sunt de genere, in paritate, præferri debet, qui plus contulit in iure patronatus, vt ibi dicit art. 16. & si vnus est præsentatus à clerico, alius à laico patrono, non est præferendus præsentatus ab ecclesiastico, sed Episcopus habebit optionem, quæ tamen debet fieri cum iudicio rationis, vt consideret quæ fuerit melior electio, vt ibi dicit art. 17. & si vnus est præsentatus à nobili, alter ab ignobili, vnus a literato, alius à nõ literato, datur locus gratificationi, vt ibi dicit art. 18. quòd si masculus, & fœmina præsentant descendentes ab eodem, præfertur præsentatus à masculo, si verò sunt æqualiter patroni ex diuersis viis principaliter, erit locus gratificationi, vt ibi dicit art. 19. quod si ex decem patronis, quatuor præsentant vnum, tres alium, & tres alium, si primus ob aliquod vitium reijcitur, erit locus gratificationi, vt ibi dicit ar. 20. Non possunt tamen patroni discordes conuenire, vt duo instituantur, vt ibi dicit art. 21. & prædicta intelliguntur, data paritate votorum.

Quando verò differentia est, & discordia subest alio ex capite, q̃ æqualitatis numeri, sed ex eo quia duo æquè principaliter præsentare possunt in vna ecclesia patronata ex eodem iure patronato, quis institui debeat, dicendũ est, si in iure patronatus pupilli, tutor, & pupillus casu quo præsentare potest, vt supra est dictum, præsentant diuersos, si pupillus maior septennio declarauit se velle præsentare, & non tutorem, instituetur idoneus ab eo præsentatus, licèt tutor postea magis idoneum præsentarit accumulatiuè, si verò præsentauit non idoneum, vel indignum, tutor potest supplere, ne tempus labatur, poterit tamen pupillus tunc præsentare aliũ idoneum accumulatiuè variando, si verò prius præsentat tutor, pupillo non contradicente, postea tutor, idoneior erit instituendus, & idem si pupillus, & tutor repræsentant personas duorum patronorum æqualium, si verò præsentati sunt æquales, locus est gratificationi, si verò tutor præsentauit ante pupillum, eo inscio, & hoc scito, contradicente, instituetur postea præsentatus à pupillo, licèt præsentatus à tutore sit idoneior, cum pupillus sit dominus iuris patronatus, & eo casu non sit locus accumulationi, vt inquit Lamb. d. lib. 2. 3. p. princip. q. 6. art. 1. & si quis decessit relictis quatuor filiis, tribus impuberibus, vno pubere, & relicta matre tutrice, instituetur præsentatus ab ea cum habeat tres voces, vt ibi dicit art 2. quòd si ius patronatus transit cum dote, vel aliundè fortè vxor illum habet, dicendum est, vt in casu præcedenti, cum tunc vir, vt tutor admi-

nistret bona vxoris, si verò transit cum dotis vniuersitate, locus erit præuentioni, & vno præsentante alius se non potest impedire etiam in variatione, vt ibi dicit art. 3. & si procurator præsentat cum patrono, cæteris paribus, erit locus gratificationi, alias dicendum, vt ibi dicitur remissiuè art. 4. & si duo sunt procuratores ad præsentandum in solidum, & vnus præsentat, & præsentatus renunciat, poterit secundus præsentare, quòd si diuersos præsentant, si est clausula, quòd non sit melior conditio occupantis, in mandato, ambo possunt præsentare, & eorum præsentationes æstimantur accumulatiuè, vt & vnus procurator variare potest, & erit locus gratificationi, vt ibi dicit art. 5. & si præsentant bonæ, & malæ fidei possessor, nõ est locus gratificationi, sed institui debet vnus ex eis, remissiuè ibi ar. 6. vbi & art. 7. dicit, quis præferatur præsentatus à vero patrono, an à bonæ fidei possessore, & ibidem dicit remissiuè art. 8. de duobus præsentatis, vno à proprietario, qui non est in possessione, alio à malæ fidei possessore.

36 Ordinari⁹ an possit disponere de beneficio patronato.

An verò ordinarius possit instituere in ecclesia patronata sine præsentatione patroni, dicendum primò, Episcopum nõ posse cõmendare ecclesiam patronatam in perpetuum sine consensu patroni, secus in cõmenda ad tempus, quę est idem custodiæ, vt idem inquit d. lib. 2. p. 3. q. 7. princ. ar. 1. Instituere tamen potest Episcopus in ecclesia patronata sine præsentatione patroni ob scandalum vitandũ, vt ibi dicit art. 2. & si patroni scienter præsentant indignum, Episcopus sine patronis instituit, distinguendo, vt ibi dicit art. 3. remissiuè; instituere etiam potest Episcopus sine præsentatione, patronis existentibus negligentibus ad præsentandum infra tempus datum, vt ibi dicit art. 4. & si lis non finitur intra tempus præsentandi, si lis est super iure patronatus, vel eius quasi possessione, & non super mera institutione, nec inter Episcopum, & patronum, illa non finita, elapso tempore, deuoluitur potestas ad habentem instituere, & ipse solus instituet, vt ibi dicit art. 5. & si patroni non præsentant infra tempus, collatio facta ab Episcopo intra tempus, conualidatur ex lapsu temporis, vel taciturnitate patronorum, vt ibi dicit art. 6. & an præferatur qui impetrauit à Papa, ibi dicit remissiuè; instituere etiam potest solus ordinarius cum consensu patronorum, qui habet locum præsentationis in permutatione beneficiorũ, vt ibi dicit art. 7. & quando patroni variant accumulatiuè duos præsentando, vel patroni diuidunt æqualia vota, Episcopus optabit in paritate, vt ibi dicit art. 8. remissiuè; & an possit instituere ipsum patronum egenum sine eius præsentatione, ait ibi art. 9. q. sic remissiuè; q. si lis non finitur, vt supra, & Episcopus instituit, tenebitur patronus præsentare pro conseruatione iuris patronatus eundem ab Episcopo institutum, vt ibi ait ar. 10. & vbi fit deuolutio ad superiorem, is solus instituet, non ad quem institutio pertinet iure speciali, vt ibi dicit art. 11. & si extinguitur ius patronatus in totum, vt quia nullus est hæres patroni, totum ius conferendi pertinet ad habentem instituere, siue Episcopum, siue inferiorem Prælatum, vt ibi dicit art. 12. & quando deuoluitur ad superiorem ius conferendi ex culpa, vel negligentia patroni, tenebitur tamen instituere clericum habentes qualitates requisitas ex natura beneficij, vt ibi dicit art. vlt.

38 Legat⁹ de latere an possit di-

An verò Legatus de latere possit disponere de beneficio patronato sine patronis, dicendum, quòd potest disponere de patronato beneficio ecclesiastico, non autẽ quod est clerici ratione patrimonii, vt inquit idem d. lib. 2. p. 3. q. 8. princ. art. 1. nec potest reseruare, vel conferre beneficium patro-

natum

natum inuito laico patrono, nisi patronus consentiat, licèt Prælatus contradicat, vt ibi ait art.2. & si quis habeat ius patronatus ex priuilegio Papæ censetur ecclesiasticum, ideò de illo poterit Legatus disponere, secus si ex consuetudine, vel præscriptione, dummodo patronus non se fundet in præscriptione, sed in dotatione, vel fundatione, quæ præsumitur ex præscriptione, vt ibi ait art.3. si enim ex priuilegio, vel consuetudine com peteret ius patronatus, non verò fundatum in dotatione, &c. posset Cardinalis Legatus de latere de eo disponere. Cardin. in clem. per literas. q.3. de præben. Abb. in cap. dilectus. in fi. de offic. leg. non potest etiam Legatus disponere de patronatu ad laicum, & clericum communiter spectante, vt ibi dicit artic.4. potest tamen præiudicare patronato ecclesiastici, etiam quòd patronus non sit de sua prouincia, dummodo ecclesia patronata sit illius prouinciæ, vt ibi dicit art.5. quòd si est facta præsentatio per ecclesiasticum, institutione non secuta, vel Legatus sibi reseruauit ius paronatus ecclesiastici, nō valet præsentatio facta per patronum, vel est facta reseruatio per Legatum, sine clausula decreti irritantis, & tenebit præsentatio, & magis tenebit si nulla præcessit reseruatio, & patronus præsentauit antequam Legatus conferat, vt ibi dicit art.6. | Legatus potest disponere de beneficio patronato.

39 An verò Papa possit disponere de beneficio patronato sine præsentatione patronorum, si sunt ecclesiastici patroni, vtique poterit, vt idem inquit Lamb. d. p.3. lib.2. q.9. princ. art.1. & etiam laicorum sine eorum præsentatione, vt ibi dicit art.2. Non præsumitur tamen velle præiudicare patronis laicis, nec reseruatio beneficiorum, quam facit Papa, includit beneficia patronata, vt ibi dicit art.3. nisi id exprimat. Lapus alleg.96. nec in gratia generali veniunt patronata. c. dilectus.3. de præb. nisi tale ius priuilegio, consuetudine, vel præscriptione sola, laici acquisiuissent. Cassiod. decis.4. de Iure patr. modo, vt supra. Nec si Papa mandet prouideri de beneficio spectante ad cuiusq; prouisionem, vel concessionem, vel collationem, vel ordinationem, vel institutionem comprehenditur beneficium spectans ad præsentationem laicorum, vt ibi dicit art.4. Nec si Papa rescribat motu proprio pro aliquo beneficiando censetur per hæc comprehendere beneficium patronorum laicorum, nisi promoueat ad Episcopatum tenentem beneficium patroni laici, vt ibi dicit art.5. Nec etiam si in literis Papæ habeatur quòd prouideatur de beneficio alicui spectante etiā ad præsentationem alicuius, adhuc enim non venit beneficium laici patronatus, vt ibi dicit art.6. Nec etiam si mandet prouideri de beneficio spectante ad præsentationem quorumcunque, adhuc enim non includeretur beneficium patronatum laicorum, vt ibi dicit art.7. Nec etiam per illa verba includetur spectans ad clericum ratione patrimonij, vt ibi dicit art.8. Nec etiam venit beneficium spectans communiter laico, & clerico ratione ecclesiæ, vt ibi dicit art.9. Nec etiam si in literis dicatur, non obstante iure patronato laicorum, vel non obstantibus statutis ecclesiæ, quæ concernant beneficium, de quo scribitur, adhuc non includit patronatum laicorum, sed clericorum, nō tamen particulares ordinationes in fundatione ecclesiæ, cū non omnis substantia Principis, vel legis tollat specialia priuilegia, statuta, vel consuetudines, vt ibi dicit ar.10. Nec ius patronatus laicorum si expressè per literas Apostolicas tollitur, comprehendit ius patronatus Principum, & Regum, vt ibi dicit art.11. Similiter impetrationes factæ de beneficio, non expresso, quòd sit ius patronatus laicorum, sunt nullæ, & etiam permutationes | Papa à possit disponere de beneficio patronato sine patronis, & an præsumat.

tiones factæ in curia, casu quo huiusmodi permutationes sine consensu patronorum sunt nullæ, si verò erunt annullandæ, erunt & istæ annullandæ, vt ibi dicit art 12. & sic etiam impetratio beneficii non facta mentione patronatus laicorum, est nulla, nec beneficium patronorum laicorum dicitur vacare in curia, vt ibi dicit art. 13. comprehendunt tamen literæ Apostolicæ ius patronatus ex priuilegio, cum prædictis clausulis, vt ibi ait ar. 14. remissiuè ad dicta superius. Nec Papa præsumitur velle derogare iuri patronatus laicorum, nisi appareat de eius certa scientia, vt ibi dicit art. 15. vbi & ait, quomodo dicta certa scientia probetur. Nec beneficia patronata laicorum includuntur in extrauag. execrabilis. de præb. in extrau. com. vt ibi ait art. 16. Non oportet tñ literas prædictas facere expressam mentionem iuris patronatus clericorum, vt idem ait art. 17. & quid de fraternitatibus, ibi dicit art. 18. vbi ait, si sunt vnitæ ecclesiæ, censeri ecclesias, & idē si altari, & sic etiam eorum ius patronatus, aliàs secus; si verò literæ Apostolicæ disponant de beneficio non vacante, sed de proximo vacaturo, vt per adeptionem Episcopatus, vel Abbatiæ, si dispensatur cum ijs, vt retineant priora beneficia, intelligitur etiam ius patronatus laicorum, vt ibi dicit art. 19. quia sic non præiudicatur patronis laicis, & si ius patronatus olim fuisset laicum, hodie verò ecclesiasticum, comprehenditur sub literis generalibus Papæ, quia censetur ecclesiasticum, vt ibi dicit art. 20. quòd si tale sit beneficium, vt patronus laicus habeat ibi omnes fructus excepta præsentatione, vbi in electione Rectoris habendus est necessario consensus patroni, debet exprimi, quòd sit patronatus laicorū, aliàs secus, vt ibi dicit art. 21. Derogatum tamen est patronis vbi imperrans petit derogari patronis, licèt de iure patronatus clarè non constet, si patroni nō probant tempore impetrationis clarè constare de eorum iure, vt ibi ait ar. 22. Et literæ Apostolicæ non præiudicant veris patronis, alijs existentibus in quasi possessione præsentandi, vt ibi dicit art. 23. si tamen fit impetratio beneficij patronati laicorum, non facta de eo mentione in literis Apostolicis, conualidatur patronis tacentibus, per quatuor menses, vt ibi dicit art. 24. & etiam literæ Apostolicæ includunt patronatum beneficium laicorū quęsitum ex præscriptione, vel consuetudine, sine titulo, non facta etiam mentione de patronis laicis, vt ibi dicit art. 25. & si per literas Papæ expressè derogatur patronatui laicorum, si patroni cōuenerant, vt alternis vicibus præsentarent, per illas derogatur tantum ijs qui illa vice habebant præsentare, non alijs, vt ibi dicit art. 26. & si in literis Apostolicis habetur, quòd prouideatur de beneficio spectante ad præsentationem duorū, de eis facta expressa mentione, comprehendit illos ét si præsentatio non fiat similiter, sed successiuè, vt quia Plebanus pręsentat Abbati, & Abbas Episcopo; oportet tamen ambos exprimi, vt ibi dicit art. 27. & 28. literæ etiam Apostolicæ includunt patronatum clericorū, cum illis habetur q̃ prouideatur alicui de beneficio pertinente ad præsentationem alicuius, & is habet præsentare de consensu aliquorum, vt ibi dicit art. 29. si verò Papa rescribit prouidendum de beneficio spectante ad institutionem Episcopi, non comprehendit patronatum laicum, sed ecclesiasticum, vt ibi dicit art. 30. & si Papa mandet prouideri de beneficio spectante ad præsentationem alicuius, comprehendit beneficium spectans etiam ad alterius institutionem, vt ibi dicit art. 31. quòd si patroni non præsentant, sed eligunt præsentandum, & interim executor Apostolicus confert illam ecclesiam, tenet eius collatio, vt ibi

vt ibi dicit art.32. literæ tamen Apostolicæ impetratæ per præsentatum postea alio præsentato, & instituto, non valent in præiudicium præsentati & instituti; & vbi præsentatio spectat ad collegium, debet fieri mentio, si vt ad collegium, vel si vt ad singulos, nam si diceretur in literis ad præsentationem alicuius, non includerentur patroni etiam ecclesiastici iure collegij, vt ibi dicit art.34. & si cui mandetur prouideri de beneficio spectante ad prouisionem talis Episcopi, non extenditur ad beneficium iuris patronatus laico spectans, etiam si post donatum fuit Episcopo, si tempore datæ erat laicum, vt ibi ait art.35. literæ tamen Apostolicæ includunt beneficium, si postea superueniat consensus Episcopi, qui efficiat fundatorem patronum, vt inquit idem art.36. Legatus tamen de latere non potest derogare iuri patronatus, quod competit ex dotatione, constructione, &c. ei verò quod competit ex consuetudine, vel præscriptione, aut priuilegio, sic; Decius consi.573. & 149. Rochus verbo, Honorificum. de Iure patron. q.3. limit.3.

Quo verò ad ius patronatus spectans ad dispositionem religiosorum, si habent ius patronatus in ecclesia parochiali, debent ad illam præsentare ordinario clericum instituendum, & illi assignare competentes reditus pro eius victu, & alijs iuribus soluendis ex vi iuris patronatus, iuxta clem.1. de Iure patr. vt inquit idem lib.2.d.3.p.q.10.princ.art.1. qui ibi declarat quinque modis ecclesias singulares posse spectare ad religiosos; & Episcopus debet statuere religiosis clericum præsentantibus terminum competentem intra quem debeant presentato assignare congruam portionem vnde viuat, & iura Episcopalia persoluat; vt ibi ait art.2. qui terminus etiã debet esse talis, vt constet clarè de negligentia non assignantium portioné, vt ibi dicit, & si institutio spectat ad inferiorem Episcopo, est ad eum recurrendum, vt terminum assignet, vt ibi dicit art.3. præsentatio tamen, & institutio facta ab Episcopo contra formam. d.clem. tenet, vt ibi ait art.4. dicta tamen clem. non procedit in præsentatis per laicos, vt ibi dicit art.5. vbi & rationem assignat, & si procurator religiosi præsentat, sufficit assignare terminum domino, vt ibi dicit art.6. & si terminus præfixus est nimis breuis potest appellari, vt ait ibi art.7. quòd si impedimentum est ex parte præsentati, vt quia non est idoneus, vel indignus, habet locum dispositio, vel suppletio, cum illa vice ecclesiasticus patronus sit priuatus iure præsentandi, vt ibi dicit art. 8. & si religiosi non assignant portionem intra tempus præfixum, diœcesanus præsentantis, non assignantis, assignabit.d. clem. vt ibi dicit art.9. & elapso termino, diœcesanus debet prius assignare portionem clerico, & postea instituere, vt ibi dicit art.10. & ipse diœcesanus potest assignare hanc portionem potius quàm compellere religiosos, vt assignent, vt ibi dicit ar.11. & religiosi, Episcopi, nõ Vicarij, debent hanc portionem assignare, vt ibi dicit ar.12. & si contentio est super quantitate portionis inter Episcopum, & religiosos, ante lapsum termini, Episcopus non differet prouisionem per appellationem, superior tamen poterit eam reducere, vt ibi ait ar.13. & ista portio debet dari pro alimentis secundùm æstimationẽ, in his quæ de facili corrumpuntur, in alijs verò, vt vinum, frumentum, & similia secundùm speciem, & in eo debet attẽdi qualitas præsentati, ita vt honoretur habito etiam respectu ad iura Episcopalia, & procurationes, & debet assignari pro toto tempore vitæ eius, si ibi sit vicarius perpetuus, vt ibi dicit ar.15. & hæc onera Episcopalia sunt

40 Religiosi qualiter psentent.

procu-

procuratio debita visitatori Cathedralium, quarta canonica,& huiusmodi, vt ibi ait art. 16. vbi & declarat an prædicta præscribantur, quòd si patroni religiosi subeunt aliqua onera habetur respectus ad ea, vt inquit ibi art. 17. & in hoc iudicio Episcopus procedit summariè, non tamen sine figura iudicij si patronus se opponit, vt ibi ait art. 18.

41 Institutio actualis, vt fienda.

Quo verò ad actualem institutionem, dicendum, quòd potest fieri solo verbo, sed eius actualis consistit in inuestitura, verbalis enim institutio est, cum dicit; instituo te ad præsentationem talis in tali beneficio, sed cũ subsequitur de dicto beneficio, te instituo per nostrum anulum, vel per impositionem bireti, vel per traditionem libri, & per dationem clauium, vel pugilli terræ, & huiusmodi, sicut delatio est signum intronizationis; illa est actualis institutio, quæ dicitur inuestitura, vt inquit idem d.lib. 2.3.p. q. 11.princ. art. 1. Scriptura tamen non est de substantia institutionis, sed ad cautelam præsentantis, & præsentati, vt ibi ait art. 2. & institutio, vel collatio Episcopi probatur per literas, & etiã per testes, à Papa verò promotiones factæ in curia non probantur sine literis Papæ, vt ibi dicit art. 3. inuestiri etiam potest absens per alium, sub hac forma, inuestimus talem absentem, de tali beneficio pro se, vel inuestimus te de tali beneficio pro tali absente, vt ibi dicit art. 4. & potest etiam laicus inuestiri pro absente, vt ibi dicit art. 5. & per inuestituram transfertur corporalis possessio, nisi aliud habeat consuetudo, si tamen fit in præsentia beneficiati, & nullus est in possessione illius, vt ibi dicit art. 6. Vnde administrare potest institutus per inuestituram, casu quo in eum est translata possessio, aliàs secus,& installatio fit ob maiorem solemnitatem, ne videatur propria authoritate quis sibi ius tribuere, & vt possit agere, si sibi possessio est sublata, quod aliter facere non potuisset, vt ibi dicit art. 7. quæ possessio per inuestituram acquiritur, vel possessio acquiritur per installationem beneficiati in sede Rectoris, & Canonicatus per installationem in choro, & in Capitulo, in loco sibi assignato, vt ibi ait art. 8. & per inuestituram, vel possessionem transfertur in beneficiatum possessio beneficij absque apprehensione rerum particularium, vt ibi dicit art. 9. & possessio beneficij retinetur ab inuestito solo animo si ab eo fit expulsus per tirannum, excommunicando expulsorem, & aliàs censuras inferendo, vt ibi dicit art. 10. & si constat clericum esse inuestitum per Episcopum, præsumitur præsentatio præcessisse, si de ea constat per literas Episcopi ipsam narrantes, vt ibi dicit art. 11. & si præsentatio est inualida ratione electi, vel eligentium, institutio eam nõ validat, secus si ratione formæ,& si instituens possit dispensare in illo defectu formæ, aliàs secùs, vt ibi dicit art. 12. & institutio facta clandestinè, si potest probari per literas, vel testes, tenet, aliàs non, vt ibi dicit art. 13. Quo verò ad expensas processus, &c. in electione sunt fiendæ per electum, in præsentatione verò si est lis inter patronos super iure patronatus fiunt per ipsos, & si est lis inter patronos,& Episcopum, fiunt per patronos, & Episcopum, & si agitur de meritis, vel demeritis præsentatorum, eorum sumptibus; si verò præsentatio, & institutio fiunt ex concordia, expensæ fiunt per ecclesiam, de qua agitur, vt ibi dicit art. 14. qua verò forma debeant fieri scripturæ literarum ordinarij de præsentatione, & institutione fidem facientium ibi dicit art. vlt. vbi & ait, inductionem in possessionem pertinere ad Archidiaconum.

De

De Honoribus Patronorum, & eorum oneribus.

QVO ad honores patronorum, primus honor dicitur processio, vel prælatio, & consistit in eo quod ab instituto debetur talis reuerentia patrono, vt a filio patri debetur, & sic patrono venienti ad domū cum clericis obuiam ire debet, & illum honorabiliter introducere domum, & in digniorem locum supra omnes laicos collocare, & cum præ cæteris laicis honorare in pace, thuribulo; & in processionibus statim post Rectorem ante omnes laicos incedere, & hic honor debetur omnibus patronis etiam si non sint Reges, vt inquit Lamb. de Iure patr. lib. 3. q. 1. p. 1. princ. art. 1. vbi & ait, Italos multi facere honorem processionis, & prædicta fiunt, vt laici inuitentur ad dotandas ecclesias, & præsentatus etiam tenetur assurgere patrono cum bireto, & facere ei reuerentiam, nec illum vocare in ius sine licentia, vt libertus neq; patronum, vt ibi ait art. 2. non tamen tenetur beneficiatus quotidiè Missam celebrare pro patrono, nisi patronus id mandasset in institutione, vt ibi dicit art. 3. nec populo existente interdicto, & clero celebrante ianuis clausis, debet admitti patronus, vt ibi dicit art. 4. nec patroni laici ratione iuris patronatus sunt personæ ecclesiasticæ, nec gaudent priuilegio ecclesiastico, vt ibi ait ar. 5. & circa executionem ordinatorum a fundatore, & reuerentiam exhibendam patrono, subsidium, & huiusmodi, magis debet præsentatus obedire patrono, quàm Episcopo contrarium mandanti, cum Episcopus illa immutare non possit, secus si sit Legatus de latere, vel Papa, vt ibi dicit art. 6. Non tamen patronus dicitur dominus ecclesiæ patronatæ, cum proprietas ecclesiarum reseruetur Episcopo, potest tamen dici quasi dominus, quia potest vendicare rem subtractam ecclesiæ, vt ibi dicit art. 7. 42 Patronorum honores q. sint.

Quo verò ad onera patroni, tenetur patronus adhibere solertiam ne sacerdores defraudentur de bonis ecclesiæ collatis. c. filus. 16 q. 7. & defendere ecclesiam ab omnibus oppressoribus, & ipsi prouidere, vel denunciare Episcopo sacerdotes defraudantes, & curare vt bene prouideatur ecclesię. cap. decernimus. 16. q. 7. inueniendo sacerdotem idoneum cum vacat, non potest tamen inde sibi aliquam mercedem assumere, vt idem ait d. lib. 3. q. 2. princip. art. 1. & tenetur etiam accusare presbyterum dilapidantem, & etiam quilibet de plebe, & potest etiam patronus impedire ne reditus ecclesię conuertantur in alium vsum, quam ex fundatione contineatur. & debet patronus dilapidantem denunciare Episcopo, & eo negligente Metropolitano, & ibi tradit quando dilapidans possit accusari per laicum, vt ibi dicit art. 2 non potest patronus tamen, vel alius accusare criminaliter presbyterum dilapidantem, vel inhonestè viuentem, vt ibi dicit art. 3. vbi & tradit remissiuè quando laici possint accusare clericos, vel cōtra eos testificari; vel patronus accusare clericum dilapidantem, vel inhonestè viuentem etiam si transferat ius patronatus in extraneum, vel illud remittat ecclesiæ, quo tamen casu si est negligens non punitur, vt ibi dicit art. 4. & sacerdos tenetur reddere rationem administrationis patrono ecclesiastico, non autem laico, vt quid expendat, & quomodo, saltem in genere, vt ibi dicit art. 5. vbi & remissiuè tradit an alij beneficiati teneantur eam rationem reddere suis superioribus, & custodia ecclesiæ vacantis pertinet ad patronum clericum, non laicum, vbi & dicit, quæ actio in hoc detur, vt 43 Patronorū onera quæ sint.

ait art.6. Consensus etiam patroni laici non requiritur de necessitate, sed honestate in alienatione rei ecclesiæ patronatæ, ecclesiastici verò sic necessario, vt ibi dicit art.7. Et licèt Eps possit cum consensu Capituli disponere de fructibus primi anni ecclesiæ vacantis ex necessaria causa, non tñ pro vtilitate propria, id tamen non potest in ecclesijs patronatis sine consensu patronorum sine magna, & necessaria causa, si tamẽ sine causa id fiat, patronus poterit contradicere, & Episcopus statutum reuocabit, vt ibi dicit art.8. Nec presbyter potest repudiare legatum casu quo non potest repudiari, nisi seruatis solemnitatibus sine consensu patroni, aliàs secus, vnde si legatum nondum est factum ecclesiæ, potest Prælatus blandis verbis monere testatorem, vti sibi relinquat non ecclesiæ, si verò actus est introductus, ius tamen non est quæsitum tempore alienationis, vel repudiationis, potest id repudiare, licèt teneatur ecclesiæ ad interesse, & qui non potest præiudicare expressè repudiando, potest præiudicare negligendo, & sic de Prælato, & prohibita alienatione nõ censetur prohibita repudiatio legati, vt ibi dicit art.9. vbi latè id examinat, & etiam ait, Papam post creationem, cum reuocat gratias, intelligi reuocare eas in quibus est ius ad rem, non in re. Rector verò ecclesiæ etiam in causa magna de consensu Episcopi agit in iudicio in causa ecclesiæ sine consensu patroni, vel laicus sit, vel clericus, nisi patronus ecclesiasticus sit exemptus, quo tamen Rectore malè agente, etiam laicus patronus potest defendere ecclesiam, quòd si in limine fundationis habeatur de consensu Episcopi, quòd Rector ecclesiæ agere non possit in iudicio sine patroni consensu, seruandum est, vt ibi dicit art.10. & patronus expensis ecclesiæ tenetur eam defendere, vt tutor expensis pupilli illum defendit, vt ibi ait art.11. se remittendo tamen ad dicta superius in hac materia. Tenetur etiam patronus inuenire sacerdotem idoneum, & prouidere vt reditus conuertantur in vsus à fundatore statutos, & diuina celebrentur iuxta eius ordinationem, vt ibi dicit art.12. si verò patronus in limine fundationis non reseruat sibi aliquos reditus, procuratio debetur Episcopo ratione primæ consecrationis ecclesiæ, si dos est iam assignata ecclesiæ, & Rector debet procurare Episcopũ, si verò iam nõ est assignata, cum ecclesia non possit sine dote consecrari, patronus procurabit, & idem alio faciente consecrare, vel quando ecclesia penitus destructa iterum consecratur: si verò est tantum exusta, reconciliatio fiet expensis ipsius ecclesiæ, non patroni, comburens tamen tenetur ad expensas, si verò est execrata, si scitur execrator, illius est facienda expensis reconciliatio si potest; aliàs recurrendum est ad consuetudinem, & ijs deficientibus Rector, si tamen sit in parochianis, etiam parochiani contribuere tenentur. Vbi verò in prædictis patronus sibi reseruauit fructus, tenetur pro rata cõtribuere ad expensas cum Rectore, vt ibi dicit art.13. ieiunare etiam tenetur patronus die quo ecclesia consecratur. c.quod à patribus. 75. dist. si tamen ecclesia ex eleemosynis est constructa, nemo ibi dicitur patronus, vt ibi dicit art.14. quòd si Papa imponat collectas, patronus laicus si quid sibi reseruauit, non erit vt laicum collectandum, sed detrahetur ex bonis ecclesiæ, si verò est ecclesiasticus, licèt id vt onus non debeat collectari, sed detrahatur, tamen collectatur vt fructus ecclesiæ, si verò sint patroni ecclesiastici habentes ecclesias pleno iure subiectas ad omnia onera tenẽtur. clem.1. vbi Doct. de Iure patr. vt ibi dicit art.15. potest tamen patronus renunciare iuri patronatus, & ecclesiam liberam relinquere, si in totum

omnia

omnia vult relinquere, nam si velit aliqua sibi retinere, non potest ecclesia inuita, vt ibi dicit art. 16. & vlt.

Quo verò ad ius vtile patroni, dicto supra, de honorifico, & oneroso; primò, alendus est patronus vergens ad inopiam de bonis ecclesiæ. Innoc. Abb. & omnes in rubr. de Iure patr. idem Lambert. d. lib. 3. q. 3. princ. art. 1. qui tamen est alendus de reditibus ecclesiæ, deductis prius necessarijs pro Rectore, aliàs non tenetur, vt ibi dicit art. 2. oportet tamen, quòd ad magnã egestatem patronus sit perductus, vel ad eam tendat, vt quia commodè nõ potest ex suis bonis sustentari, iuxta eius facultatem, cũ sic dicatur inops, & melius est alendus, qui fuit diues, quàm qui non, & dummodo ex arte, & dignitate viuere non possit, aliàs tunc non erit alendus, vt nec filius tunc à patre, vt ibi dicit art. 3. & licèt Rector habeat bona aliundè, ex patrimonio, vel alijs licitè quæsitis, & tamen ecclesia patronata sit aliàs necessaria eius victui, non tenetur eo casu alere patronũ, cum possit suis conseruare patrimonium, & viuere de ecclesia patronata, secus si habet alia beneficia vnde viuat, quia tunc patronum egenum ex ecclesiæ patronatæ fructibus alere tenetur, qui & contra Rectorem habet actionem, vt ibi dicit art. 4. & hęc alimenta debent præstari patrono in domo propria patroni, vt ibi dicit art. 5. & hæc alimenta debent præstari ab ecclesia non solum patrono, sed etiam vxori, filijs, & domesticis eius, vt ibi ait art. 6. vbi plura de alimentis dicit, si tamen patronus ob nobilitatẽ eget famulis, & ipse, ac vxor, & filij aliundè ali non possint, præterquam à patrono, alij à prædictis à Rectore ali non debent, & à patrono petuntur alimenta à Rectore officio iudicis, & in hoc iudicio proceditur summariè, nec ibi requiritur ordo iudiciarius, vt ibi dicit art. 7. vbi & ponit quomodo concipiatur libellus in alimentis petendis, & si patronus ex denegatione alimentorum à Rectore moritur, punietur Rector, vt homicida secundùm pœnam canonicam, vt scilicet deponatur à beneficio, & detrudatur in monasterium ad agendam pœnitentiam, vt ibi dicit art. 8. appellatione verò alimentorum, venit victus, vestitus, stratum, calcearium, & medicinæ, vt ibi dicit ar. 9. quæ alimenta debent dari mensatim, & si Rector ea det voluntariè, erit in eius arbitrio dare in possessionibus in specie, vel æstimo, dando æstimum eius quod est breui duraturum, in alijs poterit dare speciem, vt triticum, vinum, &c. quæ diu durãt, si verò dat inuitus, erit in optione Episcopi dare in possessionibus in specie, vel in ęstimo, vt ibi dicit art. 10. vbi & ait, inuitantem aliquem ad prandium, qui acceptauit, si eum decipit, teneri ei ad interesse, & hæc alimẽta sunt præstanda patronis secundùm qualitatem eorum, vt ibi dicit art. 11. & differenter secundùm ætatem, quia crescente ætate, crescere etiam debent alimenta, vt ibi dicit art. 12. vbi & ponit, qui sint cibi nobilium, qui rusticorum, quæ alimenta sunt præstanda patrono inopi donec perueniat ad pinguiorem fortunam etiam si renunciarit iuri patronatus, & si in alium sit translatum, debent alimenta dari secundo, nõ primo, si tamen secundus non sit inops, primus sic; debet dari primo non tamen iure actionis, vt ibi dicit art. 13. quòd si dos ecclesiæ sit extincta, non debentur alimenta patrono qui eam dotauit, nisi ex prima dotatione reditus essent aucti, tunc enim deberentur, & etiam, posset præsentare, vt ibi dicit art. 14. Patronus tamen non potest vendere ius alimentorum, nec honorem processionis, cum hæreant personæ, poterit tñ ea locare, vel etiam vendere non ius, sed commoditatem vtendi alimentis, alium eius loco sub-

44 Patronorum ius vtile quod sit.

rogando, vt ibi ait art. 15. nec poteſt patronus exigere aliquod ſeruitium temporale à Rectore, niſi in limine fundationis de conſenſu Epiſcopi id ſibi reſeruauerit, vt ibi dicit art. 16. poteſt etiam patronus ſi aliquos fructus in fundatione ſibi reſeruauit illos vendere, & magis locare, non autem ius patronatus, vt ibi dicit art. 17.

45 Patronis omnib⁹ an debeatur ius vtile, & honorificum.

An verò omnibus patronis debeantur prædicta ſecundùm ius honorificum proceſſionis, vtile alimentorum, & oneroſum defenſionis, dicendum eſt primò, quòd ſi plures inæqualiter conſtruunt, vel dotant eccleſiam, pinguius eſt prouidendum ei qui plus contulit, & etiam plus honoris in proceſſione, &c. vt inquit idem d. lib. 3. q. 4. princ. art. 1. & hæredes patronorum, licèt in præſentatione ſuccedant per ſtirpes, tamen in prædictis iuribus ſuccedunt per capita, & æqualiter, licèt inæqualiter ſint hæredes, vt ibi ait art. 2. & ſi ius patronatus eſt collegij, ius proceſſionis, oneris, & vtilitatis, competit iis tantum exiſtentibus in actu collegij, & non exiſtentibus ſeparatis, alimenta tamen non debentur, cum egeſtas non poſſit eſſe collegialis, ſed ſeparata, vt ibi ait art. 3. Rector tamen tenetur ſi collegium ſolitum eſſet ſemel in anno facere prãdium collegio, vel aliquos veſtire, & ob inopiam non poſſit, vt ibi ait, & ſi ius patronatus tranſiuit in virum cum vniuerſitate data in dotem, vir habet prædicta, ſi concurrunt præfertur vxor; ſi verò eſſet vxoris, vir honorabitur reſpectu vxoris, & vt adminiſtrator bonorum vxoris eccleſiam defendet, & vt duo in carne vna alimentabuntur ab eccleſia, ſi inopes ſint, vt ibi dicit art. 4. & ſi plures ſunt patroni, vt decem æquales in patronatu, maior dignitate in pdictis alijs pfertur, & ſi concurrunt in dignitate, attendendæ ſunt aliæ qualitates, vt ibi ait ar. 5. vbi & ait, inſtrumenta debere manere apud maiorem natu domus, & ſi tres in via incedant, & ſalutentur, maior ex iis tenetur tantum reſpondere, quia is ſolus pſumitur ſalutatus, vt ibi dicit. Conſuetudo tñ valet, vt plus, minuſve oneris, vel honoris debeatur patrono, vt ibi dicit art. 6.

46 Circa ius patronat⁹ an ab hęredibus qd poſsit innouari, & quomodo.

An verò noui hæredes poſſint aliquid innouare circa ius patronatus, dicendum eſt, quòd noui hæredes non poſſunt mutare iam præſentatum, & inſtitutum, neque ſi ſint eccleſiaſtici habentes eccleſias pleno iure ſubiectas, vt inquit idem d. lib. 3. q. 3. princ. art. 1. an verò conſenſus hæredis ſufficiat vbi ſufficit conſenſus patroni, vt quòd præſentetur clericus inferioris ordinis, quàm per teſtatorem ſit diſpoſitum, ait ibi art. 2. remiſsiuè. Conditiones verò tempore fundationis appoſitæ in beneficio poſſunt in totum tolli de conſenſu patroni, ſi tamen ſint vtiles eccleſiæ, non poſſunt ab eo tolli ſine cauſa, poſſunt tamen alterari pro vna vice, & nec quæ reſpiciunt honorem Dei, vtilitatem eccleſiæ, ſatisfactionem mentis defuncti in totum, quæ verò reſpiciunt fauorem patroni ſic, vt ibi dicit art. 3. Similiter, arma noui hæredis non poſſunt affigi in capella patronata, ſi ſit aliæ familiæ, nec antiqua tolli, nec ius funerandi tranſit ad eum ſi ſit hæres extraneus, ſecus ad deſcendentes. etiam quòd non ſint hæredes, & ad hæredes ſanguinis, qui ſcilicet deſcendunt à teſtatore etiam ex fœminis, vt ibi dicit art. 4. Renunciatio etiam beneficij debet fieri cum conſenſu patroni, vel laici, vel clerici, vt ibi dicit art. 5. poteſt tamen Rector eccleſiæ præſentare ordinandos ad titulum beneficij ſui, licet ſit patronatum, id tamen non poteſt Rector ſi patronatus ſit eccleſiaſticus ſine conſenſu veri patroni, & ſi patronus conſentiat intitulationi factæ per Rectorem, generabitur ei præiudicium, vel ſit eccleſiaſticus, vel laicus, tunc enim non poterit

rit

sit alios præsentare ad ecclesiam vacantem, vel cum vacauerit, quòd si patronus non consensit, iste intitulatus erit remouendus, mortuo patrono, vt ibi ait art.6. Vicarius etiam non potest poni in ecclesia patronata sine consensu patroni si sit perpetuus, secus ad tempus, vel vitam Rectoris, vel quò ad alios seruitores, quos Rector sibi potest eligere, vt ibi dicit art.7. nec Rector potest obligari ad soluendum censum patrono, vel augendum antiquum etiam in vita sua, vt ibi dicit art.8. possunt tamen patroni cum consensu Episcopi alterare ordinationem testatoris factam in beneficio patronato Dec.cons. 121..vt supra.

An verò Episcopus possit alterare statum ecclesiæ patronatæ, dicendum, quòd non potest facere capellam patronatam ecclesiam collegiatam sine consensu patroni, qui si consentiat, amittit ius præsentandi, licèt retineat alios fructus patronatus, & habeat consentire electioni Rectoris, ex necessitate tamen, vel vtilitate ecclesiæ id potest Episcopus sine consensu patroni, quo tamen casu patronus præsentabit Rectorem, sed non ita pingue prouidebitur ei si inops sit, ac si non esset collegiata, vt inquit idem d. lib.3.q.6.art.1. Nec potest etiam Episcopus vnire beneficium patronatum sine patrono, secus eo consentiente, vel non contradicente, vt ibi ait art.2. Nec potest etiam Episcopus concedere ecclesiam patronatam alicui pio loco sine patrono, secus eo consentiente, vt ibi dicit art.3. nec ex reditibus sine consensu patroni constituere præbendam, vt ibi dicit art.4 Patronus tamen de consensu Episcopi potest concedere ecclesiam patronatam loco religioso, vt ibi dicit art.5. Non potest etiam Episcopus cogere Rectorem celebrare alibi, quàm in altari, vel capella beneficij, nisi aliqua vice eum consensu patroni, pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, vt ibi dicit art.6. & si relictum per testatorem non potest fieri, potest Episcopus id conuertere in alium vsum de consensu patroni, & si reditus non sufficiunt tot Missis celebrandis, potest Episcopus earum numerum minuere, & idem de alijs qualitatibus, vt & augere auctis reditibus de consensu hæredis saltem pro vna vice, & etiam perpetuo, vt ibi dicit art.7. q. si quis beneficio sit priuatus, Papa potest eum restituere sine consensu patronorum ecclesiasticorum, & idem si sint laici, si de illo patronatu facit mentionem, aliàs non valet restitutio, si non facit mentionem prædictorum, si verò est Legatus de latere id potest inuito patrono ecclesiastico, secus si sit laicum, nisi casu quo & Episcopus id potest; si verò est inferior ordinarius, si depositus appellauit, & inde recuperat suum ius, potest id facere Episcopus sine patrono, si verò omnino erat iure suo priuatus, non poterit per Episcopum restitui, & casu quo restituitur ad ordinem, non per hoc intelligitur restitutus ad beneficium, vt ibi dicit art.9. Destitutio tamen non competit inferiori Prælato cui ex priuilegio, vel præscriptione competit institutio, vt ibi ait art.10.

47 Ius patronatus status an temporis tractu alterari valeat.

Quo verò ad amissionem iuris patronatus, amittitur ius patronatus perempta causa ex qua quis erat patronus, vt si ecclesia in totum corruit, vel dote extincta, aut fundo calmate, vel alluuione sublato, vt inquit idem d.lib.3.q.7.art.1. Non tamen tenetur patronus reficere ecclesiam, sed Rector, nisi ex consuetudine in alios hoc onus sit translatum, vt ibi ait art.2. vbi & latè tractat quis teneatur ad expensas ecclesiæ, & idem de refectione domus ecclesiæ, vt teneatur Rector si non est fabrica, vel consuetudo in alios translata, & eo non valente parochiani, vt ibi dicit art.3. & vbi etiam parochiani sunt inopes, & prædicta cessant, pro reparatione ecclesiæ alienari

48 Ius patronat' qualiter amittatur.

rari possunt bona ipsius, & ēt pro refectione domus Rectoris, & licèt ex reparatione extinguatur dos, per hoc tamen nō amittitur ius patronatus, vt ibi ait art 4. quòd si qui tenentur nolunt concurrere in reædificatione, vel reparatione ecclesiæ, vel renunciant iuri suo, si velit quis renunciare beneficio, vel recedere à parochia, vt non teneatur ad refectionem de præterito, non potest; & vbi plures concurrunt, si refectio est de præterito nō sufficit renunciatio iuris sui, sed tenentur cōtribuere, si verò est de futuro, sufficit renunciatio iuris sui, & sic si pars collegij non vult reparare ecclesiam, potest compelli quò ad præteritum; si verò vult discedere de futuro, sufficit renunciatio iuris sui, vt ibi dicit art. 5. Papa etiam sine causa potest aliquem priuare iure patronatus, quę tamen in eo præsumitur, vt ibi dicit art. 6. Non amittitur tamen ius patronatus ex non præsentatione quando ecclesia non vacauit, etiam si per centum annos id esset, vel quando præsentatio non fuit expediens, & tunc sufficit præsentare vltimam præsentationem, cum institutione, vt ibi dicit art. 7. vbi ait, ciuitatem obligatam facere exercitum faciente Rege, si per centum annos Rex non facit, non amittit ius suum. Amittitur tamen ius patronatus per non vsum præsentationis, & ecclesia sit libera, & sufficit tempus quo sufficit præscribere contra laicum, vt ibi dicit art. 8. amittitur etiam ius patronatus si ceditur, vel renunciatur, vt ibi dicit art. 9. & etiam si ecclesia patronatā vnitur cū alia ecclesia, vel altari ecclesiæ concesso, vt ibi dicit art. 10.

Quo verò ad amissionem iuris patronatus per delictum, vendens ius patronatus amittit illud, & etiam pretiū, & ecclesia efficitur libera, & emens eo spoliabitur, & ecclesia efficietur libera, cuius etiam erit pretium emptionis, vt inquit idem d. lib. 3. q. 8. princ. art. 1. condemnatus etiam de hæresi amittit ius patronatus, nec recuperatur per reuersionem ad fidem, vt ibi dicit art. 2. & fautores etiam hæreticorū, schismatici, manentes in excommunicatione per annum, & apostatæ, vt ibi dicit art. 3. & etiam per crimen læsæ maiestatis humanæ, & per quodcuq; inducitur priuatio bonorum, vt ibi dicit ar. 4. & etiam per proditionem patriæ, vt ait art. 5. & idem si ausu temerario occidant, vel mutilent patroni Rectorem, & perdunt censum etiam quem sibi reseruarunt, & quid de feudatario, & canonicis ibi dicit art. 6. nisi in casibus iure permissis, vt si inueniatur cum matre, &c. vel ad necessariam defensionem, vel in casu clem. si furiosus. de homic. & idem si opprimunt ecclesiam occupantes eius bona, vt ibi dicit art. 7. & licèt iudex secularis specialiter ob omne delictū non posset priuare laicum iure patronatus, nec illud confiscare, tamen ex confiscatione omnium bonorū, ecclesia remanet libera, & idem si punitur ob delictum commissum in ecclesiam particularem, vel vniuersalem etiam nō expresso signo vniuersali, & vbi publicantur bona patroni ob delictū in genere, & venit infamia, licèt non veniat ius patronatus, Episcopus tamen de iam cognitis potest se informare, & priuare patronum iure patronato, vt ibi dicit art. 8. vbi latè id examinat quid possit in hoc iudex secularis, cum art. 9. & 10. licèt aliàs non veniat ius patronatus in confiscatione bonorum, excepto casu hæresis. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus, nu. 8. dubio 20.

49 Iuris patronatus natura q, Quo verò ad naturam iuris patronatus, vt sciatur per quos de eo iudicari possit, dicendum, quòd est annexum spiritualibus. c. quanto. de iudic. vnde non est causa merè spiritualis, cum coniunctum nō sit idem cum principali. c. translato. de constit. quatenus per præsentationem, secuta institutione

tutione prouidetur ecclesijs, & ibi diuina, vt spiritualia administrantur, & sic ius patronatus est annexũ spirituali, quia adheret ecclesiæ, vt inquit idem d.lib. 3.q.9.princ. art.1. vbi & ait, electionem nõ cadere in laico, præsentationem sic, & quare, & quot modis spiritualia sumantur. Vnde ius patronatus est fori ecclesiastici, nisi ex priuilegio Papæ aliter habeatur, vt est in regno Franciæ, & Angliæ, vt ibi ait art.2. potest tamen iudex secularis cognoscere de iure patronatus, quando tractatur de excludendis patronis, & liberanda ecclesia, quod intelligitur quando ecclesia est actrix, & conuenit patronos coram foro suo, vel quando intentat actionem legis diffamari. ff. de ingenuis manum. vel quando quis promisit donare, vt compellatur donare, vel vult cõdemnare patronos ad interesse, vt ibi ait art.3. non potest verò causa iuris patronatus compromitti in laicũ, vt nec ab eo iudicari potest. d.c. quanto. de iudic. vt ibi dicit art.4. is tamen incidenter, vel accessoriè potest de eo iudicare, si cognoscit de vniuersitate temporali, dummodo de eo non fiat expressio, nec in libello, nec in sententia, vt ibi dicit art.5. nec etiam potest transigi super iure patronatus, vel eius præsentatione, vt nec super iure spirituali, vel ei annexo, vt ibi dicit art.6. Patronus tamen ecclesiasticus expulsus ab ecclesia, aget coram laico contra expulsorem, vt ibi art.7. ait, quod remedium competat in hoc iudicio remissiuè, & art.8. dicit, ius funerandi non possideri, eius tamen vsum possideri posse, cum ius sepulturæ sit annexum spiritualibus, vt ibi dicit art.9. & 10. iudicem ecclesiasticum habere cognitionem iuris funerandi, laicum verò iudicem expensarum, & ibi art. 11. dicit, quomodo libelli sint formandi in materia iuris patronatus, & spoliato possessione eius, quod remedium competat. — *& p quos de eo iudicari possit*

50 *Patroni laici, vt differant ab ecclesiasticis.*

Quo verò ad differentias, quę sunt inter patronos laicos, & ecclesiasticos, ait idem d.lib.3.q. 10.princ.art.1. vbi ponit quadraginta octo differentias, quarum multæ suis locis sunt tactæ, & ibi art.2. ponit differentias inter patronos ecclesiasticos habentes bona temporalia iuris patronatus, & patronos ecclesiasticos non habentes bona temporalia, & q.11.& vlt.d.lib. declarat in quibus conueniant patroni tam laici, quàm ecclesiastici cum patronatu libertorum, & in quibus differant art.1.& 2.

Et ex his impositus sit finis Tractatui de Iure Patronatus.

Ex quibus omnibus breuiter colligitur in genere, quod ius patronatus acquiritur ex fundatione ecclesiæ, ædificatione, vel ex eius cõstructione, aut dotatione, & idem de capellis, de consensu Episcopi factis, non autem ex reparatione ecclesiæ, nisi sit totalis reædificatio, nec ex dotatione ecclesiæ, nisi sit totalis dotatio, quæ dos debet sufficere ministris, luminaribus custodiæ, paramentis, & iuribus Episcopalibus soluendis, & si plures prædicta faciunt de consensu Episcopi, licet ex portionibus inæqualibus, acquirunt ius patronatus. Acquiritur etiam ex priuilegio Papæ, & ex præscriptione, non ex se, sed quatenus ex ea præsumuntur prædicta pcessisse. Transfertur verò ab vno in alium successione in hæredes patroni etiam extraneos, nisi aliud apponatur in constructione, vel fundationis limine, & hæredes fundatoris succedunt per capita, horum verò hæredes per stirpes, & in hoc non requiritur consensus Episcopi, transfertur etiam per legatum, vel donationem etiam in laicum de consensu Episcopi, in ecclesiam verò etiam sine eo, & in locum pium, transfertur quoq; per venditionem, cum vniuersitate bonorum, eo tamen non expresso, alias secus, vel si sit venditio

ditio particularis, sic enim non transfertur; transfertur etiam ex permutatione vnius patronatus cum alio quod habet ecclesia de consensu Episcopi, & cum vniuersitate data in dotem; habens verò ius patronatus, vel eius quasi possessionem, quæ vnico etiam actu, vel præsentatione acquiritur, præsentare debet idoneum coram Episcopo, vel alio habēte instituere intra quatuor menses si sit patronus laicus, intra sex, si ecclesiasticus, & laicus variare potest simul præsentando accumulatiuè secundum, nisi scienter præsentauerit indignum, & si plures sunt præsentati Episcopus debet eligere magis idoneum, eligendo de gremio ecclesiæ, de genere fundatoris, in paritate, & huiusmodi, ecclesiasticus verò non potest variare. Patronus verò nil potest retinere ex bonis iuris patronatus, nisi in fundatione id sibi reseruarit, qui potest apponere in fundatione conditiones, quæ non sint contra ius sine Episcopi consensu, si verò sunt contra ius, non sine eius consensu, & habet tria, ius præsentandi, honorem, vt à Rectore plus alijs laicis honoretur in processionibus, & huiusmodi, & ab eo alatur si vergat ad inopiam, nec aliu idè ali potest. & facultates ecclesiæ id ferant, & alia multa colliguntur, de quibus latè in tractatu.

51 Iuris patronatus titulus, vt probādus in praxi.

In praxi verò, præter supradicta, in iuris patronatus probatione ex Conc. Trid. sess. 25 de reform. c. sicuti. statuitur, vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui authentico documento, & alijs iure requisitis, ostendatur, vel ex multiplicatis præsentationibus per spatium temporis hominum memoriam excedentis, quæsitum, vel alias iuxta iuris dispositionem, vt supra in materia est dictū. Vbi verò suspitio subest eius vsurpationis, vt in communitatibus, vel vniuersitatibus, immemorabilis temporis præscriptio non sufficit, nisi præsentationes continuatæ saltem per quinquaginta annos, quæ omnes effectum sint sortitæ, authenticis scripturis probentur, nec sufficit fama immemorabilis dotationis, vel fundationis, nisi predicta concurrant, vt censuit Rota coram Reuerendiss. D.D. Hippolyto Aldobrandino, qui nunc vniuersalis ecclesiæ ob eius insignia merita, meritò Pastor, & Pontifex summus electus est, teste Anastas. Germon. de sacrorum immunit. lib. 3. c. 12. sub num. 26. & vbi Principes habent possessionem nominandi, vel præsentandi ad ecclesias, intelliguntur id habere ex fundatione, dotatione, augmentatione, vel priuilegio Papæ, vt idem ait nu. 27. cum seq. Alij verò patronatus prædictis carentes, præter pertinentes ad Principes supremos, vel studia generalia, & exceptis patronatibus super Cathedralibus ecclesijs ad prædictos spectantibus, etiam in vim priuilegij concessi, irriti sunt habendi, & ab Episcopo ecclesiæ illæ liberè sunt conferendæ. d. c. sicuti. in Trid Conc. similiter vniones beneficiorum factæ patronatibus, si nondum effectum sunt sortitæ, irritantur, quæ verò à quadraginta annis ante Concilium Tridentinū sunt factæ, sunt recognoscendæ ab Episcopo, qui si viderit eas ob subreptionem, vel obreptionem factas, irritas decernat, vt & patronatus in ecclesijs liberis facti, vel fiendi, si non probentur constituti ob euidentem ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem, etiam ob augmentum dotis facti, in totum reuocantur, restituto patronis quod dederunt, & ecclesias liberas dimittendo. d. cap. sicuti. & generaliter vacante iure patronatus, ponitur edictum ad valuas ecclesiæ vacantis, vel parochialis, si ea esset diruta, ad instantiam fisci, vel patroni, vt si qui voluit contradicere præsentationi, intra certum terminum compareant; & sat est probare ius patronatus, ex fundatione, vel dotatione,

Nota non sufficere præscriptionem temporis immemorabilis.

fatione, vel multiplicatis præſentationibus, vel curſu temporis, vel præſcriptione, imò ex vnico actu, ſi inſtitutus vixiſſet per quadraginta annos Couar. pract. qq. cap. 14. etiam ſecundùm terminos Concilij Tridentini; & hoc in priuatis perſonis, nam in vniuerſitatibus requiritur ſpatium quinquaginta annorum, & idem de Baronibus dominis, & cum authenticis ſcripturis. Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus, nu. 3.

Quòd ſi eccleſia patronata eſt curata, tunc præſentabitur quem patronus eccleſiaſticus inter digniores examinatos ab examinatoribus approbatos iudicauerit, ſi inſtitutio ſpectet ad Epiſcopũ, ſed ſi ad inferiorem ſpectet, ex dignis digniorem eliget Epiſcopus, & illum patronus præſentabit ei ad quem inſtitutio ſpectat. ſeſſ. 24. cap. 18. §. ſi verò. & etiam vbi ius patronatus eſt eccleſiaſticum in curatis, vel partim eccleſiaſticum, partim laicorum, etiam ſi pro duabus partibus ad laicum. pro vna ad eccleſiaſticum pertineat, edictum erit proponendum, & præter nominatos à patrono Epiſcopus alios etiam clericos ad concurſum admittere poterit, niſi in fundatione aliter cautum ſit, tunc enim citra concurſum præſentatus ab eccleſiaſtico debebit ab Epiſcopo examinari, & ſi idoneus ſit, inſtitui; quòd ſi patroni laici ſunt, edictum concurſus non proponitur, ſed patroni præſentant, & Epiſcopus inſtituit cum examine præſentatum citra cõcurſum d. cap. 18. & explicat Illuſtriſs. Dominus meus Cardinalis Paleotus in eius Concil. Prouinciali tit. de examine per concurſum, verſ. de quibus. & non niſi examinatis, & approbatis poteſt beneficium tale in prædictis conferri, & poteſt etiam præſentatus, ſi idoneus non ſit, ab Epiſcopo non admitti. d. cap. 18. & d. c. ſicuti. & vbi ab inferiori inſtitutio eſt fienda, ſi præſentatus ab Epiſcopo non eſt examinatus, irrita eſt inſtitutio, vt & remouere eos poteſt, qui abſque Epiſcopi approbatione ad beneficia admiſſi ſunt, donec conſtet ad quos id ius ſpectet. ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 13. & de priuilegio doceri debet. d. c. & ſeſſ. 24. cap. 18. & vbi eccleſia eſt curata, patronus debet accelerare præſentationem. 52 In Eccleſia patronata curata, præſentatio, & inſtitutio, vt fiat.

Non poteſt etiam patronus aliquid ſibi appropriare ex bonis beneficij, aliàs impediens ne fructus perueniant ad eum ad quem iure debent, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam, & iure patronatus eo ipſo priuatus exiſtit. c. 11. ſeſſ. 22. in Trid. Conc. Nau. in Man. cap. 27. num. 69. niſi in fundatione quid ſibi reſeruarit. cap. nobis. de Iure patr. vel niſi ſit in neceſſitate conſtitutus, quo caſu à beneficiato eſt alendus, vt ſupra. 53 Patronus quæ vitare & agere debeat.

Idem etiam ius patronatus titulo venditionis, vel alio contra ſacros canones vetito transferre non poteſt, aliter excommunicari, & interdici debet, & iure patronatus ipſo iure priuatus exiſtit. d. c. ſicuti. ſeſſ. 25. vt & ſi per ſe, vel alios facit occidere Rectorem inſtitutum. Abb. in cap. in quibuſdam. de pœnis.

Debet præterea patronus laicus intra quatuor menſes præſentare, eccleſiaſticus intra ſex, aliter Epiſcopus prouidebit. c. cum propter. de Iure patr. & conſenſus patroni poteſt antecedere inſtitutionem, & ſubſequi. c. cura. de Iure patr. deciſ. Rotæ 5. de rerum permut. in nou. & ſemel inſtitutus ab Epiſcopo ad præſentationem laici, non poteſt inde remoueri ſine licentia Epiſcopi cap. in Lateranenſi. de præb. & laicus ſemel variare poteſt, vt ſupra, in præſentando, eccleſiaſticus non. cap. præterea. cap. relatum. &c. cum laicis. de Iure patr. & vbi præſentatio facta à laico patrono eſt paris numeri, Epiſcopus gratificabit cui ex meritis ſibi videbitur, ex dictis ſu-

pra, & probat Nau.de Iure patron. conf.5.& 6. dummodo vnus tantum fit præfentatus à pluribus patronis, quia vbi vota funt paria, poteft Epifcopus gratificare, quando fcilicet accumulatiuè fecundus præfentatur, non autem fi patroni duos prefentent, vt fupra dixi; fi verò eft patronus ecclefiafticus gratificare is poteft eligendo quem vult ex approbatis ab Epifcopo per examen, vt inquit ibi Nau.conf.6.

Debet & inftitutus in beneficio patronato onera illi in fundatione impofita exequi, nifi tamen contra illa legitimè per confuetudinem fit præfcriptum, quod fieri poffe ait Nau. de Iure patr. conf.1. quod ego intelligerem quò ad onus refidendi, fi non fit beneficium curatum, non autem quò ad onera celebrandi tot diebus in hebdomada, dummodo ecclefiæ fructus id onus ferre poffint.

Debet & ecclefia patronata refici ex fructibus beneficij, quæ fi refici nō poteft ad matrices ecclefias ab Epifcopo transferri poteft. feff.21 cap.7.in Trid.Conc.iuxta formam d.c. vt & non poteft quis beneficium patronatum recipere de manu laici,aliàs eft excommunicandus,& priuandus beneficio, fi id fiat fine Epifcopi inftitutione. cap.præterea.§.clericus autem. c.relatum.de Iure patr. quo cafu poffunt laici pœnitere, & primis amotis, alios præfentare.cap. cum laici.eod. vt nec licet clericis præfentatis renunciare beneficium in manibus patroni, fed tantum Epifcopi.c. Gonfaldus.17.q.2. cap.quod in dubiis. cap.admonet. de renunciat.

Non poteft verò Epifcopus concedere in ius patronatum ecclefiam iam confecratam.Silua.1.p.q.7.nu.9. nec capellam intra eam, ex vfu tamen capellæ fic conceduntur ab Epifcopo, vt ait Zerola in praxi ep. verbo, Ius patronatus, nu.8. dubio 6. qui & ibi dubio 4.ait, quòd fi præfentatus deficiat in probationibus, vbi controuertitur an ecclefia fit libera, vel fi eft negligens,licèt fententia feratur pro fifco,tamen non nocet vero patrono, nifi pro illa vice tantum, ex Couar.pract.qq.c.14.nu.2. qui & dubio 5.ait, quòd fi Baro habet multos filios,& ecclefias patronatas, in iure ifto fuccedere tantum primogenitum, fi terræ illæ fint feudales, fi enim non effent feudales, omnes in eo concurrere deberent, qui & dubio 8.ait, Epifcopum non poffe difponere de beneficio patronato intra legitima tempora præfentationis; & quòd fi præfentatus legitimè renunciet præfentationi, patroni habēt aliud quadrimeftre,vt ibi ait dubio 9. Qui & loco cit.dub. 14. ait, quòd fi aliquis dominus ædificat ecclefiam cum confenfu Epifcopi, ea conditione,vt infra certum tempus eam dotaret ad confequendum ius patronatus, etfi is ante mortem non dotet, & hæres dotet infcio Epifcopo, & præfentet facerdotes qui non inftituantur, attamen hæc dotatio dat, vel auget ei ius in ecclefia præter ædificationem præceffloris,nec eft neceffarius confenfus Epifcopi dictæ dotationi, qui tamen tenetur confentire dictæ dotationi,quo recufante,poteft hæres fibi retinere quod dedit, presbyteri tamen primi dicuntur intrufi,fi non inftituantur ab Epifcopo. Qui & dubio 15.ait, fi fundatur ius patronatus hac conditione, vt ad id præfententur fex facerdotes, poterit difpenfare de confenfu maioris partis patronorum, vt fint duo tantum qui habeant celebrare, & etiam fi nō fit quis facerdos, licet fundatio actu requirat facerdotium, modo infra annum ad facerdotium promoueatur, de confenfu eorundem; qui & dubio 16. ait, quòd fi quis præfentetur ab exiftente in poffeffione præfentandi, & inftituatur, fi poft ei moueatur lis ab alio patrono, & fuccumbat, quòd non ex hoc remouebitur

mouebitur pro illa vice, ob possessionem bonæ fidei, etiam si ante institutionem lis moueatur, modo ante eam præsentatio sit facta; qui & dubio 19. dicit, q; si sunt decem patroni, & duo præsentent vnum, tres alium, quinque alium, magis idoneus est præferendus, & si præsentatus à pluribus talis est, præfertur, & etiam idoneus, licèt non ita vt præsentatus à minori parte, nisi in tali beneficio requiratur quod is sit graduatus, vel sit parochialis quæ est conferenda magis idoneos; qui & dubio 24. dicit, quòd nõ possunt variare in præsentando personæ ecclesiasticæ, nec collegium, nec vniuersitas, nec patronus laicus qui primo p̃sentauit plures qui litigant; qui & dubio 27. dicit, non posse fundari ius patronatus ea conditione, vt institutio fiat per inferiorem Episcopo, ex Abb. in c. nobis. nu. 5 de Iure pat. & quod non transit in fœminam dotatam renunciantem hæreditati paternæ; & quòd si sunt plures patroni plurium ecclesiarum, possunt inter se illa iura diuidere, vt vnus sit patronus vna in ecclesia, alius in alia, vt ait dubio 29. & 31. qui & dubio 23. dicit, quòd patronus ecclesiasticus potest exigere rationem rerum temporalium sui iuris patronatus, laicus non; & quòd filius institutus in legitima, alio instituto hærede vniuersali, non succedit in ius patronatus. ex Couar. lib. 2. cap. 18. num. 9. var. resol. vbi & dubio vlt. Zerola dicit, quòd si ex pluribus patronis pars præsentat vnum ex ipsis patronis, sic præsentatus non perficit præsentationem, si alij sunt pares, vbi & ex Couar. pract. quæst. cap. 30. nu. 8. docet an ius patronatus collegij, vel confraternitatis censeatur laicale, vel ecclesiasticum. De quibus ferè omnibus supra suis locis est dictum, cætera videnda sunt in materia.

Id etiam aduertendo, quòd beneficium patronatum non potest permutari sine consensu patroni, qui sat est quòd post interueniat, aliàs actus annullari potest. Couar pract. qq. cap. 36. si tamen sint requisiti, & nolunt consentire, Episcopus potest approbare permutationem, si est vtilis ecclesiæ, renunciatio tamen non potest fieri sine consensu patroni, nec vnio, aliàs est nulla. Rochus q. 3. vt & de Iure patronato est fienda mentio coram Papa, aliàs actus non valet, vt supra, vt nec Episcopus potest depositum restituere sine consensu patroni. Gemin. in cap. quamuis. de rescript. in 6. & si quis habet ius patronatus in aliqua ecclesia collegiata, non potest præsentare principalem dignitatem illius. Boerius decis. 30. nu. 5. nisi id sibi reseruârit in fundatione. Couar. in regula possessor §. 10. num. 50. de reg. iur. in 6. non autem id potest qui habet ius eligendi Rectorem, vt ibi ait, nec potest præsentare creditor, cui est datus fundus pignori, si est spes luitionis; & pater potest præsentare filium, si est idoneus. Abbas in cap. consuluit. de Iure patron. nec Episcopus potest reijcere Monachos, vel Mendicantes sibi præsentatos à patrono. Abbas in cap. quod Dei. num. 7. de statu regular. modo sint capaces illius ex Papæ dispensatione, quæ hodie requiritur, vt habetur Tract. de Regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij quid sit.*
2 *Renunciatio coram quo sit fienda, & quotuplex sit.*
3 *Renunciare quis possit, vel non.*
4 *Renunciatio qua forma sit fienda.*
5 *Renunciatio qualiter publicanda sit.*
6 *Renunciatio ex quibus causis sit fienda.*
7 *Renunciatio quibus casibus inualida sit.*
8 *Renunciationis effectus quis.*

De Renunciatione Beneficiorum. Cap. XIII.



ER Renunciationem etiam acquiritur dignitas, vel beneficium, vel quatenus facit, vt sic vacet, si fiat simpliciter, vel quia sit facta ad fauorem alicuius; Ideò de ea dicendum post tract. de Iure Patronatus. In quo videndum primò, quid sit Renunciatio, & quotuplex: secundò, quis possit renunciare, vel non: tertiò, coram quo, & qua forma: quartò, ex quibus causis: quintò, quibus modis inualidetur: sextò, quis sit effectus Renunciationis.

1 Renunciatio benefi cij qd sit.

Quò ad primum, dicendum est, quòd renunciatio communiter sumpta, est iuris proprij spontanea refutatio: Dicitur iuris proprij, quia alieno renunciari non potest. c.pen. de sent. & re iud. Dicitur spontanea, respectu certitudinis, & voluntatis, quia si esset coacta, non noceret repetere volente.cap. super hoc.de renunc.cap. Abbas.quod metus causa. Dicitur refutatio, idest abdicatio à se, quod denotat effectum renunciationis. In specie verò circa beneficium, dici potest, quòd sit spontanea proprij beneficij, coram superiore ad id potestatem habente, legitimè facta dimissio, & ab eo admissa. Dicitur, coram superiore, quia si fiat non coram eo, renunciatio est nulla. Doct. in cap. quod in dubijs. de renunciat. Puteus decis.94. num 2. lib. 1.

2 Renunciatio coram quo fieri debeat, & quotuplex sit.

Hoc verò intelligitur, quò ad superiorem, qui poterit resignantem non coram superiore, repetere ad beneficium resignatum, si vult, vel ratificare resignationem, & declarare illum priuatum, & conferre illud beneficiũ, in præiudicium tamen resignantis valida est, vt & quę fit simoniacè. Innoc. in d.cap.quod in dubijs. glo. in d.c.super hoc. de renunc. Aufrer.decis.Tolos. 438. quod procedit etiam in renunciatione facta coram laico, quæ valet in præiudicium resignantis. d.c.quod.de renunc. Rota decis.332. in nou. non autem superioris. Secundò, id declaratur, vt resignans coram non superiore, amittat possessionem, retinet tamen proprietatem, qua declarari debet esse priuatus. Innoc. in c.veniens. de renunc. quod procedit etiam si renunciatio fiat coram laico, quia adhuc amittitur possessio, retinetur verò proprietas, modo, vt supra. Doct. in d.c. quod in dubijs.

Fallit

Fallit verò prædicta conclusio, quòd scilicet resignatio facta coram non superiore sit nulla; Primò, si post superior eam ratificet, quia sic tenet. Zabar. in clem. 1. nu. 17. de renunc. sic tamen, vt sic renuncians non possit redire ad beneficium sic resignatum sine superioris authoritate, an verò requiratur noua collatio, docet Io. And. in c. si te. de renunc. sic tamen vt potius ratificetur renunciatio facta coram clerico, quàm laico, & sic vt ratificatio fiat infra sex menses, aliàs si non ratificetur, vel superior non cogat talem redire ad beneficium infra sex menses, potestas conferendi deuoluitur ad proximè superiorem. Rota decis. 8. de renunc. in antiq. nu. vlt. Secundò, fallit si resignatio sit facta in manibus alicuius qui recipiat nomine superioris, vt notarij, vel alterius, quia valet. Guid. Pap. cons. 172. sic tamen, vt superior id ratificet gestum, aliàs non valet, vel q. præcesserit eius mandatum. Paris. cons. 52. nu. 110. vol. 5. Tertiò, fallit, quando resignatur coram non superiore, & dicitur, resigno hoc beneficium, si ordinario meo, cuius consensus requiritur, placuerit, quia sic valet, modo post superior ratificet antequam is acceptet beneficium, aliàs non valet in præiudicium superioris, vt nec renunciatio simoniaca, facta cum clausula, saluo beneplacito sedis Apostolicæ, si ante rem peractam, non sit impetratum tale beneplacitum, & sic capiens possessionem, dicitur intrusus. Io. And. in c. in literis. de restit. spol. Quartò, limitatur, & declaratur, vt requiratur dicta authoritas superioris in renunciatione beneficiorum acquisitorum, non autem acquirendorum. Doct. in d. c. quod in dubijs. Quintò, fallit, si quis habeat ius ad rem in beneficio; sic enim potest id renunciare sine superiore. Rota decis. 6. nu. 3. de Iure patr. in antiq. vt Episcopus electus, qui potest renunciare in manibus eligentium sine licentia Papę ante confirmationem habitam, secus post. Doct. in cap. si electio. de renunc. in 6. vt nec post consecrationem, quæ fit post tres menses à die confirmationis. glo. in cap. ne pro defectu. de elect. vt & præsentatus ad beneficium ante institutionem potest renunciare coram patrono absque superiore. Rota decis. 8. de iure pat. in nouis. etiam si præsentatio sit recepta à superiore, non secuta tamen institutione. Rota decis. 7. de Iure patr. in antiq. sic habens literas expectatiuas ad vacaturum, potest illis renunciare sine superioris authoritate, nō capiendo etiam earum possessionem, nec illas acceptando, nec super ijs literas expediendo. Sextò, limitatur, vt beneficium litigiosum possit renunciari sine authoritate superioris. Butr. in d. c. quod in dubijs. quando scilicet est dubium an is habeat ius, secus si certum sit quòd ius ei adsit, sic enim non potest renunciare sine superiore, licèt lis ei moueatur. Butr. in d. cap. vbi verò potest, id potest etiam absente parte. Septimò, fallit in intruso, qui potest renunciare sine superiore. Doct. in c. nisi. de renunc. Octauò, fallit, vbi id fit ex causa legitima in alterius manibus, quàm superioris, si tamen is est iudex, vt inquit Paris. de resig. benef. lib. 7. q. 1. oportet etiam vt superior admittat resignationem, aliàs non præiudicat. d. c. quod in dubijs. vbi Innoc. Abb. & alij. & cap. fi. de renunciat.

Quòd si quis sit criminosus, si est Episcopus, non potest renunciare sine Papæ authoritate pro quocunque crimine, vt si sit simoniacus. Innoc. in d. cap. nisi. neque si is sit constitutus in mortis articulo; si verò is non sit Episcopus, si non habet titulum verum, & putatiuum, vt quia id sit per sententiam declaratum, potest sine superiore renunciare, si verò habet titulū verum, licèt irregularis, & homicida, non potest id agere sine superiore.

Abb.

Abb.in d.c. nisi. nu. 6. vt nec priuatus ipso iure, vt simoniacus, si habet titulum putatiuum, potest id agere sine superiore, licèt teneatur quamprimũ dimittere illud, vel quamprimum id sciuit; vbi simonia est ab alio commissa eo inscio; vt nec simoniacus conuentionalis, vel realis occultus potest sine superiore renunciare. Paris.d.lib. 7. q. 2. Nec etiam per adeptionem secundi incompatibilis, primum dimitti potest sine superiore. Abb. in d.cap. quod in dubijs. nu. 9. cum communi. & hodie id fieri debet in manibus Papæ, alias superior primi posset eum reuocare. Paris. d.lib.q.3. quod agere debent & profitentes religionem, vt coram superiore renuncient. Paris. d. lib.7.q.4. Papa tamen cum careat superiore, non oportet vt renunciet in manibus Cardinalium, sed sat est vt declaret suam voluntatem esse, vt id renunciet. Butr.in d.c.quod in dubiis. qui tamen ex ciuilitate quadam debet id agere in Consistorio coram Cardinalibus. Paris.d. lib.q.5. Hospitalia verò non possunt sine superiore dimitti. Paris.q.6. Conclauistæ etiam non possunt renunciare, nisi coram Papa, vt nec obtinere pensiones absq; tonsura, quod tamen non comprehendit nouam prouisionem, vt ait Paris.d. lib.7.q.7. Minus verò renunciatio fieri potest in nullius manibus. Imo la in clem. 1. nu 7. de renunc. Paris.ibi q.8. sed est fienda coram superiore ecclesiastico, scilicet Papa, Episcopo, Abbate, & alijs inferioribus, qui id ius habent, non autem coram laico, aliàs est nulla, etiam si sit vir probus, notarius, Princeps, vel patronus ecclesiæ. Paris.d. lib.q.9.

Debet ergo ex prædictis, resignatio fieri coram superiore, & primò corã Papa, qui est omnium superior, fieri potest. cap.cuncta.9.q.3. secundò, est fienda coram superiore resignantis non resignatarij. Butr.in cap.quod Dei. nu.18.de statu monac. tertiò, coram eo in cuius diœcesi est situm beneficiũ simpliciter resignandum. Rota decis.6.de renunc. in nou. quarta regula est, vt qui potest conferre beneficiũ, potest & illius beneficij resignationes recipere, etiam si sit inferior Episcopo.glo. in clem. 1. de renunc. & etiam si is sit simplex clericus, si tamen is ad quem spectat collatio beneficij, potest & eo priuare ex causa iusta, aliàs non potest recipere resignationes. Innoc. in d.cap.quod in dubijs. alleg. Vnde qui præscripsit ius conferendi tantum certa beneficia, nõ potest eorum resignationes recipere. Zabar.in d.clem. 1. de renunc.nu. 16. qui nec tunc potest conferre iure deuoluto, si tamen cum præscriptione institutionis præscripsisset etiam ius destituendi, resignationes recipere eorum beneficiorum posset. Zab.loco cit. sic qui ex priuilegio habet ius conferendi, non potest admittere resignationes. Zabar.ibi. & idem de quocunque modo surgente, præter ius commune. Zab.ibid. etsi priuilegium sit concessum à Papa inferiori, cum id præiudicet ordinarijs, secus si est concessum priuilegium conferendi ab eo de cuius solo præiudicio agitur, sic enim poterit & destituere, & sic recipere resignationes. Puteus decis.76.lib.3. vt & is potest, si in priuilegio sit data facultas instituendi, & destituendi, sic enim is talium beneficiorum resignationes admittere poterit. Zab. loco cit. vel si in facultate instituendi per priuilegium, esset & data recipiendi resignationes. Rota decis. 13. de renunc. in antiquis. Ex quibus sequitur, quòd data facultate simpliciter in specie, vel generaliter conferendi beneficium, non venit facultas recipiendi resignationes. Puteus decis.76.lib.3. vt nec executores gratiarum deputati ad prouidendum de beneficijs vacantibus, vel vacaturis, possunt recipere resignationes à volentibus cedere in eorum manibus, & de illis prouidere. Rota decis. 2.

cis.2. de renunciat.in antiq. nisi in mandato esset id concessum in specie, vt nec Vicarius habens facultatem conferendi beneficia, potest recipere resignationes, de quo infra. Paris.d.lib.7.q.10.

His ita generaliter constitutis, deueniendo ad discutiendum coram quibus possit fieri renunciatio, dicendum primò, quòd coram Papa omnia beneficia renunciari possunt, etiam in mensibus concessis ordinarijs locorum, quia facultas data per Papam ordinarijs, videtur data cumulatiuè, & non priuatiuè. Selua.p.3.q.60.in fi. & potest conferre beneficia in dictis mensibus concessis ordinarijs. Selua.d.p.q.67. & praeueniendo ligat manus ordinarij. Rota decis.1.& 17.de praeben in nouis.

Sunt verò quaedam beneficia in specie, quae possunt resignari tantum coram Papa, vt Cardinalatus. Franch.in c.1.num.3.de renunc.in 6. vt & idem potest Cardinales priuare. Similiter Patriarcha, Primas, Archiepiscopus, & Episcopus possunt renunciare tantum coram Papa. glo.in clem.1 de renunc. cum & solus eos constituat, & priuet. Imola in cap. significatum. de praeb. nec id fieri potest in manibus Imperatoris, Regis, &c. Simili modo maxima beneficia coram Papa solo possunt renunciari.. Innoc.in d.c.quod in dubijs.nu.3.de renunc. vt est Abbatia. Lapus alleg.84. prima dignitas in Cathedrali, ex prima regula Cancellariae. Oldr.cons.75. Bonifac.in clem. multorum.nu.59. de poenis. Alia verò beneficia reseruata Papae per reseruationes generales inclusas in corpore iuris, possunt renunciari coram ordinarijs locorum, licèt illa non possint conferre. Cassad decis.8. num.9. de praeb. quae verò sint haec beneficia sic reseruata, dixi supra, cap.de Collat. Similiter exemptus, & beneficia exempta, coram Papa solo renunciari possunt.glo.in c.si Abbatem. vbi Doct. de elect.in 6. Legatus tamen de latere potest talium resignationes admittere; Pariter quoque Consistorialia coram Papa solo in Consistòrio renunciari possunt, vt aliàs dixi..

Secundo loco, Cardinales Episcopi possunt recipere resignationes beneficiorum suae dioecesis, & idem in habentibus Episcopatus, Abbatias, vel Prioratus in Commendam ex Papae dispensatione, & consuetudine, qui si renunciant Episcopatus, & retinent indultum beneficiorum, recipere non possunt resignationes in mensibus Episcopi, sed ipsi Episcopi, nec etiam Papae, licet hoc casu possint illa conferre; si verò Cardinales carent Episcopatu, in eorum titulis possunt resignationes recipere. Paris. d.lib.7.q.12.

Tertio loco, renunciatio non potest fieri coram Legatis natis, vel missis, qui non sunt Cardinales, cum careant potestate instituendi, & destituendi. cap. fi. de offic. leg. in 6. nisi circa hoc habeant specialem facultatem, vt solet missis concedi quandoque vsque ad certam summam..

Coram Legatis verò de latere potest fieri renunciatio, cum eis concedi soleant beneficia certae quantitatis, qui & possunt praestare authoritatem permutationibus beneficiorum, sic tamen, vt possint recipere resignationes simpliciter, non autem in fauorem, vel cum pensione, aliàs possunt reijcere conditionem, & simpliciter admittere, vt nec possunt admittere receptionem resignationis, & eius collationem. Paris.d.lib.q.13.

Quarto loco, coram Archiepiscopo, vel Episcopo potest beneficiũ dioecesis resignari. Zab.in c.dilecti.num.1.de praeb. qui & possunt recipere resignationes beneficiorum reseruatorum, licèt non possint illa conferre. Cassad.decis.4.nu.9. de praeb. sed Papa, vt & si permutatio reseruatorum fiat coram ordinarijs, permutantes debent recurrere ad Papam pro perfectione

ne

ne resignationis. Caputaq.decis.78.p.3.decis.45.p.1. Sic beneficia patronata possunt resignari coram ordinarijs cum consensu patronorum. Butr. in d.c.quod in dubijs.nu.7. vnde si ad Abbatem, vel alium inferiorem spectat præsentatio in tali beneficio; & ad Episcopum loci confirmatio, & institutio, renunciatio est fienda coram Episcopo cum consensu Abbatis. Zab.in clem.1.de renunc. sic beneficia electiua,quæ requirunt confirmationem superioris,possunt resignari coram Episcopo cum consensu eligentiũ. Zab.ibid.nu.18. & etiam Episcopus,vt supra, potest recipere resignationẽ beneficij in quo Cardinalis habet indultum, etiam in mensibus Papæ; non autem tunc illud conferre potest, sed Cardinalis. Puteus decis.107.lib.2. sic si inferior Episcopo potest instituere tantum,resignationis admissio tamen talis beneficij spectat ad Episcopum, vt & permutatio eorum cum consensu tamen habentis conferre, collatio verò spectat ad inferiorem, vel ad Episcopum cum consensu eius,si tamen inferior habet ius destituendi, potest,vt supra, & resignationes recipere, vt & si habet ius Episcopale in beneficijs resignandis, & permutandis, vel si ius acquisisset recipiendi resignationes ex priuilegio, vel consuetudine; sic Episcopus existens in curia potest recipere resignationes beneficiorum suæ diœcesis, sed tunc vacant in curia, & collatio spectat ad Papam, vnde si Episcopus vult conferre recipiat resignationem in sua diœcesi, vel alterius; sic etiam Episcopus potest recipere resignationes volentium ingredi religionem, & etiam inferioris Prælati sibi subiecti sine consensu Capituli, & etiam resignationes beneficiorum obtentorum per alium Episcopum,quia is habeat facultatem à Papa ea retinendi. Paris.d.lib.7.q.14.

Coadiutor verò Episcopus, si in literis exprimatur, quòd possit recipere resignationes,id poterit, si id non dicitur, si est datus ob temporalia ob timorem dilapidationis bonorum,id nõn poterit, si ad spiritualia seni,vel infirmo sit datus, id poterit cum consensu Episcopi, si verò datur dementi, id potest,vt & instituere,ac destituere. Paris.d.lib.q.20.

Oeconomus verò id non potest, nisi datus sit per Papam ad administrandum ecclesiam Cathedralem, cum potestate instituendi, & destituendi, & exercendi omnia quæ sunt iurisdictionis Episcopalis, idque potest etiam ex sola supplicatione ante literas expeditas. Paris.d lib.7.q. 21.

Vicarius quoque Episcopi, non potest recipere resignationes beneficiorum, nisi facultate sibi data ab Episcopo. Franch.in c.vnico. de rerum permut. nec etiam si habeat generale mandatum. cap.fin.de offic.vic.in 6. nec etiam si sit constitutus generalis Vicarius in tẽporalibus, & spiritualibus, cum plena potestate data de omnibus cognoscendi. Dec.cons.128.col.1. nec etiam si ei sit data facultas conferendi omnia, & singula beneficia, adhuc enim non potest recipere resignationes beneficiorum. Rota decis. 1. de renunc. in antiq. nec etiam si adsit ei facultas destituendi omnes, & singulos beneficiatos, cum id habeat de iure speciali, non communi.

Fallit si ab Episcopo, vel Papa ei sit data facultas recipiendi etiam resignationes.decis.1.& 4.de offic.vic.in antiq. quo casu id poterit etiam si sint beneficia electiua,vel iuris patronatus. Cald.cons.3.num.2. & etiam reseruata. Gabr.cons.189.num.6.lib.1. nisi facultas sit restricta ad beneficia spectantia solum ad Episcopi collationem. Caputaq.decis.357.lib.1. in manuscr. & etiam Vicarius cum tali facultate potest recipere resignationes beneficiorum etiam extra diœcesim, vt & vbique conferre. Rota decis.vlt.

de offic.

de offic.Archid.in antiquior. & etiam tenet receptio si ante eam Episcopus concedens erat mortuus ipso ignorante. Puteus decis.370.lib.2. etiam si id potuerit scire, modo constet non sciuisse. Puteus ibi, & magis si est mortuus in longinquis, & idem si Episcopus ante receptionem renunciauerat in Vrbe, vel translatus fuerat ad alium Episcopatum, Vicario inscio. Peregr.decis.157.lib.2. aliàs 33. vel 158. lib.2. & etiam valet huiusmodi receptio resignationis etiam post reuocationem Vicarij expressè factam, si eã ignoret. Rom.sing.57. & 566. & in dubio præsumitur ignorantia reuocationis. Rota decis.21.de concess.præben.in nou. & etiam valet receptio, si eius tempore Vicarius erat irregularis, vel alias inhabilis, si communiter reputabatur habilis. Caputaq.decis.556.lib.1.in manuscr. cum communis reputatio sufficiat etiam in spiritualibus. Innoc.in cap.1.de schism.nisi sint sacramentalia. Felin.in c.Rodulphus. de rescript. modo recipiens ignoret eius inhabilitatem. Gabr concl.8. num.32.

Fallit verò prædicta conclusio, si Vicarius præter facultatem recipiendi resignationes, habeat etiam conferendi. Cald.consi.3. de præben. Rom. consi.330. Rota decis.1.de renunc.in antiq. nisi collatio fiat ex causa permutionis, quæ necessariò fieri debet compermutantibus.clem.vnica. de rerum permut. Bellam.decis.94.col.2. si tamen Vicarius habet facultatem conferendi beneficia resignata coram ipso, non potest conferre reseruata. Cassad. decis.8.nu 9.de præben. vt nec confert ea quæ Episcopus confert authoritate Apostolica, nec is cui ei dedit huiusmodi commissionem, qui tamen habens authoritatem conferendi, conferre potest & vacantia ante datam commissionis. Caputaq.decis.363.lib.1.in manuscr. qui nec habens facultatem resignationem recipiendi, recipere potest eam beneficiorum per Episcopum obtentorum, qui renunciare non potest in manibus Vicarij. Puteus decis.84.lib.1.sed debet Episcopus renunciare in manibus superioris, scilicet Papæ, vel Episcopi, in cuius diœcesi beneficium est situm. Puteus decis.94.lib.1. Abb.in cap.ad supplicationem.nu.5.de renunc. Vicarius tamen valens recipere resignationes non potest constituere alium Vicarium generalem. Paris.consi.80.nu.15.vol.4. qui tamen tunc potest cõstituere alium Vicarium ad recipiendum resignationem omnium beneficiorum, quia est vnus articulus, & vna causa. Puteus decis.224.lib.2. quæ tamen facultas recipiendi resignationes non transit ad successorem, eo mortuo ciuiliter, vel naturaliter. Caputaq decis.389.lib.1.in manuscr. cum limitatione tamen, de qua idem decis.487.lib.2. Paris. d.lib.7.q.24.

Quinto loco, resignatio non potest fieri coram Abbate non exempto, vt nec potest præstare authoritatem permutationibus. Bellam.de permut.benef.1.p.q.9. cum nec instituti ab eis in suis ecclesijs administrent sine licentia diœcesani, cum subsint Abbates tunc Episcopis, si verò Abbas est exemptus, si habet ius conferendi, poterit & recipere resignationes. Abb.in cap. quæsitum. nu.4. de rerum permut. cum & possit destituere, quòd si aliqua ecclesia est subiecta Abbati, quò ad temporalia, Episcopo quò ad spiritualia, renunciatio est fienda coram Episcopo. Innoc.in c.fi.de renunc. ipse verò Abbas debet renunciare in manibus superioris, non subditi. Abb.in d.c. 2.notab. Paris.d.lib.7.q.15. Non potest autem renunciatio fieri in manibus Præpositi, vel Canonici. Innoc.in d.cap.quod in dubijs. & ibi Abb. de renunc. vel clerici, aut presbyteri, vel alterius inferioris, quia nõ possunt instituere, & destituere, nisi ex priuilegio, vel si alias habeant ius Episcopa-

le, sic enim possent admittere resignationes. Paris.d.lib.7.q.16. Nec etiam resignatio fit hodie coram Vicecancellario sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Paris.d.lib.q.17. Nec coram Auditoribus Rotæ, licèt liti super beneficio pendenti possit coram ijs renunciari, nec coram Referendarijs. Paris.d.lib.7.q.18.& 19. nec coram Executore Gratiarum, nisi id exprimatur. Paris.d.lib.7.q.22. Capitulum etiam viuo Episcopo, non potest recipere resignationes. Innoc.in d.c.quod in dubijs.num.3. etiam si institutio, & destitutio spectaret ex priuilegio communiter ad Capitulum, & Episcopum Puteus decis.414.lib.2. nisi ex priuilegio, vel consuetudine haberet facultatem instituendi, & destituendi ad certa beneficia, tunc enim posset recipere resignationes eorum. Innoc.loco prædicto. & ibi Abb. nu.6. aliàs non, imò nec consensus Capituli requiritur quando Episcopus recipit resignationes. Innoc.ibi nu.2. nec etiam quando Prælatus renunciat. Curt.Iun.consi.178. nu.13. Sede verò vacante, Capitulum potest recipere resignationes beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi cũ Capitulo. Rota decis.6. de rerum permut.in nou. & etiam tunc potest præstare authoritatem permutationibus. Feder. de Sen. cons.30.col.2. etiam si beneficia sint iuris patronatus, quod & potest alteri committere receptionem resignationis. Id verò intelligitur de renunciatione, quæ fit in pœnam resignantis, ꝙ pertinet ad iustitiam, & de resignatione, & permutatione beneficiorum spectantium ad Capitulum, & Episcopum simul, si enim pertinent ad solum Episcopum, non potest, nisi sit in possessione, sede vacante, conferendi, & recipiendi resignationes omnium beneficiorum spectantium ad collationẽ etiam solius Episcopi, quod probatur per famam, & cõmunem reputationem, vt & clericatus; Capitulum tamen sede vacante, non potest præscribere talem facultatem; quod & prædicta agere debet, vbi id potest, antequam in Consistorio fiat prouisio de Prælato, ea enim facta id non potest, etiam antequam capiat possessionem. Paris. d.lib. 7.q.23. Notarius etiam nõ potest recipere resignationes, nisi nomine superioris, modo is ratificet, qui tamen in curia si sit notarius Camaræ, vel Cancellariæ recipit consensus, vt nec beneficium potest renunciari coram iudice, licèt liti coram eo possit renunciari. Paris.d.lib.7.q.25.& 26.

Vbi verò est data facultas recipiendi resignationes, non potest is admittere cessiones reseruatorum. Gemin.in c.si cui.de præb.in 6. nisi adsint verba prægnantia, & multum grandia. Paris.d.lib. q. 27. Vbi verò in Vrbe fit renunciatio à familiari Cardinalis, non est opus exprimere nomen Cardinalis, &c. nisi Papa contrarium concedat, nec consensus Cardinalis requiritur. Paris.ibi.q.28. Vbi etiam aliqui habent facultatem recipiendi resignationes, & cõferendi si sint inferiores Papa, non possunt alteri id committere, nisi quò ad resignationis receptionem, & postea cum beneficium vacat, poterunt id conferre; Episcopi tamen id possunt committere suis Vicarijs generalibus. Paris.d.lib 7.q vlt. qui & ait, quòd per famam, priuilegium, & testes probatur, quòd collatio beneficij ad aliquem spectet, vel per quasi possessionem quæ acquiritur etiam vnico actu, & quòd Episcopus ad sui præiudicium potest prorogare tempus datum ad presentandum patronis ad quatuor, vel sex menses. ibi in fi.

Quæ quidem resignatio est duplex, pura & simplex, & conditionata, vel quæ dicitur ad fauorem. Differt verò resignatio pura, & simplex à conditionali: Primò, nam pura potest fieri coram Papa, & Episcopo; conditiona-

lis

his solum coram Papa. Mandos.reg.de infir.resig. q.16. nu.11. Caputaq.decis.225 lib.1. nec etiam fit coram Legato non habente ad id speciale mandatum, & fit cum clausula, non aliter, nec alio modo, & si secus fiat, est nulla. Paris.cons.19.2.vol. vt & si beneficium non confertur nominato, vel non acquirit eius possessionem. Secundò, quia pura statim abdicat titulum etiam coloratum, & beneficium vt vacans potest conferri. Doct.in c.solicitæ de restit.spol. Cassad.decis.4.eod.tit. cum communi. conditionalis verò nō abdicat ius nisi impletis conditionibus. Rota decis.4.de rerum permut. in antiq. Paris.cons.5.nu.7.vol.4. cum communi. Vnde si fit in fauorem, ius non abdicatur à resignante, si beneficium nō acquiritur resignatario, quia id non acceptet, vel ei non conferatur, vel mortuus sit. Paleotus decis.33. Guidob.decis.91.in manuscr. vnde gesta per resignantem ante acceptationem resignatarij sunt valida. decis.69.lib.diu.in manuscr. & si resignatio fit in forma dignum, primus continuabit suam possessionem, donec secundus sit examinatus, & approbatus, qui si reijcitur, continuabit suam possessionem, cum resignatio sit conditionalis si dignus est. Germ.de Indult.§.necnon. nu. 20. Puteus decis.158.lib.3.Tolos.de benef.cap.28. Coram Episcopo verò non potest etiam nutu designari successor, aliàs collatio non valet, nec collator potest prouidere de tali beneficio suis, vel dimittentis consanguineis, vel familiaribus, aliter collatores suspēsi sunt à collatione beneficiorum, donec à Papa remissionem acceperint, & si post audent conferre, personæ excommunicationem Papalem incurrunt, collegia interdictum, & prouisi suspensi sunt, vt supra, si tamen nutus non præcedat, arbitror dimittentem dimissione facta, posse rogare collatorem, vt conferat à se nominato in foro conscientiæ sine labe simoniæ, non obstante Bulla quinquagesimaoctaua Pij V. quæ id decernit, vt inquit Nauar. cons.5. de simon. sic si beneficium non potest acquiri resignatario ob excommunicationem, vel aliud, ius manet penès resignantem. Puteus decis.11. de renunc.in manuscr. & idem si possessio resignatarij fuit annullata, quia non erat clericus, restituitur resignanti, & in similibus casibus. Puteus decis.158.lib.3.num.3. nisi resignans sciens, nulliter resignasset, quia ius à se abdicaret, licèt alij nō acquiratur. Rota coram Seraph 27.Nouemb.1597. Sic si quis facit mandatum resignandi, reseruato regressu, eo non secuto, beneficium manet apud cedentem. Cottus decis.12. & idem de accessu. Puteus decis.438.lib.1. nisi sciens nulliter resignarit, vt supra; Sic si quis resignat cum reseruatione omnium fructuum, vel partis, eo non secuto, ius ab eo non abdicatur. Crescent.decis.64.lib.1.in manuscr. Caputaq.decis.86.lib.3.& idem si quis nulliter resignat beneficium, vt coram notario, & testibus, vt fit in alijs contractibus, sine superiore, ignoranter. d.decis.64. & idem si non reseruetur pensio, vbi mandatum fit cum eius reseruatione. Caputaq.decis.379. lib.1.in manuscr. & idem si non est reseruata exempta, mandato id continente. d.decis. & decis.342. Caputaq.lib.1.in manuscr. & idem si quis resignet cum potestate transferendi pensionem, hoc non obtento, non tenet resignatio. Caputaq.decis.298.p.2. & idē si pro beneficio simplici petito detur curatum, vel si habuit duo beneficia in recompensationem, & vnum sit euictum, restituitur, vel si dicatur, quòd resignatarius nō ingrediatur possessionem, nisi cum mandato resignantis, eo non impleto. Et idem si resignatio est nulla, vt iuris patronatus laicorum, eo non expresso, vel non secuta derogatione, vel si resignatur in manibus non valentis id recipere, vel si re-

signatio sit simoniaca, vel sine expressione veri valoris, nisi in supplicatione sit expressus verus valor, & non in Bullis tantum, vel si non seruetur alias forma mandati, ius non abdicatur à resignante his casibus, & modo resignatio non sit nulla scienter. Paris. de resig. benef. lib. 1. q cit. quæ conditionalis non fit coram ordinario, quia ibi adest pactio simoniaca, quam solus Papa purgat. Doct. in cap. cum pridem. de pact.

Alia item resignatio est tacita, alia expressa: tacita, cum quis acceptat possessionem secundi beneficij incompatibilis, sic enim censetur primum renunciare, de quo supra, cap. de multa. de præben. vel si profitetur in religione, vel alijs modis, quibus supra est dictum, cap. de Collat. beneficium ipso iure vacare. Expressa, quæ sponte fit, & verbis accommodis, vt infra. cap. 1. de renunc. in 6. clem. 1. eod. tit. Tacita etiam est cum beneficium habetur pro derelicto. c. ex parte. 1. de cler. non resid. vt & si habens curatum intra annum non promoueatur. cap. licèt. de elect. in 6. vel si quis cedat liti super ben. ficio motæ. l. postquam. C. de pact. vel si per triennium litem non prosequatur. Paris. cons. 86. & 145. vol. 4. quæ tacita renunciatio valet, licèt non sit facta in manibus superioris, licèt sic sit tutius. d. c. de multa. & idem de renunciatione iuris ad rem. c. 2. de transl. Epis. Rota decis. 318. de Iure patr. in antiq. & idem si probabiliter quis credat se non habere ius in beneficio. Abb. in d. c. quod in dubijs. de renunc. cum si ius est in re, non fit valida renunciatio, nisi fiat in manibus superioris. d cap. & c. fi. eod. tit.

3 Renunciari qs possit, vel nó.

Quò ad secundum, renunciare is potest qui beneficium obtinet, modo iure non prohibeatur, prohibetur verò infirmus, vel alius, qui intra viginti dies à die præstiti consensus, decedit, ex regula Cancell. Sixti V.

Aduertendum est autem pro explicatione huius regulæ, quòd Sixtus V. in eius regula sextadecima, statuit, quòd si quis infirmus aliquod beneficium simpliciter, vel causa permutationis, vel alijs resignauerit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ, & postea intra viginti dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quauis authoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi sit nulla, ipsumq; beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare, & sic venit omne beneficium, & sat est quòd supplicatio etiam per annum fuerit porrecta, si intra viginti dies moritur, ad resignationem anullandam, quod non erat in alijs regulis Cancellariæ: quæ quidem regula est introducta, primò, ne ordinarij, mandatarij, & expectantes, fraudentur, si beneficia etiam tempore morti proximo renuncientur, sic enim eis non aderit facultas quicquam acquirendi. contra cap. 2. de renunc. in 6. vt inquit Sarn. de infir. q. 1. & Mandos. in ead. reg. q. 1. Secundò, ne beneficia per viam successionis deferantur. c. 1. de præben. c. quamuis. 7. q. 1. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. quod in ecclesia Dei est damnatum. cap. cum decorem. c. ad abolendam. de filijs presbyt. Tertiò, ne infirmus mortis cogitatione oppressus, non rectè possit considerare de persona idonea pro ecclesia, cum blanditijs consanguineorum sępè moueatur, & infirmus regulariter non præsumatur sanæ mentis. Salic. in l. furiosum. C. qui testam. facere poss. Quartò, quia inde imminet votum captandæ mortis, vt ait Crauet. cons. 88. nu. 12. quod iura abhorrent. Paris. cons. 1. nu. 121. vol. 5. Quintò, quia non relinquitur libera electio Prælato, sed ipse possidens eligere vult, quod reprehenditur in cap. plerique. 8. q. 1. Et hæc regula est fauorabilis, & iuri consona, cum nemo possit sibi eligere successorem.

cap. 2.

cap.2.,cap. Episcopi.8.q.1. Sarn. de infirm.q.17.& 21. Parif.lib.12.de resig. benef q.1.& 2. cum prohœm.

Et cum hæc regula sit generalis, habet locũ in omnibus beneficijs, Sarn. q. 1. & 6. etiam si sint dignitates, regularia, vel secularia, hospitalia, capellæ, capellaniæ, altaria, oratoria, si dantur in titulum, sunt enim beneficia simplicia. Sarn.q.23. præceptoriæ, & etiam beneficia patrimonialia, quæ naturales tantum ex locis illis consequi debent, Sarn.q.21.& beneficia patronata. Caputaq.decis.36.nu.13.p.3. & reseruata, electiua, & litigiosa. Crauet.conf.292.num.1. & Concistorialia, si de illis Papa disponit extra Concistorium, ex Bulla Gregorij XIII. octuagesimaseptima. §. cæterum, secus si de ijs Papa disponit in Concistorio. Sarn.hac reg. quæst.14. vt Abbatiæ, Episcopatus, &c. & etiam si beneficia sint vnita ad vitam, & is consentiat dissolutioni vnionis, ex d.reg. Sixti V. & etiam si resignet ad effectum, vt vniatur alicui loco etiam pio, si is moriatur infra viginti dies, & etiam si quis renunciet iuri quęsito in aliquo beneficio vigore alicuius gratiæ, vt quia resignauit ius quod habebat per solam supplicationem signatam. Sarn.hic q.18. Translatio tamen pensionis nõ comprehenditur sub hac regula Sarn.hic q.16. nec officia curiæ. Sarn.hic q.22.nec Imperator cedẽs Imperio. Sarn.hic q.2. nisi officia sint spiritualia, vt ait Sarn.d.q.22. cum sint beneficia. Parif. d.lib 12.q.3.

Et cum omnia beneficia comprehendantur sub hac regula, sequitur, q̃ omnes personę sub eadem comprehendantur, etiam Papa renuncians. Sarn. hic q.1. qui tamen non eligit sibi successorem, & etiam Cardinales renunciantes aliqua sua beneficia in fauorem. Puteus decis.195.lib.1. & idem in Episcopis, & Archiepiscopis, & Patriarchis renunciantibus sua beneficia. Puteus decis.33.lib.3. & exempti. Sarn.hic q.5. & familiares Cardinalium. Sarn.hic q.4. & idem in fœminis religiosis volentibus resignare suas dignitates collatiuas, hæ enim omnes personæ resignantes, si moriantur intra viginti dies à die præstandi consensus, beneficia vacant per obitum, & nõ per resignationem. Parif.d.lib.12.q.4. quæ regula habet locum etiam in resignationibus quæ fiunt etiam extra curiam coram ordinarijs, & Legatis. Sarn. hic q.26. & etiam si resignatio sit facta causa permutationis. Sarn.hic q.19. Mandos.q.12. quod procedit nedum si beneficia sint disparia, vt cũ infirmo datur tenue pro pingui, quo casu præsumitur fraus. Rota decis.2.de rerum permut.in antiq. Doct.in cap.2.de renunc.in 6. sed etiam si sint paria. Mandos.hic q.13.& etiam quòd renunciatio fiat reseruatis omnibus fructibus, vel medietate, aut pensione; & etiam comprehenduntur beneficia concessa in commendam. Sarn. hic q.13. Peregr. decis.137.lib.2.& etiam si renunciatio est facta per procuratorem legitimum. Rossiniac.de benef.c.28. n.5.& 6. si tamen procurator fecit signare supplicationem, poterit post mortem domini præstare consensum, maximè in foro conscientiæ, etiam post annum post obitum. Nau.conf.2.de renunc. Sarn.hic q.31. nisi procurator esset constitutus ad consentiendum supplicationi iam datæ, sic enim post obitum domini consentire non potest. Parif.d.lib.12.q.5.

Hæc regula præterea habet locum in quocunque infirmo resignante, etiam si infirmitas sit leuis, si moritur intra viginti dies. Sarn. hic q.28. vt podagra, cæcitas, surditas, &c. & etiam si quis iussus sit continere domi ob pestem, & moriatur intra viginti dies, Sarn.q.9. & si quis domi solus moriatur, præsumitur mortuus post viginti dies, nisi contrarium probetur,

& etiam

& etiam si moriatur ex morbo gallico,& ex vulnere post viginti dies, quàm consensit, vel ex infirmitate, vel fistula antiqua, vel si ingrediatur mare, vel aliud periculū, & moritur intra viginti dies, & etiam si quis sit senex, vel iuuenis resignans, & idem si priuandus in carcere renunciat, & moritur intra viginti dies; Imò si sanus renunciet, & post viginti dies, qui computantur à die præstiti consensus, moriatur, ne eludantur ordinarij, quia aliàs quis posset facere signari supplicationem, & tempore infirmitatis illa vti, & præstare consensum, vt ait Paris.d.lib.12.q.6.

Hæc autem regula incipit quò ad viginti dies à die præstiti consensus, ante enim resignans potest pœnitere, & resignatio est informis. Sarn. hic q.31. & patet ex dicta regula, & dies præstiti consensus connumeratur in numero dierum viginti, vt ait Paris.d.lib.12.q.8. dies tamen obitus resignantis si sit cœptus non habetur pro completo, & dies intelligitur de die naturali vigintiquatuor horarum, vt ibi dicit, qui & in fine ait, ꝙ si quis bis resignauit, & in vtraque resignatione præstitit consensum, dies computantur à die primæ resignationis, etiam si prima sit facta per procuratorem, vel non admissa per superiorem, & consensus fuerit posterior: qui & q.9.ait, vacationem inductam per hanc regulam esse veram, & non fictam, vnde si quis super eo beneficio habet regressum, vel vnionem, illi adiungetur, vt ibi dicit. Et huiusmodi beneficia sunt reseruata Papæ, vbi resignatio est facta in curia, si verò coram ordinarijs, ij de illis disponunt. Sarn. hic q.33. vnde expectantes, & nominati poterunt illa habere, & ordinarij conferent per mortem, licèt contulerint per resignationem; & impetrans illa debet exprimere speciem vacationis inductam per hanc regulam, vt dicit Paris.d.lib 12.q.10. Quòd si renunciatione facta in curia, Papa moritur ante præstitum consensum, & postea præstetur, & resignans moritur intra viginti dies post consensum, regula hæc non habebit locum, & resignatio vigebit. Paris.d.lib.q.11. nisi viuente Papa sit præstitus consensus, vt ibi dicit; vel in Gallia vbi per mortem Papæ regula non extinguitur; si verò quis resignet cum pensione, & moritur post viginti dies à die præstiti consensus, & ante viginti dies præstiti eius, moritur resignatarius, valebit resignatio. Paris.ibi q.12. ante verò viginti dies si moritur resignans, collatio facta per Episcopum, Legatum, vel Cardinalem per resignationem est nulla, vnde non facit vacare beneficium primum obtinentis. Paris.ibi q.13. nec literæ debent expediri viuente resignatario. Crescent. decis.70. lib.1. in manuscr.

Vbi verò controuertitur an resignans intra viginti dies sit mortuus, qui id ait, debet probare. Sarn.hic q.9.nu 3.& q.36. Mandos.q.6. & non solum probare debet mortem resignantis, sed etiam ꝙ mortuus sit intra viginti dies post consensum præstitum. Sarn.d.q.36. quæ probatio debet esse plena cum agatur de magno præiudicio, vnde sufficit publica vox de morte, nec iuramentum sat erit, sed requiruntur saltem duo testes, qui dicant se vidisse illum mortuum, & tumulo mandari, & si resignans in fauorem consanguinei, & amici in eadem domo moritur, & mortuus publicatur post viginti dies, nec sint qui de tēpore obitus possint testificari, præsumitur mortuus intra viginti dies. Mandos. hic q.8.nu.1. vbi Medici, & alij non permittebantur accedere ad eum, vt ait Paris.d.lib.12.q.7.

Derogari tamen solet quandoq; huic regulæ de viginti, maximè in permutationibus, & in resignationibus pro distantibus à curia, & pro nobilibus,

bus, & notabilibus personis; oportet tamen quòd derogatio sit in specie. Sarn.hic q.41. cui tamen Legatus à latere non potest derogare, nisi habeat facultatem derogandi regulis editis, & edendis. Mandos.hic q.19.nu.7. & etiam inferior Legato si habuerit hanc facultatem. Mandos.ibi num.16. hic tamen modus vacandi non comprehenditur per clausulas generales positas in supplicatione, quouis alio modo vacet. Sarn.hic q.34. & Mandos. q.17. nu.8. Quòd si infirmus leui infirmitate, vt quartana, vel podagra, impetrat derogationem huic regulæ, si moritur intra viginti dies ex superuenienti graui infirmitate, non censetur ob id derogatum dictæ regulæ. Sarn. hic q.27. etiam si quartana alterata sit in tertianam grauem, ex qua mortuus sit; quòd si quis resignauit bis per procuratorem, & in secunda derogatione derogetur huic regulæ, si moritur intra viginti dies à prima resignatione, hæc prima non sanatur ob derogationem habitam in secunda. Sarn.hic q.40. Sic si resignetur in fauorem, cum regulæ derogatione, & resignans moritur intra viginti dies, non intrat regressus reseruatus Petro ex prima resignatione, sed admittitur resignatarius. Achill. de Grass. decis.2. aliàs 323. de renunc. in manuscr. vnde resignatarius cum dispensatione, poterit id beneficium obtinere. Quòd si quis habet à Papa priuilegium resignandi etiã infirmus, cum derogatione huius regulæ, in manibus personæ per eum eligendæ, in fauorem personæ per eum nominandæ, & moritur tempore alterius Papæ, valet resignatio. Arag. decis.33. in manuscr. Vnde Papa solus derogat huic regulæ, vel is cui id concedit, qui Papa derogat huic regulæ etiam in beneficijs quæ dantur ad nominationem Regis. Gabr. cons.193. num.9. vol.2. Paris. d.lib.12.q.vlt.

Aduertendum etiam quòd omnis beneficiatus regulariter potest renunciare, vnde Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Monasterium, vel Abbatia, Abbatissatus, Prioratus, Dignitas Ecclesiastica, Personatus, Officium, quando est simul beneficium Ecclesiasticum, Plebania, Thesauraria, Sacristatus, Canonicatus, Parochialis Ecclesia, Vicaria perpetua, Monasteria perpetua, Mansionaria perpetua, portiones in Cathedrali, Capella, vel Oratorium, Capellania, Heremitorium, Præstimonium, Scholastria, Clericatus sancti Petri de Vrbe, possunt renunciari, simul cum omnibus beneficijs Ecclesiasticis, cum & prædicta sint beneficia Ecclesiastica. Paris. de resig. benef. lib.2.q.1.

Si tamen sint beneficia Concistorialia, quæ sic dicuntur, quæ sunt scripta annotata in libris Camaræ inter Concistorialia, hæc non possunt resignari coram Ordinario, sed tantum coram Papa, idq; in Concistorio secreto præsentibus Cardinalibus, si sunt Episcopatus, Abbatiæ, & Monasteria, quo scilicet ad dispositionem eorum, quia etiam extra Concistoriũ, Papa ex praxi admittit talium resignationes, & multo magis minorum Concistorialium. Paris. de resig. benef. lib.8.q.6. & lib.2.q.2.

Sic beneficium litigiosum resignari quoq; non potest. Puteus decis.354. lib.3. nisi id fiat in fauorem collitigantis, vel nisi simpliciter sit renunciatũ liti, quia sic purgatur vitium litigiosum. Grau. cons.182.nu.4. vel si lis est finita. Anch. cons.16. col.1. vel per sententiam, vel quia per longum tempus non fuerit prosecuta, vt triginta annos. Simon. decis.35. an lis. in manuscr. & etiam decem & octo. Cassad. decis.5. vt lite pend. vt & fallit si Papa tacitè sciens litem extare, ponit clausulam, sine vitio attentatorum, quia sic vitium purgatur. Cassad. decis.6. vt & fallit si est resignatũ ante litem cœptam.

ptam. Rota decis.10. vt lite pend. in nou. & tunc qui sic habuit gratiam ante litem motam, ea etiam pendente, literas expedire potest. Paleotus decis.118. & etiam si consensus post litem motam sit præstitus, modo gratia ante sit signata. Sic valet resignatio facta antequam committatur contra resignantem. Caputaq. decis.94. lib.1. in manuscr. vt & fieri potest si lite pendente consensit nouæ prouisioni. Caputaq. decis.95. lib.1. in manuscr. vt & valet resignatio litigiosi quando lis est mota coram iudice incompetente. Afflict. decis.85. vel per falsum procuratorem, vt & fallit si iudicium est cœptū ad instantiam curialis vigore Eugenianæ, vt & fallit si non principaliter, sed incidenter litigatur cuius sit beneficium. Cassad. decis.4. vt lite pend. vt & fallit quando lis esset super possessione. Cassad. decis.6. de rescript. vt & fallit quando lis est super priuatione beneficij, sic enim potest resignari. Puteus decis.66. lib.2. nisi lis sit super priuatione, & vt adiudicetur sibi. Puteus decis.496. lib.2. vt & fallit quando in renunciatione est facta mentio litis. Puteus decis.354. lib.3. cum in impetratione beneficij sit fienda mentio litis. Cassad. decis.8. nu.6. de præb. & etiam in vnione, etiam si fiat concessio motu proprio, adhuc enim mentio litis est fienda, idq; non in generali, sed de processu, & statu causæ. Ruin. cons.76. nu.6. lib 5. & etiam si esset mota lis à resignante. Puteus decis.354. lib.3. Fallit etiam conclusio suprascripta in subrogato gratiosè etiam quò ad possessionem per resignationem factam pendente lite, quia iste resignatarius capiẽdo possessionem beneficij sibi resignati ad quod fuit subrogatus gratiosè etiam quò ad possessionem non dicitur attentare, & propria authoritate illam ingredi potest. Moedan. decis.424. vt lite pend. idque procedit etiam respectu litis, nō solum pendentis tempore impetrationis, sed etiam subsequentis accessoriè ad primam, & etiam si capta fuerit possessio vigore huius gratiosæ subrogationis à resignatario post mortem resignantis, vt latè de his, & similibus dicit Paris. d. lib.2. q.3. qui & ait, lite pendente etiam ordinarium posse recipere renunciationem, modo id beneficium nōn conferat, aliàs collatio est nulla, vt & ordinarius recipit resignationes reseruatorum, sed illa non confert, in fauorem verò fit solum coram Papa, renunciatio tamen litis potest fieri etiam coram solo notario, & testibus.

Simili modo beneficia iuris patronatus possunt renunciari simpliciter, in fauorem verò non, nisi ex consensu patroni laici, vel ecclesiastici, aliàs venit annullanda renunciatio, non autem est nulla ipso iure. Thom. de Tau. decis.90. in manuscr. quod procedit etiam si patronus non contradicit infra tempus datum ad præsentandum Puteus decis.412. nu.1. lib.1. quia adhuc venit annullanda resignatio, nec ius abdicatur à resignante. Moedan. decis.326. vel 296. de Iure patr. & etiam si resignatio fiat in curia, mentio iuris patronatus est fienda.

Fallit quando consensus patroni superuenit, sic enim reconualescit renunciatio facta sine eius consensu. Rota decis.5. de rerum permut. in nou. vt & fallit si patronus sciens non reclamauit. Rota Peregr. decis.202. lib.3. vel si post collationem labatur tempus præsentandi, quia sic patronus videtur id habere ratum. Card. in clem.1. de suppl. negl. præl. Tertiò, fallit, si Papa in resignatione deroget iuri patronatus. Paris. cons.47. n.17.24.&34. vol.4. siue sit laicum, vel ecclesiasticum. Couar. pract. qq. cap.36. modo fiat expressa derogatio eius. Lapus alleg 96. nec solet derogare iuri patronatus laicorum, nisi ex causa, vt quando beneficia vacant in curia, vel si est

mixtum

mistum patronatus laicorum, & clericorum, vel si habetur ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, vel si beneficium litigiosum vacat in curia, vel ei derogatur pro duabus tertijs, vel medietate, vel si orator est vnus ex patronis, vel si quis sit Episcopus, & datur gratia cum retentione pro eo, & in derogatione solet dici, pro hac vice tantum, & vbi fit mentio iuris patronatus, resignatarius debet probare tale esse. Paris. d.lib.2.q.4.

Quòd si beneficium est electiuum, potest etiam in fauorem renunciari. Card. & alii. in clem. vnica. de renunc. modo adsit consensus eligentium ante, vel post Card.ibi. & si resignatio fit in vtilitatem personæ, requiritur consensus omnium electorum, si ecclesiæ sat est consensus maioris partis. Paris. d.lib.2.q.5.

Si verò beneficium est tale ad quod quis est promotus, non potest renunciari, nisi constat quòd aliundè viuere possit, & exprimatur, quòd ad id beneficium est promotus. Paris. d.lib 2.q.6.

Quòd si beneficium est exemptum potest resignari, modo id fiat coram Papa, si soli Papæ sit subiectum, si enim est exemptum à proprio Episcopo, & habet proprium Prælatum, hic poterit recipere resignationem, & si ecclesia est exempta ab Episcopo, populus non, Episcopus poterit recipere resignationem. Paris. d.lib.2.q.7. qui & ait, q.8. quòd beneficia nullius reditus possunt resignari etiam in fauorem.

Si verò beneficium est vnitum alteri beneficio, etiam post mortem obtinentis, non potest resignari. Oldr. cons.257.nu.20. Conc.Trid.sess.21.cap.5. & sess.18.c.23. nisi resignatio fiat in curia ad fauorem alicuius, & Papa admittat illam, & suspendat vnionem. Puteus decis.357.lib. 1.etiam si non derogetur iuri alij quæsito, modo fiat mentio vnionis, vt & expectatiuæ, alias ius non abdicatur à resignante, coram ordinario verò non posset renunciari beneficium vnitũ. Paris.d.lib.2.q.9.& 10. Sic beneficia manualia possunt renunciari etiam in fauorem, & permutari, cum sint perpetua, licèt ex se amouibilia, saltem ex consensu superioris, modo exprimatur manualitas, vbi resignatio fit in fauorem, & eo casu tale beneficium non poterit reuocari à resignatario per superiorem. Paris.d.lib.2.q.11.qui & ait, q.12. beneficia patrimonialia posse resignari in fauorem, modo conferantur filijs patrimonialibus, vt & possunt resignari in fauorem, & permutari beneficia extincta, & suppressa. Paris.ibi. q.13. vt & hospitalia quæ dantur in titulum, vel administrationem possunt resignari simpliciter, & in fauorem, & prima etiam permutari, idem ibi q.14. & idem de præceptorijs datis in titulum, vel administrationem, vt ibi ait. Pensiones tamen non possunt resignari in fauorem, nec permutari, de licentia tamen Rectoris, & Papæ admissione possunt transferri, idem ibi q.15.

Quòd si beneficium sit reseruatum Papæ, potest resignari etiam coram ordinario, nisi resignans sit exemptus ab eo, licèt is illud conferre non possit. Rota decis.4.de renunc. in nou. nec beneficia litigiosa, nec eorum permutationem recipere valet, vt nec potest ordinarius vnire beneficium reseruatum, siue beneficium sit reseruatum generaliter, vel specialiter, vt in exemplis positis per Paris. d.lib.2.q.16.

Commendæ verò temporales factę ad vtilitatem ecclesię, donec ei prouideatur de Rectore, non possunt resignari in fauorem, nec permutari. cap. quæsitum. de rerum permut. secus de perpetuis. Puteus decis.94. & 343. lib.1. beneficium verò in quo est reseruatus regressus non potest resignari

in fauorem, nisi de consensu illum habentis, idem ibi q. 18. Beneficia etiam in quibus Cardinalis habet indultum, etiam cum clausula, per cessum, vel decessum, possunt resignari in fauoré, nisi in indulto addatur, per cessum, vel decessum etiam in fauorem certæ personæ; non cadit verò sub indulto quod vacat in curia, nisi in indulto id sit expressum. Paris. d. lib. 2. q. 19. qui & id ampliat etiam si sit vnitum, adhuc enim Papa id confert. Quòd si beneficium cadat sub consuetudine optandi, potest adhuc resignari etiam in fauorem in manibus Papæ, & permutari, etiam si extra curiã vacet, & si de illis Papa prouidet, differtur optatio, idem ibi q. 20. Sic potest resignari in fauorem ius quod prætenditur in aliquo beneficio. Moedan. decis. 164. tit. de pensio. in manuscr. modo sit ius in re, vnde beneficium nondum collatũ resignari non potest simpliciter, vel in fauorem, nec permutari, etiam si resignetur certum beneficium conferendum de proximo, habẽs tamen ius ad rem per electionem, vel præsentationem, potest renunciare simpliciter etiam si id non fiat in manibus superioris, idem ibi q. 22. & 23.

Beneficium etiã resignari potest etiam in fauorem ante Bullas expeditas, supplicatione tamen signata, & registrata, modo hodie narretur literas nõ esse expeditas, nec solet id concedi ad fauorem, nisi cum magna intercessione, cum verò Bullæ sunt plumbatæ potest fieri resignatio etiam in fauorem, etiam ante possessionem captam, & etiam ante publicationem factam à resignatario, non autem si cui sit prouisum de beneficio, sub conditione, ea pendente, ad fauorem scilicet, idem ibi q. 24. 25. 26. & 27.

Quo verò ad personas quæ possunt renunciare, præter supradicta, regula est, quod omnes possunt, qui non prohibentur. Ioan. Andr. in rubr. de renunc. Rota decis. 26. in fi. de procur. in antiq. etiam Papa, Cardinalis, Episcopus, &c. vt supra est dictum, modo illi habeant ius super beneficijs, si enim illis sunt ipso iure priuati, non possunt resignare, qui verò sint ij, dictum est supra, cap. de Collat. nu. 4. & idem si per sententiam sint priuati quæ transierit in rem iudicatam. Paris. de resig. benef. lib. 3. q. 1 in fi. nisi narretur in prædictis status facti, & Papa dispenset, etiam si ius non adsit. Paris. d. lib. 3. q. 2. Sic habens præceptoriam commendatam ad tempus, non potest resignare, & qui non habet ius in beneficio non potest id resignare, reseruata sibi pensione, aliàs reseruatio est nulla. Paris. d. q. Quòd si quis non soluit pensionem impositam beneficio, vbi imponitur pœna priuationis, vel excommunicationis ipso iure, vel regressus, non potest resignare si is egit ad priuationem, vel regressum, secus si tacuit, quia sic non amisit ius suum, idem ibi q. 3. qui & q. 4. ait, ꝙ si resignatarius tenebatur ex prouisione intimare resignanti, quando vellet alteri resignare, resignatio non valet sine huiusmodi intimatione, si modo id egit ad huiusmodi beneficium, aliàs secus.

Quòd si quis impetret beneficium ab alio per annum pacificè possessum, etsi teneatur intra sex menses possessorem vocare in iudicium, & causam intra annum expedire, potest tamen id resignare, antequam vocet talem in iudicium, & causam expediat, scilicet intra annum. Simon. decis. 53. in manuscr. quia per resignationem ius est quæsitum resignatario. Paris. ibi q. 5. vbi latè explicat regulam de annali, qui & q. 6. latè explicat reg. 21. Cancellariæ Sixti V. de promotis ad prælaturas, & eorum beneficijs.

Quòd si resignans minor sit vigintiquinque annis, maior verò quatuordecim, adhuc potest resignare, glo. & Doct. in cap. ex parte. de restit. spol.

etiam per procuratorem constitutum absque causæ cognitione, & iudicis decreto, qui si non sit læsus in renunciatione, quia renunciarit ad fauorem amici, vel cum pensione, vel volens contrahere matrimonium, vel profiteri in religione, non restituitur, etiam si fortè adsit dolus, vel metus resignatarij. Butr. in c. ex parte. de restit. spol. si verò est læsus, si beneficium, adhuc non est collatum, est restituendus. Doct. in d. c. si læsio est grauis, & dolo aduersarij inducta, & idem tunc si alteri beneficium est collatum. Paris. ibi q. 7. licèt contra communem, nec tunc requiritur noua collatio, & recuperat locum pristinum, quæ restitutio datur minori intra quadriennium, non post, vt ibi ait, quòd si minor sit quatuordecim annis, etiam potest renunciare authoritate tamen tutoris, & cum causæ cognitione, ac iudicis decreto, vt ibi dicit, quod tamen hodie locum non habet, cum minor quatuordecim annis beneficium obtinere nequeat. cap. 6. sess. 23. de refor. in Trid. Conc.

Mente captus etiam & furiosus beneficium resignare nō potest, aliàs resignatio est nulla. glo. in cap. quamuis. 7. q. 1. Paris. cons. 87. nu. 10. vol. 3. nisi pollens lucidis interuallis tunc renunciet. glo. & Turre Cr. in d c. & præsumitur furiosus fuisse, quando furor est probatus, nisi contrarium tunc probetur fuisse, & idem procedit de ebrio, dum durat ebrietas, qui resignare non potest, secus ea cessante. Paris. ibi q. 8. Resignatarius tamen potest resignare. Mocdan. decis. 42. etiam literis non confectis. Paleotus decis. 48. modo id narretur, & supplicatio sit registrata, & etiam ante consensum præstitum à resignante, modo post præstetur, etiam in fauorem, & etiā ante publicationem resignationis, etiam si sit secundus, tertius, vel quartus resignatarius, modo resignans primus ius habuerit, aliàs secus, & dummodo resignatio non sit conditionalis, quia pendente conditione nō potest resignare, idem ibi q. 9. Infirmus etiam potest resignare, dummodo si sit ad fauorem, superuiuat per viginti dies, & in curia vbi scitur infirmitas, non admittitur talis resignatio, idem ibi q. 10. Exemptus etiam potest renunciare, modo id faciat coram Papa. glo. in c. si Abbatem. de elect. in 6. idem ibi q. 11. vbi & declarat in quibus exempti Episcopo subijciantur. Abbatissa etiam potest renunciare etiam in fauorem, idem ibi q. 12. nu. 19. vbi de Abbatissis loquitur. Ingrediens etiam religionem potest renunciare beneficium etiam in fauorem. Imola in cap. admonet. de renunc. modo fiat ante duos menses professionis de cōsensu superiorum. c. 16. sess. 25. in Trid. Conc. quod intelligitur ex decis. Congregationis, etiam de beneficijs, ordinarius tamen non confert illud, nisi post professionem, & si quis obtineat à Papa vt possit exire claustra in habitu clerici secularis, & obtinere beneficia, nō consequitur id quod ante professionem, & ea de causa dimisit, idē ibi q. 13. Quòd si quis nō habeat vnde aliundè viuat, si est in minoribus admittitur eius renunciatio, si in sacris secus, ex Constit. quinquagesimaoctaua Pij V. idem ibi q. 14. qui & ait, quòd beneficiatus qui tenetur reficere ecclesiam, non potest resignare, vt id effugiat, de stilo tamen admittitur huiusmodi resignatio.

Criminosi verò qui non sunt priuati ipso iure beneficijs, sed veniunt priuandi, renunciare possunt etiam in fauoré, vt est homicida. Rota decis. 5. de re iudic. etiam lite pendente super criminibus, & etiam post receptas probationes, & conclusum in causa, modo tunc resignet simpliciter, & etiā lata sententia priuationis, pendente appellatione, modo fiat mentio priua-

tionis, & accusationis, ac criminis, & etiam si sit damnatus ad pœnam grauem, vt perpetui carceris, & etiam si crimen sit grauissimum, vt parricidij, & etiam post impetrationem factam de suo beneficio ab alio, si eam nesciebat, aliàs secus; & etiam potest renunciare simpliciter post præsentatam impetrationem suorum beneficiorum factam ab alio, & iudicium cœptum, etiam si ex deductis verisimiliter foret priuandus, quod prodest ad vitandum infamiam ex cōdemnatione resultantem, & quia Papa facilius dispensat cum criminoso voluntariè cedente, quàm per sententiam, iudex tamen non cessabit à iudicio ob interesse impetrantis; & potest talis renunciare etiam per procuratorem, & etiam coram ordinario, & etiam Papa ad fauorem quoque. Fallit si renunciatio sit dolosa, vt si testes essent recepti, & conclusum in causa, ita vt nil remaneat, nisi sententia ferenda, nisi renunciatio sit simplex, & non in fauorem.

Secundò fallit, si habuit scientiam impetrationis sui beneficij factæ ab aliquo, nec tunc etiam potest permutare, & eo magis si in impetrationis literis, Papa narraret beneficium vacare ob tale crimen, licèt ipso iure non vacet, quia talis Papæ assertio beneficium afficit, quod renunciari non potest. Et ita potest impetrari beneficium in euentum priuationis, modò impetrans se subscribat ad pœnam arbitrio Rotæ, si crimen non probet. Paris. d. lib. 3. q. 16. qui & in fine remissiuè quærit, quid si criminosus pendente iudicio moriatur, an impetrans id obtineat, & an obstet ei regula de annali, remissiuè.

Senex etiam potest renunciare coram Papam, & ordinarijs, & valet, nisi sit fraudulenta renunciatio, & ideò debet magis probari, quàm iuuenis. Paris. ibi q. 17.

Quòd si quæritur an aliquis cogi possit, vt renunciet, Respondetur, quod non. Innoc. in cap. licet. de elect. nec etiam permutare, nec transferri ab vna ecclesia ad aliam.

Fallit si subsit causa, quia sic cogi potest ad prædicta, vt in criminoso qui cogitur renunciare. Doct. in cap. nisi. de renunciat. modo de quo alibi. secundò, in illiterato. Host. in d. c. nu. 13. tertiò, si subsit scandalum etiam si sit Episcopus, quia sic potest transferri, & cogi renunciare, de quo infra; quartò, si sit irregularis, quintò, vbicunque potest priuari, sic enim cogi potest, vt renunciet. Doct. in d. c. nisi. sextò, si vtilitas ecclesiæ id poscat, sic enim cogi potest renunciare, & permutare, modo sibi detur recompensa redituum; septimò, idem procedit in intruso. cap. quia. de concess. præben. octauò, idem habet locum in eo qui cessit in manibus non habentis facultatem, nam cogi potest, vt denuò renunciet; nonò, idem habet locum in casu. cap. 15. sess. 25. de reform. & cap. 7. ead. sess. in Trid. Conc. Senes verò, vel infirmi non coguntur renunciare, nec Episcopus cui est commendata parochialis donec de ea disponat in personam benemeritam, & gratam, nec qui impetrauit licentiam etiam à Papa renunciandi, nisi sit Episcopus, modo Papæ aliud non videatur. c. quidam. de renunc. quòd si Cardinalis in conclaui iurauit resignare, factus tamen Papa ad id non tenetur, nisi iurarit ad sedandum schisma, quia tunc iuramentum est seruandum. Quòd si electus Papa, inuenitur vxoratus, cum crederetur mortua, tenetur redire ad vxorem si non potest induci vxor ad seruandam continentiam. Ancona de præst. eccl. q. 2. art. 5. Quòd si absque causa quis cogatur renunciare beneficium, renunciatio est nulla, de quo infra dicetur. Paris. ibi q. vlt.

Oportet

Oportet præterea, vt beneficium resignetur idoneo, aliàs est nulla, vel irritanda, qui verò sint ij qui eligi non possint, nec beneficia renunciari, dictum est supra, cap 3. & peccat resignans indigno, & fortè etiam digno omisso digniori, in quo tamen crederem satis esse, vt resignet æquè digno, ac ipse est, vt dixi sub cap. de Accept. Pers. in summa Moralis Theologiæ, vt & peccat accipiens beneficium animo id dimittendi cum pensione, vel permutandi cum simplici, vel vt accipiat vxorem. Nau. in Ench. de Orat. cap. 21. nu. 52. Sotus lib. 10. de iust. & iure & tali renuncians sciens etiam peccat, nisi sit beneficium simplex, vel vt alibi dixi.

Quò ad tertium verò, coram quo sit fienda, dictum est supra, quo verò ad formam qua renunciatio sit fienda, dicendum est, primo loco, quòd resignatio specificè, & expressè fieri debet. Zab. cons. 30. col. 4. Alex. cons. 225. num. 6. lib. 5. cum in dubio renunciatio non præsumatur facta. Paris. lib. 8. de resig. benef. quæst. 1. 4 Renunciatio qua forma sit fienda.

Secundo, debet fieri in scriptis. Abb. in cap. nosti. vlt. notab. de elect. licèt gratia solo verbo Papæ perficiatur, literæ tamen sunt necessariæ ad probationem, nec sine eis iudicari potest, ex reg. Cancell. de non iud. iuxta for. suppl. collatio tamen facta ab inferioribus Papa potest probari per testes quando literæ essent amissæ, cũ & coram ordinario debeat fieri coram notario, & testibus, in curia tamen non admittitur probatio per testes eo casu; in foro verò conscientiæ sufficit sola supplicatio. Masch. conclus. 843. nu. 30. quod intelligerem si non adsit clausula in supplicatione, vigore tamen literarum desuper conficiendarum, aliàs gratia eo ipso nulla sit; licèt etiam substantia gratiæ debeat probari per literas, circunstantiæ tamen possunt probari per testes. Maschar. ibi nu. 23. vt & qualitas resignationis, vt quòd metu sit facta. Maschar. concl. 1272. nu. 2.

Vnde in specie, licèt Papa renunciando, solo verbo possit declarare suam voluntatem, conuenientius tamen est, vt id fiat in Consistorio coram Cardinalibus, vt fecere Cyriacus, & Cœlestinus, vt ait Paris. d. lib. 8. q. 2. & 3.

Renunciatio etiam Cardinalatus fieri debet in Consistorio, vt inquit ibi Paris. q. 4. vbi & tradit formam seruatam per magnum Hetruriæ Ducé.

In renunciatione verò Episcopatus non proceditur per viam supplicationis, sed mediante promotione Consistoriali. Caputaq. decis. 298. par. 1. Paris. d. lib. 8. q. 5. vbi modum docet, iuxta quem Episcopi promouentur, de qua re actum est supra, cap. 3. Quòd si beneficia sint Consistorialia, de quibus Papa consu. uit disponere in Consistorio, resignatio eorum in eo fienda est, vt ait Paris. ibi q. 6. & formatur processus super qualitate promouendi, & in eo requiruntur omnes ferè qualitates requisitæ in promouendo in Episcopum, vt idem ibi dicit.

Quòd si beneficia sunt alterius qualitatis, resignantur, vel coram Papa, vel ordinarijs, si primo modo, sit supplicatio à copistis, in medietate vnius folij papiri, in qua continetur actus renunciationis, quæ porrigitur Reuerendiss. Datario, quæ reuidetur a quibusdam officialibus deputatis, à quibus in calce supplicationis ponitur summarium contentorum in ea, quod per Datarium legitur, vel refertur Papæ, qui signat supplicationem; fiat vt petitur, quo facto iterum tenetur ab officialibus qui solent apponere in calce, componat, si est reseruata pensio, vel fructus, & transmittitur ad officium paruæ datæ, cui officio Præpositus apponit datam diei, & mensis, & annum Pontificatus, & post datur officialibus præpositis super compositionibus,

tionibus, vbi soluitur compositio, si materia id exigit, qua soluta, supplicatio mittitur substitutis Datarij, qui illam ei porrigunt, vt apponat datam, qui scribit Dat. Romæ, &c. postea consignatur officiali de Missis, qui scribit in calce, Missa tali die, cum manu Datarij, qui officialis de Missis, aufert paruam datam, & summarium, & supplicatio mittitur ad registrũ, & vt est, registrata, auscultatur à magistris registri, qui illam mittunt in Cancellariam ad Notarium regentis Cancellariæ, vt eam distribuat inter abbreuiatores, & abbreuiator cui cõtigit, illam dat partibus, solutis quibusdam, & tunc pars facit confici minutam literarum, & curat vt pro perfectione resignationis præstetur consensus in Camara, vel Cancellaria per principalem, vel procuratorem legitimum, qui notarij notant dictum consensum in libris Camaræ, vel Cancellariæ, & à tergo supplicationis, & postea expediuntur literæ, solutis consuetis, à tergo quorum etiam notatur consensus, & illæ literæ plumbantur, & registrantur, & dantur partibus, quarum vigore fit publicatio, & capitur possessio; quandoque etiam supplicatio resignationis simplicis signatur à Cardinali Præfecto signaturæ gratiæ, postquam aliquis Referendarius apposuit manum in capite supplicationis, qui Cardinalis signat in loco vbi Papa solet signare, sic, cõcessum vt petitur, in præsentia Sanctissimi D.N. Papæ Clementis, vt ait Paris. d.lib.8.q.7. vbi & apponit varias formulas supplicationum simpliciũ, in fauorem, cum pensione, reseruatione fructuum, & huiusmodi, quæ in curia seruantur, sic vt vnus renunciet, alius supplicet pro impetratione, apponendo nomen resignantis, & quòd habet vnde aliundè viuat, & an sit ordinatus ad id beneficium, cum assignatione causæ renunciationis, ex certis causis animum suum mouentibus, exprimendo an beneficiũ sit simplex, vel curatum, & eius titulum, & locum vbi beneficium est situm, & diœcesis, & quòd renunciatio fit spontè, & liberè, & supplicatur à resignatario, vt admittatur resignatio, & sibi de illo beneficio prouideatur, exprimendo eius valorem, & sibi conferri quomodocunque vacet, &c. non obstantibus Constitutionibus, &c. & hanc partem Papa signat, vel Cardinalis deputatus à Papa, vt supra, & dicitur in præsentia Papæ, idest in eius palatio, vel de eius mandato, & vbi Cardinalis signat Præfectus signaturæ gratiæ, prius apponit manum vnus Referẽdarius gratiæ in latere sinistro, sic, I. Papius. & à eodem die conceditur gratia eiusdem beneficij, vni per fiat, alteri, per concessum, præponitur is qui habet per fiat, quod procedit vbi beneficium impetratur, in resignatione enim potest resignans præstare consensum vni supplicationi, etiam secundæ, & non alij. Moedan. decis. 179. in manuscr. imò & qui semel resignauit, ante consensum pręstitum, potest resignare; resignatarius tamen habet beneficium à Papa, non resignante, quia ius ei acquiritur ex prouisione Papæ, renunciante primo, & qui renunciauit cum pensione, potest postea consentire simpliciter; & clausula, non aliter, nec alio modo, respicit pensionem, & non personam in quam resignatur, cum resignetur in manibus Papæ ad fauorem, &c. quæ verba non attenduntur, quò ad resignatarium, sed tantum quò ad pensionem, &c. Tum literæ expediuntur, ex Constit. Iulij III. qui id mandat sub grauissimis pœnis, à tergo quarum ponitur nota præstiti consensus, & quòd literæ sunt registratæ in Camara, vt & à tergo ponitur postea nota publicationis resignationis, & possessionis apprehensæ. Et in literis impetrans absoluitur à censuris ad effectum obtinendi dictum beneficium, quod intelligitur etiam latis

tis

tis ab homine, modo in eis non insorduerit per annum, vt nec prodest dicta clausula irregulari ob notoriam fornicationem, nec hæreticis, nec committentibus falsum in literis Apostolicis, nec incendiarijs, violatoribus ecclesiarum, & alijs personis relatis in reg. 61. Cancell. Sixti V. is tamen non potest se ingerere in diuinis, sic vt supra, absolutus ad effectum &c. aliàs esset excommunicatus, vel irregularis. c. is cui. de sent. excom. in 6. nec posset habere beneficium ab ordinario absq; alia absolutione. Et ponitur clausula, quouisve alio modo vacet, quod intelligitur etiam si vacet per mortem, vel per personam extraneam à resignante, vel etiam in curia; quæ tamen clausula comprehendit tantum vacationem, quæ contingit tempore datæ, non quæ postea euenit, & clausula prædicta, siue præmisso, siue quouis alio modo vacet, complectitur etiam vacationem per priuationẽ. Additur etiam in literis, etiam si resignatio facta sit coram notario publico, &c. quæ licèt non valeat, vt suo loco est dictum, valere tamen Papa eã facit ad præiudicium resignantis, & de tali sic vacante, & si coram duobus notarijs sit facta, prouidet, apponitur & clausula etiam si tanto tempore vacauerit &c. etiam si deuolutum sit, & Consistorialiter disponi consuetum &c. Tum in literis Papa dat executores qui prouisum mittant in possessionem, & contradicentes censuris compescant, tum additur clausula, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, quæ tamen verba non comprehendunt regulas Cancellariæ, nec consensum patronorum laicorum; quandoque etiam derogatur indultis, reseruationibus, vnionibus, expectatiuis, cum clausula, quorum tenores &c. quæ tamen non operatur expressam derogationem, quando non fuit facta mentio de eo de cuius derogatione agitur. Caputaq. decis. 131. p. 1. & Papa etiam apponit clausulã, dummodo alterius non sit quæsitum, id enim non intendit tollere, & demũ ponitur decretum irritans, quod operatur nullitatem actus, si is pro quo est positum, id velit. Caputaq. decis. 251. par. 1. & ligat etiam ignorantes. Sarn. decis. 6. lib. 1. in manuscr.

Aduertendum etiam quòd super eadem supplicatione possunt expediri plures literæ diuersis temporibus, etiam non facta mentione de alijs expeditis. Paleotus decis. 161. in manuscr. si tamen literæ discordant à supplicatione remittendæ sunt ad corrigendum. Caputaq decis. 270. lib. 1. in manuscr. & recurritur ad matricem, etiam parte non citata. Mandos. etiam tractat quando præstitus consensus discordat à mandato, an debeat remitti ad corrigendum. in reg. Cancell. 27. de non iud. iuxta form. suppl. q. 24. Paris. d. lib. 8. q. 7. num. 32. vsque ad finem. vbi & ponit formam literarum in forma dignum.

Ad perfectionem verò resignationis in curia fiendæ, requiritur, vt præstetur consensus super ea per principalem, vel eius procuratorem, vt in regula Cancell. 40. Sixti V. sine quo non præstito in Camara, vel Cancellaria literæ non expediuntur, idq; ne quis inscio beneficiario porrigat supplicationem resignationis, & sic eum beneficio priuet, vt ait Boerius decis. 345. num. 5. qui consensus requiritur in resignatione cuiuslibet beneficij etiam si dignitas sit; si tamen est Episcopatus, hic consensus præstatur Cardinali, qui relationem est facturus per se, vel per schedulam, vt & Cardinales per schedulam manu propria subscriptam, & proprio sigillo signatam, consensum præstant. Cassad. decis. 2. de renunc.

Regulariter verò hic consensus præstatur in Camara, vel Cancellaria.

Crescent.

Crescent. decis. 105.lib.1. in manuscr. vt & intimatio reuocationis procuratoris ad resignandum mibi fit. Caputaq. decis. 31.lib.3.in manuscr. & si alibi consensus præstatur, non tenet. Puteus decis. 111.lib.3. qui quidem consensus, si principalis est præsens in curia, debet præstari per eum, si absens per procuratorem specialem, in quo est differentia, nam qui consentit per se, censetur consentire regressui ob non solutionem pensionis, nec opus est quòd literæ ei intimentur ad pœnas incurrendas, secus si per procuratorem. Peregr. decis. 88. lib.2. & præsens in curia non potest consentire per procuratorem Burs.cons. 395.num.28. vol.4. qui etiam consensus expressè debet præstari in Camara, vel Cancellaria penès notarios. Puteus deci. 10. nu.5.lib.2. vnde ad abdicandum ius à resignante non sat est consensus, qui colligitur ex supplicatione, nec qui dicitur paruus, vel parua data. Cortus decis. 16.in manuscr. qui datur à Datario, & remanet apud partes; vt nec sat est consensus tacitus, sed requiritur expressus, nec hic etiam si non præstatur in Camara, vel Cancellaria, cum antea licita sit pœnitentia. Puteus decis. 100.lib.2. nu. 5. & decis. 15. 17. & 19.de renunc. in manuscr. post quem præstitum in Camara, vel Cancellaria, abdicatur ius à resignante. Burs.cons. 393.vol. 4. & aliter præstitus consensus inualidus est. Puteus decis. 111.lib. 3.vt & si apponitur, quòd adhibeatur consensus Cardinalis, si non præstetur. Puteus decis. 282.lib.3.& sine dicto consensu literæ expediri non possunt, & inualidæ sunt si secus fiat, & requiritur nouus cõsensus. Caputaq. decis. 211.par.1. postquam tamen literæ sunt expeditæ, præsumitur præcessisse bonus consensus. Caputaq. decis. 213. parte 1. maximè si iamdiu literæ sint expeditæ. Maschar. de probat. concl. 417.nu.1. cum seq. quod tempus longum dicitur si sit decem annorum, idem Masch. ibi num.2.

Et si literæ prouisionis sunt reformandæ, non requiritur nouus consensus, quãdo est præstitus iuxta formam supplicationis. Caputaq. decis. 214. p.1.& si in vna supplicatione reseruatur regressus, in alia nõ, statur ei quæ non habet illum, cum is qui illum habet, debeat probare esse præstitum. Peregr. decis. 135.in manuscr. & hic consensus extenditur per Notarios in libris Camaræ, vel Cancellariæ, & ante extensionem, partes possunt pœnitere. Crescent. decis. 75.in manuscr. & parui consensus nõ considerantur, & consensus formalis scribitur à tergo, in supplicatione originali, & literis. Crescent. decis. 209. lib.1.in manuscr. & sine eo literæ, vel Bullæ non expediuntur, qui sit extensus à tergo ipsarum. Moedan. decis. 111. in manuscr. qui tamen consensus à tergo non scribitur, quando prouidetur de beneficio, & datur decretum dimittendi primũ in manibus Sanctissimi, quia beneficium vacat vigore dicti decreti, Notarij etiam non apponunt horam consensus præstiti. Non probatur verò præstitum esse cõsensum per publicam vocem, & famam, sed bene per Notarium Cancellariæ, & testes, & magis si in Bullis prouisionis id habetur, coram ordinario verò, si apud Notarium de hoc appareat; & visis literis renunciationis præsumitur adfuisse, vt supra. Puteus decis. 439.lib.1. & si dubitatur an consensus præstitus sit, debet probari. Vbi verò resignatio fit cum pensione, oportet vt vterq; consentiat, qui tamen consensus potest fieri separatim, & ante consensum vtriusque est locus pœnitentiæ, & si ante moritur resignans, beneficium vacat per mortem, & non per resignationem. Crescent. decis. 37.lib.1.in manuscr. & pensio est nulla sine consensu resignatarij. Caputaq. decis. 35.lib.3.

Quòd si consensus est nullus, quia fit præstitus, puta, per procuratorem

non

non idoneum, potest post expeditionem literarum tamen reconualidari. Caputaq.decis. 175. p.2. quod intelligitur si aliquis consensus fit præstitus, secus si nullus. Moedan.decis.85. quòd si reperiuntur plures consensus super diuersis renunciationibus, primus attenditur, ex d.reg.40. Sixti V. qui etiam consensus ponitur sub die datæ, & ad eam retrotrahitur etiã si multo post præstitus sit. Crescent.decis.36.lib. 1. nisi id sit cum præiudicio tertij. Puteus decis.268. lib.3. & nec si ex duabus supplicationibus præstetur consensus secundæ. Vbi etiam constat de consensu licèt conditionali, tenet tamen resignatio, etiam si non sit probatus euentus conditionis. Aug. decis.302.lib.2.

Derogatur tamen quandoque regulæ de præstando consensu, quando confertur beneficium absenti, cum reseruatione pensionis, cum eam Papa, sine consensu, possit assignare. Secundò, cum resignatur in fauorem absentis minoris, tertiò, quando reseruatur pensio iuxta concordiam, regulariter tamen non derogatur, & vbi id fit, debet fieri nominatim, & expressè: Hic verò consensus extendi debet in libris Camaræ, vel Cancellariæ intra tres menses in materijs Galliæ, in alijs quindecim dierum à die præstiti consensus, ex Bulla Clementis V. 1525. 30. Ianuarij, & sic seruatur. Cottus decis. 16. in manuscr. qui consensus intelligitur in hac Bulla de eo qui præstatur in Camara, vel Cancellaria pro expeditione literarum; & hic consensus requiritur etiam in resignatione conditionali, non aliter, nec alio modo; non autem habet locum regula de extendendis consensibus, in consensu præstando per resignatarium in resignatione conditionali, nec in consensu qui præstatur per Cardinales in prouisione beneficiorum vacantium per obitum familiarium; quòd si intra quindecim dies dictus consensus nõ extenditur, potest tamen denuò præstari in eadem supplicatione signata: non est tamen necessarium, vt in extensione consensuum apponitur data; & si consensus Cardinalium à notarijs admittitur, debet extendi; quid verò de consensu in cessione litis, an de eo intelligitur dicta regula, videnda Rota decis. 215. par. 1. coram Aldobrandino in impressis Venetijs. Paris. de resignat. benef. lib. 8. q. 8.

Quòd si resignatio fit coram ordinarijs, sic fit, nam volens renunciare ad eum accedit, animum suum ei significat, & vnico contextu præstat consensum, & notarius de hoc conficit instrumentum. Caputaq. decis. 209. lib. 1. in manuscr. Puteus decis. 455 nu. 3. lib. 2. & in hoc instrumento exprimitur nomen proprium Episcopi, sine cognomine, vt Antonius, miseratione diuina, & sanctissimæ Apostolicæ sedis gratia, Eps Cameric. salutem, &c. & exprimitur nomen Episcopatus, vt pateat an coram suo superiore renunciarit, & nomen, ac cognomen resignantis, & beneficium quod resignatur, & causa quæ eum ad id mouet .s. ex certis causis animum suum mouentibus, & q̃ renunciat non solum ecclesiam, sed omnia iura, & pertinentia, ad maiorem expressionem. Cœphal. D. præceptor meus cons. 135. nu. 20. lib. 1. vt & exprimitur, quòd renunciat liberè, non vi, dolo, vel fraude interueniente, ex Bulla quinquagesima octaua Pij V. & id iurat, vt & quòd non interuenit simonia resignans, tum admittitur admissio superioris, sic parte instante, cum appositione anni, mensis, & diei. l. generali. C. de tabel. lib. 10. & fit instrumentum resignationis, cum in hoc Episcopo non credatur Rebuff. in prax. tit. requisit. in literis collat. nu. 21. si verò renunciatio fit per procuratorem, apponitur nomen, & cognomen eius, & ostenditur manda-

tum, & conficitur in reliquis instrumentum, vt supra.

Facta resignatione, poterit ordinarius, etiam inferior, si id obtinet, iuxta clem. vnica. de suppl. negl. præl. beneficium conferre, si ad ipsum spectat facultas, nec sit reseruatum, & si resignatur per procuratorem, requiritur, vt ante præstetur ab eo consensus resignationi, alias nõ potest id conferre. Puteus decis. 455. lib. 2. dummodo id conferat liberè, & purè, sine pacto, conditione, vel modo, aut metu. c. si. de pact. & sine aliqua diminutione. c. grauis. de censib. & id fieri debet palam, aliter collatio est suspecta, vnde requiruntur testes, vel notarij, aliàs non creditur literis Episcopi. Aret. in c. post cessionem. col. 2. de probat. vt & requiritur, quòd conferatur idoneis, scientia, moribus, & ætate. cap. graue. de præb. c. cum in cunctis. de elect. & debent conferre intra tempus a iure concessum, aliter deuolutio fit ad proximum superiorem. c. 2. de concess. præb. Paris. d. lib. 8. de resig ben. q. 9. vbi & ponit formulas instrumẽti resignationis, & Bullarum tam simplicis, quàm curati; sic vt primo ponatur nomen Episcopi, & Episcopatus, tum salutetur is cui confertur, cum expressione eius nominis, & causa ob quam confertur, scilicet merita eius, & dicatur beneficium vacare per resignationem, quia modus vacandi, & personæ quæ obtinuit est exprimendus, & ordinarius non potest habere modos vacandi pro expressis. glo. & Doct. in c. 2. de præb. in 6. Tum exprimitur si beneficium est simplex, vel curatum, vel requirit residentiam, & exprimitur nomen sancti, & si est capella intra ecclesiam, exprimitur ecclesia, vbi sita est, & mandatur alicui posito in dignitate, quòd prouisum inducat in possessionem, & apponitur dies, annusque, cum duobus testibus saltem. Non apponitur tamen clausula, non obstante, quam Episcopus apponere non potest, qui tamen potest apponere decretum irritans, quod tamen non ligat ignorantes. Sarn. decis. 6. lib. 2. in manuscr. solus enim Papa ligat ignorantes. Soc. cons. 122. lib. 2. Nec vbi ordinarius confert, oportet, vt in collatione Papæ, exprimere beneficia, vel pensiones quas obtinet is cui confertur, nec valorem beneficij, nec possessionem coloratam alterius, nec dignitatem eius cui confertur, nec an beneficium habeat annexam iurisdictionem, vel dignitatem; nec ea demum, quę sunt nota, vel esse possunt Episcopo, vt nec cum Papa confert motu proprio. Dec. cons. 407. num. 21. Paris. ibi.

Quòd si parochialis est conferenda, concursus, & examen fieri debet, modo vt habetur tract. de Parocho, & examen denuò semper est fiendum, etiam quòd quis ante sit approbatus, cum semel approbatus, possit iterum reprobari. Oldr. cons. 27. & nouæ exceptiones obijci possint contra examinatum, & quia examen est de forma; Tum prouisus debet emittere professionem fidei, coram Episcopo, & Canonicus etiam in Capitulo, aliter ij non faciunt fructus suos, sed debentur fabricæ ecclesiæ, vel pauperibus, nec iste iuuatur triennali, vel longissima possessione, vt ait Paris. ibi q. 9. & habetur in Conc. Trid. sess. 24. c. 12. & ex Bulla Pij IIII. 114.

Consensus etiam quandoq; alterius, quàm resignantis, requiritur in resignatione, & primo patroni laici, vel clerici, post Papæ, vel Episcopi admissionem, aliter nulla est resignatio, nisi Papa ei deroget. Puteus deci. 412. qui tamen consensus sat est quòd interueniat post. Gemin. in cap. 1. de rerum permut. in 6. num. 16.

Si etiam beneficium est ad denominationem Cardinalis, requiritur consensus eius, & in fine apponitur conditio, de consensu tamen Cardinalis, vnde

vnde si is interim moritur, gratia est nulla. Puteus decis. 302. lib. 3. & hic consensus debet esse expressus, verbis, vel signis, vel apponendo manum in supplicatione, qui tamen consensus nõ requiritur in resignatione, quæ fit per familiarem alicuius Cardinalis; si etiam beneficium est electiuum, requiritur cõsensus eligentium. Zab. in clem. vnica. de renunc. Paris. lib. q. 10.

Ex his colligitur, quòd creditur literis Papæ asserentibus resignationẽ esse factam, etiam si dicat, in manibus præcessorum esse factam, nec admittitur probatio in cõtrarium. Natt. cons. 482. nu. 46. nisi dicat esse factam in manibus commissarij, vel ordinarij, sic enim eis non creditur, cum agatur de facto alieno. Crescent. decis. 115. lib. 1. in manuscr. id tamen inducit præsumptionem. Lapus alleg. 7. si etiam Papa dicit, talem renunciationem esse factam coram se per procuratorem, non ob id probat eũ esse legitimũ.

Si verò sunt literæ Episcopi testantis resignationem coram se esse factã, etiam si suo sigillo sint munitæ, non probant quòd beneficium vacet, nisi sint subscriptæ à notario, & testibus testantibus resignationem esse factam in manibus ordinarij, & ab eo admissam, & hoc est tutius, & si in ijs continetur, quòd procurator resignarit, debet de mandato constare. Puteus decis. 400. lib. 1.

Et ita resignatio probatur per literas Papæ, & per libros Camaræ, vel Cancellariæ, in quibus per Notarios sint extensi consensus, & per literas Episcopi, modo vt supra, & per instrumentum Notarij confectum super resignatione facta coram Episcopo. Puteus decis. 84. lib. 3. testes verò id asserentes inducunt aliqualem probationem; & in dubio renunciatio non præsumitur facta. cap. super hoc. de renunc. & id allegans, debet probare. Masch. de probat. concl. 1263. nu. 1. & 2. cum seq. Paris. d. lib. q. vlt.

Resignatarius præterea debet exprimere, & verificare ea quę habentur supra, cap. de Impetrat. benef. & supra, cap. de Collat. & Bullas super resignatione expedire, & possessionem apprehendere, ac verificare resignationem esse factam, & conditionem esse impletam, & familiaritatem Cardinalis, si eam narrauit in resignatione, & causam expressam in resignatione, & ea quæ narrauit in supplicatione, & induxerunt Papam ad facilius concedendum, & suam idoneitatem, scilicet, ætatem, scientiam, &c. parte opponente, vt inquit Paris. de resig. benef. lib. 10. q. 3. qui tamen non tenetur docere de titulo resignantis, sed sat est quòd alleget eius possessionem, & pro tali habitum esse vsque ad diem resignationis, & quòd per triennium pacificè possederit, quod tamen prodest tantum quò ad obtinendum in possessorio, secus vbi principaliter impugnetur titulus authoris, & ostenditur inualidus: vt si Episcopus ex officio inquirit, id sat nõ est, sed debet docere de suo titulo. Gemin. in c. ordinarij. §. 1. de offic. ordin. in 6. qui tamen non tenetur probare resignantem superuixisse, cum id præsumatur, & contrarium asserens debet probare. Paris. lib. 10. de resig. benef. q. 4. & 5. Et si beneficium est curatum, non requiritur in resignatione examen per concursum. Paris. ibi q. 7. Requiritur verò vt resignatarius acceptet resignationem; quæ tamen acceptatio non præsumitur, nisi constet per consensum præstitum, & expeditionem literarum, & possessionis apprehensionem, quæ tamen acceptatio præsumitur esse facta in tempore. Rota decis. 94. incip. Nota. in antiq. & ea perfecta tenetur ad soluendam pensionem, & onera beneficij, Horas recitandas, &c. vt ait Paris. d. lib. 10. q. 8.

Resignatio etiam coram ordinario non est recipienda, nisi constet quòd

resignans habeat vnde aliundè viuat, ex Bulla quinquagesimaoctaua Pij V. qui non potest id cedere, vel conferre resignanti, vel eius consanguineo, vel suo familiari, ex dicta Bulla; per hoc tamen non admitur quin ex causa possit fieri permutatio coram ordinario, & obtinens beneficiū per resignationem, vel permutationem, non tenetur docere de titulo sui prædecessoris, sed tantum quòd habitus fuit pro Rectore eius ecclesiæ. Bellam. decis. 545. Boer. decis. 42. nu. 30. Zerola in praxi ep. verbo, Renunciatio, nisi certis casibus, de quibus loco suo.

Potest etiam resignatio fieri simpliciter, & in fauorem, & hoc coram solo Papa, & vbi renunciatio fit in forma dignum in fauorem, resignans continuabit suam possessionem, donec resignatarius admittatur, qui si reijciatur, resignatio non valet, cum conditio non sit impleta. Tolos. tract. de benef. cap. 28. nu. 9. & 10. Puteus decis. 158. nu. 3. lib. 3. latè Anast. Germ. de indultis. § necnon quarumcunque. nu 20. cum seq.

Potest verò resignatio fieri per se, & per procuratorem, pro cuius intelligentia, aduertendum est, quòd is, & omnis potest constituere procuratorem ad resignandum, qui & potest resignare. Vitall. in clem. vnica. nu. 26. de renunciat. & etiam si sit infirmus. Paris. cons. 15. vol. 4. si mente sit sanus, & etiam constitutus in dignitate eam per procuratorem resignare potest, id verò non potest furiosus, demens, & mente captus. Paris. d. cons. nec ebrius, dormiens. Bellam. decis. 501. nec minores, & aliæ personæ quæ non possunt ad hoc constituere procuratores, de quibus supra, & Doct. in c. intelleximus. de iudic. omne verò beneficium potest renunciari per procuratorem, etiam Papatus, Cardinalatus, & Episcopatus, d. clem. vnica. modo habitum sit iam, vt supra est dictum, & potest quilibet etiam constitui procurator ad id qui non prohibetur etiam Cardinalis. Caputaq. decis. 209. p. 1. & laicus etiam glo. in d. clem. vbi Bonifac. & Zabar. & etiam ad permutandum. Rota decis. 8. nu. 5. de procur. in antiq. etiam ad resignandum plura beneficia. glo. in d. clem. Puteus decis. 98 lib. 3. Et hi procuratores quandoque constituuntur in solidum, & tunc quilibet eorum potest renunciare, & idem si adest clausula, promittens habere ratum, & gratum quicquid ab eis, vel altero ipsorum, actum, gestumve fuerit. Puteus d. decis. Si verò duo procuratores constituuntur cū libera, non intelliguntur in solidū. Dec. cons. 298. nu. 19. vt nec si constituuntur ad resignandum simul & in solidum, sic enim requiritur consensus omnium. Sarn. decis. 144. lib. 2. aliàs lib. 1. & tunc vnus post alium consentire potest, etiam si post resignans moriatur. Sarn. ibi, & vnus, ac idē constitui potest a resignante, & resignatario, procurator, licèt tutius sit, vt sint duo separatim: vt inquit Paris. de resig. lib. 9. q. 1. 2. & 3.

Non potest tamen regularis constitui procurator ad resignandum, vt ait ibi quæst. 4.

Procurator verò constitui potest ad renunciandum non solum coram Papa, sed & ordinarijs. Puteus decis. 445. lib. 2. modo liberè resignetur, & mādatum sit liberum coram ordinario. Paris. ibi q. 5.

Dupliciter autem constituuntur procuratores: primò, per literas missiuas: secundò, per instrumentum publicum, sic tamen, vt per literas porrigatur supplicatio, consensus verò sine instrumento publico præstari non possit. Caputaq. decis. 168. lib. 2. Paris. d. lib. 9. q. 6. Vnde mandatum ad resignandum debet esse confectum à notario, forma solita, iuxta tradita in c. post cessionem. de probat. Secundò, quòd sit obsignatum signo publico ordi

narij.

narij, vel communitatis, & melius esset vt vtrumque apponatur, cum subscriptione, sigillo, & rogitu notarij, & postea recognoscatur, & adsit dies, & locus. Caputaq.decis.98.par.2. Requiritur etiam vt procurator sit specialiter constitutus ad resignandum, Puteus decis.100.lib.2. non enim sat est mandatum generale, nec quod quis habet ad concordandum. Crescent. decis.213.in manuscr. & vlterius exprimi debet beneficium, & locus vbi est, cum non admittatur mandatum ad renunciandum omnia, & singula beneficia constituentis in fauorem.sed bene liberè, vt & ad acceptandū quæcunque beneficia; nec etiam sufficit generalis, & libera administratio, vt resignetur, nam procurator cum libera non potest resignare. Bursat.cons. 395.num.38.vol.4. cap.ad agendum. de procur.in 6. sed requiritur speciale mandatum, vt ait Paris. d.lib.9.q.7. vbi & ponit formulam mandati ad resignandum, subdens requiri quòd aliquis sit constitutus procurator expresso proprio nomine, alias non valet mandatum. l.2.ff de procur. sic requiritur, vt sit constitutus ad renunciandum spontè, & liberè. clem.vnica. de procur. si enim fiat metu, non valet. c.accedens. de procur. vnde apponitur clausula, quòd nec vis, nec dolus, &c. vt & requiritur, quòd instrumentum non sit cancellatum, aliàs non valet, modo cancellatio sit in loco principali, aliàs secus. Decius in l.fi. C.de edict.diui Adr.toll.num.7. vt & inspicitur si est factum manu diuersa, à Notarijs Camaræ, vel Cācellariæ, si tamen post resignationem cancelletur, nil refert. Bald.in l.si vnus.in fine. C.de testam. & mandatum relinquitur in Camara, vel Cancellaria, vnde, literis expeditis, qui dicit mandatum non fuisse bonum, debet probare, ob reuisionem tot peritissimorum virorum, vt inquit Card.sanctæ Crucis decis.83.in manuscr. Non requiritur verò consensus Capituli Cathedralis, ad resignandum beneficium in ea extans. Zab. in d.clem. vnica. num.8. de renunc. & in Cancellaria adhibetur magna diligentia, quòd mandatum sit validum, non ita in Camara, vbi tamen mandatur, vt remittant procuratorium validum intra certum tempus. Paris. d.lib.9.q.7.

Non potest verò procurator resignare ante acceptum mandatum, licèt habuerit literas esse confectum. Boerius decis.348.num 7. nec Notarij sine eo extendunt consensus. Caputaq.decis.168.lib.2. Masch.de probat. conclus.1004. & sat est, quòd hoc mandatum recipiatur etiam à tertio, licèt non à principali. Paris. ibi q.8.

Et si mandatum fiat coram Papa, potest in eo inseri, quòd renuncietur in fauorem talis, nec aliter, nec alio modo, coram ordinario verò non, aliàs esset simonia, & ius non abdicatur à resignante. Peregrin. decis.144. lib.2. Paris. d.lib.q.9. qui & ait, si mandatum sit factum ad renunciandum in manibus Papæ, vel ordinarij ad fauorem certæ personæ, posse procuratorem liberè resignare coram ordinario, vt euitetur simonia, etiam si ordinarius post resignet liberè ei cui is mandauerat. Paris.conf. 15.nu.14.vol.4. licèt tutius sit alteri beneficium conferre, ob Bullam trigesimamtertiam Pij V. tutius tamen esset hoc casu abstinere a resignatione ne voluntas mandantis eludatur. Non potest tamen quis simul constitui procurator ad acceptandum beneficium, & id resignandum. Menoch.de recup.poss.num.272. 273. & 274. cum & mortaliter peccet accipiens beneficium animo id resignandi indebitè, vnde in curia, de stilo, quando datur examen, apponitur clausula, dato prius iuramento, quòd illud non recipiat animo renunciandi. Paris. d.lib.9.q.10.

Non

Non potest etiam procurator rogari vt notarius ad resignandum beneficium in eius personam. Rebuff. in praxi tit. de procur. ad resig. nu. 6. Paris. ibi q. 11. Sic nec præsens in curia potest constituere procuratorem ad resignandum, & consentiendum resignationi, ex reg. Cancell. Sixti V. quadragesima. Gig. de Pens. q. 11. etiam si Cardinales resignant sua beneficia, quod tamen non procedit cum resignatur in Camara, nam ibi notarij recipiunt procuratores etiam præsentium: ex reg Cancell. quartadecima Innocentij VIII. vt & præsens in curia potest constituere procuratorem ad renunciandum in partibus. Paris. d. lib 9. q. 12. Vbi verò quis recepit mandatum ad resignandum, si supplicatio est signata, debet resignare infra sex menses datos ad publicandum, ea verò non signata, potest resignare etiam post quatuor annos à die recepti mandati. Moedan. decis. 217. de renunc. Paris. ibi q. 13. & vbi beneficium est resignatum, dicitur vacare in loco vbi resignatio est facta, non autem vbi moratur, quod tamen vbi vacat per resignationem, non dicitur vacare apud sedem. Paris. ibi q. 14. Et resignatio trahitur retro ad diem confecti mandati, licèt postea fiat, quò ad amittendam possessionem, & proprietatem. Paris. ibi q. 15. Effectus verò mandati est, vt resignario facta per procuratorem ita valeat, ac facta per principalem. Cassad. decis. 1. num. 1. de renunc. etiam si supplicatio iam sit signata, vnde solet constitui, cum clausula, iuxta formam supplicationis desuper signatæ, vel signandæ, quod denotat supplicationẽ esse signatam mandato principalis, etiam si sit constitutus ad consentiendum reseruationi pensionis, vel fructuum; si quis cedat, qui tunc potest consentire huiusmodi reseruationi etiam cum conditione, si is cedat, non autem potest consentire translationi pensionis, nisi dicatur, vel nisi adsit clausula, ad consentiendum regressui, vel accessui. Caputaq. decis. 187. lib. 2. Paris. ibi q. 16.

Potest verò procurator constitui ad resignandum simpliciter coram ordinario, & cum conditione coram Papa, modo fines mandati seruentur, alias nulla est resignatio. Seraph. decis. 275. cum mandatum strictissimè sit interpretandum. Paris. cons. 143. nu. 35. vol. 4. Et si in mandato continetur, quòd resignet ad fauorem talis, si renunciat in fauorem alterius, resignatio est nulla. Ptolom. decis. 102. Vt & si constituitur ad resignandum reseruatis fructibus, si fructus non reseruentur, resignatio est nulla, si tamen Papa id nõ concedit, & procurator vtitur diligentia, vt id habeat, si obtinet medietatem, resignatio tenet, vel si pensionem æquam obtinuit, & si mandatum continet quòd resignet cum fructibus, denominatione, voce, & stallo, si obtinet tantum fructus, non tenet. Caputaq. decis. 81. par. 3. etiam si adsint verba, prout bene visum fuerit procuratori, ex hoc enim non potest donare, sed id refertur ad expeditionem, & intelligitur arbitrio boni viri. Vnde si mandetur resignari beneficium septem cẽtum ducatorum, cum reseruatione fructuum, remanentibus quinquaginta pro Rectore, si is obtineat pensionem ducentum quinquaginta ducatorum, resignatio non valet, etiam si adsint verba, & prout Sanctissimo D. N. placuerit, & procuratori bene visum fuerit, vt nec constitutus ad resignandum, modo, & forma procuratori bene visis, potest consentire translationi pensionis, vel regressui. Paleotus decis. 302. Burs. cons. 395. vol. 4. Quandoque constituitur procurator ad resignandum reseruata pensione centum, & debet id seruare, aliàs resignatio non valet. Paleotus decis. 299. & si cõstituitur ad renunciandum cum pensione propter labores, & omittat hanc causam, resignatio non tenet.

net. Paleotus decif.204. Burf.d.conf. & fi mandetur, vt penfio fit libera, & exempta, fi impetratur non libera, non valet. Moedan.decif.183. de probat. fi verò non mandetur, vt referuetur libera, & is impetret exemptam, & poftea in præftatione cõfenfus, & literis id non dicit, valida eft. lib. diu. decif.279. & fi mandetur, vt refignetur cũ penfione foluenda, etiam literis non expeditis etiam per fucceflorem, fi dicta claufula non adeft (literis non expeditis) refignatio non tenet. Conftitutus tamen ad confentiendum penfioni, cum quibufuis alijs decretis, vinculis, & obligationibus, & claufulis, quibus procuratori vifum fuerit, non poteft confentire tranflationi penfionis. Puteus decif.524. lib.2. fi tamen adeft poteftas confentiendi acceffui, & regreffui, venit & tranflatio. Caputaq.decif.187.lib.2. fi verò conftituitur ad refignandum in fauorem perfonæ à procuratore nominandæ, poterit renunciare in fauorem cuius voluerit, qui tamen feipfum nominare non poterit. Paleotus decif.249. Burf.conf.380. vol.4.

Et fi data fuit facultas refignandi, referuata penfione fuper iuribus, fructibus, prouẽtibus, & diftributionibus quotidianis, quæ refidentes, & intereffentes lucrantur, fi in referuatione, omiffa funt verba, intereffentes, & refidentes, valet tamen refignatio. lib. diu. decif.112. at mandato dato ad caffandum penfionem, vt alia fibi valida referuetur, hoc non fecuto, prima non priuatur. Moedan. decif.80. Sic mandàns refignari referuara penfione, fi referuantur fructus, refignatio non valet. Burf.d.conf.395. vt & fi mandetur refignari cum penfione, cum pœna priuationis in euentum non folutionis, fi referuetur penfio fine dicta pœna, refignatio non tenet. Decius conf.493. fi verò conftituitur ad confentiendũ referuationi penfionis (literis non expeditis) nec intimatis, & vt poffit alia quæ dominus facere poffet; poterit confentire penfioni cum pœna priuationis. Profp.decif.118. Quòd fi quis refignare iubeatur, cũ certis conditionibus, & is refignet fine illis, & poftea dominus ratũ id habeat, refignatio tamen non tenet. Caput. decif.3.lib.2. Quòd fi quis conftituitur ad refignandum in fauorem Petri, modo, & forma ei bene vifis, poterit ei referuare quam penfionẽ voluerit. Paleotus decif. 302. qui tamen tunc non poterit refignare conftituta ea in fauorem tertij. Paleotus ibi. Burf.d.conf.395. vol.4. Quòd fi quis conftituitur ad refignandum cũ referuatione regreffus, & coadiutoriæ, fi aliter refignatio fit, non valet, etiam fi Papa ea non concedat. Io. Paul deci.112. fi nullam diligentiam adhibuit ad ea obtinenda, vt ibi ait: Si etiam conftituitur ad refignandum cum penfione, & regreffu, tunc requiritur, vt id obtineatur, & fi procurator confenfit cum penfione fine mentione regreffus, mandato id continente, cenfetur regreffui confenfiffe; quandoque conftituitur ad renũciandum fimpliciter, vel cum aliqua recompenfatione; quibus cafibus fines mandati funt feruandi. Aug.decif.1.nu.7.de procur.lib.2. aliàs renunciatio eft nulla, etiam fi Papa gefta procuratoris admiferit. Parif. conf.19.nu.15. vol.2. vnde conftitutus ad renunciandum coram Papa, non poterit id agere coram ordinario, & idem fortè ècontra; nifi dicatur, coram Papa, vel ordinario; quòd fi mandetur renunciari cum penfione, & facultate illam transferendi, fi Datarius hoc vltimum annullet, valet tamen, vt ait Puteus decif.524.lib.2. Vt & valet renunciatio non feruata forma mandati, vbi conditio principalis eft melior facta. Aragon.dec.41. vt fi mandatum eft refignandi liberè, valet refignatio referuata penfione, & regreffu. Crefc.dec.219.lib.1. vel fructibus, & in fimilib. vt ait ibi Parif.q.17.

Tenetur

Tenetur verò procurator edere mandatum ad instantiam resignatarij, quod ei dedit. Sarn.decis. 134.lib.1 in manuscr. qui tamen procurator, datus ad concordandum cum quibusuis conditionibus, non potest resignare. Card.in clem.1.q.1. de renunc. & supra est dictum. Paris.d.lib. q. 18. & 19. quòd si procurator datus ad resignandum beneficium super quo habebat regressum per cessum, vel decessum, id agit, sibi non præiudicat. Abb.in cap. ex literis. de translat. Paris. ibi q.20. quòd si constitutus ad resignandum pro Petro, & is literis expeditis, reperiatur incapax, & inhabilis, ius non abdicatur à resignante, cum non sit effectum resignatarij, vt requiritur. Caputaq.decis.84.p.3. Ptolom.decis.100.& 102.in manuscr. etiam si hic sit excommunicatus. Paris. ibi q.21.

Vbi verò renunciatio est facta, præsumitur facta cum mandato, Simon. decis.36.in manuscr. sine eo enim literæ non expediuntur in curia, vel coram ordinario, quod magis procedit si resignatarius accepit possessionem, & fructus percepit. Cald.cons.4.de proc. & maximè si interuenit temporis diuturnitas. vel tertius opponit. Paris.ibi q.22. Quòd si duo mandata sint confecta eodem die, loco, anno, mense, notario, & testibus, quorum vnum sit ad resignandum simpliciter, alterum in fauorem, vel permutandum, neutrum est validum. Moedan.decis.57. de fide instrum. si tamen vnum sit confectum hodie, aliud cras, secundum præualet, si fuit intimata reuocatio, nec sunt correspectiua, vt ex eis arguatur simonia. Vbi verò procurator est constitutus à resignatario ad consentiendum pensioni, vel reseruationi fructuum, in euentum, quòd sibi prouideatur de tali beneficio, potest consentire etiam ante, cum conditione, si ei prouideatur de beneficio, non potest tamen consentire translationi pensionis, etiam si adsit clausula, cum expressione &c. Paris. d.lib.9. q.23.

Expirat verò mandatum ad resignandum, morte mandantis. glo.& Doct. in clem. vnica. de renunc. etiam si procurator ignoret mortem. Zenzelli. ibid. modo mors probetur per famam, vel vestes lugubres consanguineorum, vel duos testes afferentes eum vidisse mortuum. Maschar.de probat. conclus. 1070.& 1072. Si tamen ante mortem supplicatio signata sit, potest procurator post mortem præstare consensus. Cassad.decis.1.de renunciat. Caputaq.decis.395.lib.2.Crescent. decis.210.lib.1. in manuscr. & etiam talis procurator potest tunc cogi post mortem ad præstandum consensus in Camara, vel Cancellaria pro expeditione literarum. Caputaq.decis.396. lib.2. & etiam si probetur constituentem ante mortem mutasse voluntaté, si non fuit intimata. Caputaq.ibi. Peregr.decis.17. in manuscr. & etiam si resignatio sit conditionalis.

Fallit tamen si principalis porrexerit supplicationem, & postea constituit procuratorem ad consentiendū resignationi, reuocatur enim per eius mortem. Puteus decis.92.lib.2. vnde procurator probare debet se supplicationem præsentasse, per testes, & registratorem. Caput.decis.206. lib.2. in manuscr. vel sollicitatorem, vbi manus apposita est eius, & nō procuratoris, sed si non adest manus à tergo supplicationis, porrectio supplicationis probatur per duos testes, vel vnum idoneū, alijs concurrentibus. Orad. decis.108.lib.2. in manuscr. Fallit etiam quando procurator porrexit supplicationem vi literarum, & non mandati, nam mortuo principali non potest præstare consensus. Puteus decis.360.libro 2. Tertiò, intelligitur, vt procurator post annum obitus non possit præstare consensus, nec vbi in

vita

vita non est vsus mandato. Paris. lib. 9. de resig. benef. quæst. 24.

Secundò, expirat mandatum ad resignandum, si procurator ad id constitutus reuocetur. Zabar. & Bonifac. ac alij in d. clem. vnica. quod procedit etiam si reuocetur tacitè, constituendo alium procuratorem coram eodem, vel alio. Zab. in d. clem. nu. 14. dummodo reuocatio fiat ante præstitum consensum formalem in Camara, vel Cancellaria. Puteus decis. 106. lib. 3. post enim non potest in resignatione se intromittere inuito resignatario. Cassad. decis. 21. super reg. Cancell. ante enim potest reuocari etiam post signatam supplicationem, & præstitum paruum cõsensum, & solutam compositionem. Cottus decis. 16. oportet tamen, vt reuocatio procuratoris, vel tacita, vel expressa sit intimata procuratori. Doct. in d. clem. Puteus decis. 302. lib. 2. ante enim scientiam reuocationis si procurator præstet cõsensum formalem, tenet. Card. Bonifac. in d. clem. cum commun. Crauett. cons. 76. nu. 1. vt & permutatio. Lapus in c. fi. de procur. in 6. nec etiam sat est, quòd procurator sciat reuocationem, nam adhuc potest resignare, sed oportet, quòd ei sit intimata reuocatio. Zab. Bonifac. in d. clem. Caputaq. decis. 224. p. 1. Si tamen procurator esset metu constitutus, teneret reuocatio, inscio procuratore. glo. in d. clem. dummodo metus sit iustus, arbitrio iudicis. Ruin. cons. 121. nu. 21. vol. 4. & idem procedit quando per malitiam procuratoris, vel eius in cuius manibus renunciatio erat facienda, non potuit fieri intimatio ante cessionem, sat enim est reuocatio. Card. in d. clem. n. 22. & idem si dominus moritur antequam procurator renunciet, censetur enim procurator sine intimatione reuocatus.

Ex quibus sequitur, quòd si quis constituit procuratorem ad renunciandum in manibus Papæ, non teneat renunciatio facta in manibus ordinarij, non facta prius intimatione reuocationis. Barbat. cons. 49. vol. 4. cum communi. Bocr. decis. 207. nu. 6. Quòd si eodem die dominus, & procurator renunciauit, si non constat de intimatione procuratoris reuocationis, præfertur eius renunciatio, alijs domini. Paris. d. lib. 9. q. 24.

Hæc verò intimatio reuocationis procuratoris, sat est quòd fiat in Camara, & Cancellaria, sic enim procurator non poterit amplius consentire. Caputaq. decis. 31. lib. 3. sat est enim, quòd reuocatio fiat apud acta. Puteus decis. 110. lib. 2. modo fiat in vtroque loco. Crescent. decis. 105. in manuscr. Secundò, potest fieri huiusmodi intimatio reuocationis ipsi procuratori. Thom. de Tan. decis. 34. in manuscr. quandoque debet tamen intimari soli procuratori, vt ibi ait, & si sunt plures, omnibus intimari debet reuocatio, aliter is cui non est intimatum, poterit resignare. clem. 1. de appellat. Rebuff. de reuocat. procur. num. 2.

Hæc autem intimatio reuocationis sic fieri debet, vt absens à curia, constituat alium procuratorem existentem in ea, cui mandet, vt reuocet mandatum, vel ipse constituens coram notario, & testibus, reuocet procuratorem à se constitutum, auferendo ab eo omnem potestatem, & alium constituat ad intimandum in Camara, & Cancellaria, & vbi opus sit, in eodem instrumento, & tunc secundus procurator curiæ recepto mandato, quandoq; per cursorem facit illud intimari procuratori reuocato, tunc in actis vnius ex Notarijs Camaræ, & Cancellariæ exhibere mandatum reuocationis, qui Notarij notant in libris ipsam reuocationem, & etiam potest impetrare à Cardinali Camerario inhibitionem, qua vetetur Notarijs Camaræ, & Cancellariæ, & eorum substitutis, ne extendant consensum resi-

gnationis talis beneficij per talem, sub pœnis, & censuris; quæ inhibitio per cursorem intimatur cum dimissione copiæ singulis. Quòd si resignans est præsens in curia, potest per cursorem intimare procuratori reuocationem, & Notarijs Camaræ, & Cancellariæ, vt inquit Paris. d. lib. 9. q. 26. Rebuff. tamen loco cit. dicit, sufficere literas missiuas, quæ legantur ab amico procuratori reuocato, coram notario, & testibus, quibus reuocatio contineatur, primi tamen modi sunt tutiores; & si resignatio est ad fauorem cum reseruatione pensionis, vel fructuum, sat est intimare principali, scilicet resignatario, qui habet consentire, reuocationem procuratoris, etiam si est simplex resignatio. Moedan. decis. 184. col. 3. Puteus decis. 428. lib. 1. Thom. de Tan. decis. 34. in manuscr. & sat est etiam quòd resignatarius sit testis in instrumento reuocationis. Caputaq. decis. 100. p. 2. Quòd si resignatio est fienda coram ordinario, reuocatur procurator intimando ordinario reuocationem, vel ipsi procuratori, vel notario, si non dedit mandatum procuratori. Paris. d. lib. 9. q. 27. Similiter si procurator constitutus cum mandato ad renunciandum, post recipit literas à domino, vt vlterius non procedat, nisi denuò certioratus, non potest resignare. Card. sanctæ Crucis decis. 131. etiam si supplicatio esset signata, non tamen præstiti consensus. Crescent. decis. 37. in recoll. in manuscr. Quòd si is qui dedit mandatum ad resignandum post est effectus furiosus, si supplicatio erat signata, non reuocatur ob furorem, si verò res est integra, censetur reuocatus. Fab. decis. 23. in manuscr. Paris. ibi q. 28. & 29. quòd si duo sint constituti procuratores, & primus resignauit, ac secundus, mortuo tamen principali, tenet prima renunciatio. Paris. ibi q. 30. Quòd si procurator est constitutus ad resignandum cum iuramento de non reuocando, adhuc tamen potest reuocari. Burs. cons. 393. nu. 21. vol. 2. cum communi. nec valet consuetudo in contrarium, sic tamen reuocans est periurus, vt ibi dicit, si sine causa iusta reuocauit, alias non est periurus. Boerius decis. 207. quòd si quis reuocet in Camara mandatum resignationis, & eadem die fit resignatio, præsumitur prius facta resignatio, quàm reuocatio; & sat est consentire eo tempore quo durat mandatum, vt ibi ait Paris. q. 31.

Cessat etiam mandatum per priuationem resignantis. Rebuff. cons. 93. nu. 14. & idem si sit translatus, vt ait Paris. d. lib. 9. q. vlt. Et ita reuocatur procurator morte, & translatione, ac priuatione principalis, & furore, si nil est actum, modo vt supra, vt & si reuocetur, & intimetur in Camara, vel Cancellaria procuratori, & resignatario, & quandoque Notario, modo, vt supra est dictum.

Aduertendum præterea, quòd resignatio, quandoq; fit cum reseruatione omnium fructuum pro resignante, quod fieri potest à solo Papa, cum id sit diuidere quodammodo beneficium; contra. c. maioribus. de præb. Rebuff. de reseru. tam generali, quàm speciali. nu. 17. idque loco pensionis annuæ, & cōceditur ne resignans nimium dispendium patiatur, & vt viuere possit, & etiam quandoque conceditur reseruatio administrationis, nominisve, aut denominationis, stalli in choro, & loci in Capitulo, habitationis, & distributionum quotidianarum, & quandoque conferendi beneficia vacantia, & vbi reseruantur fructus, apponitur clausula, quòd resignans illos possit propria authoritate percipere, quod efficit, vt dicatur continuare possessionem. Paris. cons. 39. vol. 4. quòd si nō adest dicta clausula, debet eos percipere de manu Rectoris. Rebuff. loco cit. nu. 13. requiritur tamen consensus

consensus

sensus Rectoris in reseruatione omnium fructuum, nec opus est exprimere pensionem super eis impositam, licèt secus sit vbi imponitur pensio super beneficio alia grauato, prioris enim est fienda mentio, aliàs impositio secunda est nulla. Cassad. decis. 3. de Pens. quòd si pensio centum alicui conceditur, vel reseruatio fructuum, si cœpit exigere pensionem, non potest post fructus percipere. Puteus decis. 114. lib. 3. Et reseruatio omnium fructuum conceditur senibus, vel ijs qui diu seruierunt beneficio, vt sustentari valeant. Oldr. cons. 275. volum. 2.

Hodie verò raro conceditur, & minus reseruatio administrationis, & iurisdictionis, nisi pro Cardinalibus, ex Constit. Alexandri VI. & in prædictis, dummodo centum remaneant Rectori in curatis, & mille in Episcopatibus, Conc. Trid. sess. 24. cap. 13. ver. ad hæc. Et vbi resignans reseruat sibi fructus, denominationem, stallum in choro, & locum in Capitulo, habetur loco titularis, si verò fructus tantum, loco pensionarij. Sarn. reg. de annali. quæst. 60. nec primo casu habet locum regula de publicandis resignationibus.

Quandoque verò resignanti reseruatur medietas fructuum loco pensionis annuæ. Rebuff. in praxi de resig. nu. 15. modo ex alia medietate Rector viuere possit, & onera soluere. cap. susceptæ. de elect. in extrauag. Ioannis XXII. Quòd si reseruentur fructus qui exprimuntur vigintiquatuor tantum, quorum maior pars cõsistit in massa grossa, & ascendunt ad quatuorcentum ducatos, is cui medietas reseruatur, habebit ducentũ, & non duodecim ducatos. Aragon. decis. 38. Et vbi medietas conceditur, non percipitur propria authoritate, sed de manu Rectoris, & assimilatur is pensionario, & est fienda mentio alterius pensionis super dicto beneficio impositæ, quia non præsumitur Papam velle grauare beneficium duplici onere, aliàs est nulla, & ideò non impleta conditione ius non abdicatur à resignante. Caputaq. decis. 86. p. 3. quandoque & reseruatur tertia pars fructuum, quæ est magis iusta; & denominatio solet dari renuncianti Cathedralem, vel Metropolitanam; & vbi quis reseruat sibi omnes fructus potest dicere de attentatis post resignationem ratione sui interesse. Cottus decis. 137. in manuscr. Paris. lib. 6. de resig. benef. q. 2.

Reseruatur & quandoque regressus ad beneficium in euentum non solutionis pensionis, qui licèt concedi passim non soleat, nisi titulari renuncianti, tamen ex stilo conceditur etiam in alijs pensionibus, qui habet locum etiam contra successorem, modo cœperit agere aduersus primum, vel si secundus est debitor, aliàs non, sed non procedit, nisi volente pensionario, & cessat vbi recipiuntur pensiones decursæ. Paris. d. lib. 6. q. 3. dummodo non sit protestatus sibi non præiudicare, qui & in fine ait, q. si est cassata pars pensionis impositæ cum regressu, ibi cessat regressus, nõ autem vbi est imposita super pluribus beneficijs, sic enim procedit quò ad omnia, & vlterius in regressus effectu requiritur iudicis canonizatio, vt ibi ait in fi.

Regressus etiam quandoque ad beneficium conceditur, vt si resignatarius primus moriatur, beneficium reuertatur ad resignantem, quod à solo Papa concedi potest, idque causa vtilitatis ecclesiæ, vel necessitatis, vt si qui diu seruiuit ecclesiæ, senex illam renunciat, nec habet aliud beneficiũ ex quo viuat; vt & habet locum regressus si resignatarius resignet simpliciter, vel consequatur incompatibile; & vbi habet locum regressus, potest ad id reuerti propria authoritate. Paris. d. lib. 6. q. 6. late de hoc agens,

qui regressus, quia hodie sublati sunt, ex Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 7. & ex Bulla 136. Pij V. ideò supersedeo de his vlterius agere.

Quandoque in resignatione reseruatur pensio, de qua late habetur supra, cap. de Pensionibus.

5 Renunciatio qualiter publicanda.

Requiritur praeterea ex forma resignationis, quòd fiat eius publicatio, pro cuius rei intelligentia, aduertendum est, circa publicationem resignationum, mandari eam fieri, ex regulis Cancellariae summorum Pontificum, & ex Bulla 182. Pij V. & 87. Gregorij XIII. quae in totum annullat Bullam Pij V. etiam quò ad extensionem consensuum, ob clausulam, ibi positam, non obstantibus praedicti Pij, & alijs omnibus aliorum nostrorũ praedecessorum Cõstitutionibus, vt inquit Bart. in extrauag. ad reprimendam vt latè explicat Paris. in prohoem. lib. 11. quae publicatio est introducta, ne resignantes in perniciem suarum animarum se intrudant in beneficijs, cùm per resignationem omne ius amittatur, & tamen fructus percipiant, quos tenentur restituere. Paris. cons. 143. nu. 8. vol. 4. sacramenta ministrando, ordines conferendo, & beneficia, quae intrusus agere non potest. Doct. in cap. ex frequentibus. de instit. & collatio beneficiorum facta ab excommunicato, non tenet, etiam si sit occultus, quando est intrusus, & ipse id ignoret. Imola in c. cum dilectus. nu. 28. de consuet. Tum ne parochiani cum ijs contrahant, & soluant eis decimas, & denuò veris Praelatis eas soluere teneantur. Bal. in c. ex literis. col. pen. de restit. spol. contractus enim ab intrusis confecti sunt nulli, cum careant titulo. Capuc. decis. 379. lib. 1. Tum ne ordinarij eludantur, si enim decedat resignans, conferrent ea beneficia, & postea detecto esse iam resignata, collatio non teneret. Sarn. de public. resig. q. 3. vnde & lites orirentur inter prouisos ab ordinarijs, & resignatarijs, quibus est obuiandum. Bald. in l. 1. C. de nouo cod. comp. Tum vt tollantur successiones, quae in beneficijs vetantur. cap. cum decorem. de filijs presbyt. & ex alijs quae deducit Paris. d. lib. 11. q. 1.

Hęc verò publicatio, ex d. Bulla Gregorij XIII. si fiat in curia de beneficijs vltra montes, debet fieri intra noué menses, citra, intra sex; extra curiam verò hi coram quibus fiunt renunciationes, debent eas reijcere, vel admittere infra mensem, & intra eundem conferre illa beneficia vacantia per resignationem, aliàs si praedicta non fecerint, sunt priuati illa vice disponendi de dictis beneficijs, & deuoluitur eorum dispositio ad Papam, etiam si sint Episcopi, Archiepiscopi, Legati de latere, & Cardinales, recipientes resignationes iure ordinario, & ratione indultorũ, & ex facultate à Papa concessa, & prouisus ex collatione sibi facta ab ordinarijs, vt supra per resignationes factas in eorum manibus, debet publicare id intra tres menses, aliter collatio est nulla, & beneficium vacat ipso iure, & potest impetrari à quolibet, & similiter intra dictos tres menses debet capere eius possessionem, quae procedunt etiam in permutatione facta extra curiam, ex dicta Bulla 87. Gregorij XIII. quod tempus trium mensium currit à die datae, ex d. Bulla, & à prima si plures sint datae, ex dicta Bulla, etiam si resignatarius statim, expeditis, vel non, literis, resignet in fauorem alterius, ex d. Bulla, vnde ante publicationem potest quis resignare, & vltimus tantum tenetur publicare, si tamen factae sint duae resignationes eidem, & prima sit annullata ob non publicationem, non poterit ex secunda beneficia consequi, cum ius ab eo iam sit abdicatum. Sarn. de public. q. 18. col. 1. & fi.

Et licèt Papa moriatur intra tempus datum ad publicandum, tamen ad-

hue

huc resignatarius tenetur publicare sede vacante, vel tempore successoris intra idem tempus præscriptum, vt ait Parif. d.lib. 11.q.2. quod intelligerem, dummodo Bullas habere potuerit à curia, vel per eum steterit quominus habuerit, cum sine literis publicatio non fiat, & alijs casibus, de quibus infra in fallentijs huius regulæ, videtur excusandus.

Hæc verò publicatio fieri debet de omnibus beneficijs resignatis, simplicibus, vel curatis, ex d.reg.Cancell. & Bulla Gregorij. Crescent.decis.57. lib. 2. in manuscr. etiam si sint reseruata, & patronata. Caputaq.deci. 319. lib. 1.in manuscr. & ex d. Bulla Gregorij XIII. §.cæterum. Si verò sint beneficia Consistorialia, si quidem sunt Episcopatus, & Archiepiscopatus, non requiritur publicatio. Rebuff.reg.de public. glo. 1.in fi. Si verò sint inferiora Consistorialia; vt Abbatiæ, quæ solent etiam extra Consistorium prouideri, sic requiritur publicatio. d.§.cæterum si verò tantum in Consistorio prouidentur, sic non requiritur. Rebuff.ibi. Renunciatio etiam beneficij electiui est publicanda. d.§.cæterum. & etiam si sit litigiosum. ex d. Bulla Gregorij XIII. vbi & determinat an lis finiri debeat cum resignante, vel resignatario. Si etiam sunt hospitalia data in titulum, vbi per electionem prouidetur, publicatio est fienda, & etiam si dantur in administrationem, quo casu hi æquiparantur tutoribus, & curatoribus, ex Rota; & etiam beneficia regularia sunt publicanda, etiam si sit resignatio præceptoriæ religionis Ierosolymitanæ; quod tamen non procedit in dimissionibus quæ fiunt sine titulo, & collatione, intra tempus vacantis, & mortuarij, quia hæ dimissiones non inducunt nouam vacationem, sed habent vim magis non agnitionis, & optionis, quàm resignationis propriæ: vt inquit Parif. ibi quæst.3.

Et cum resignatio fieri debeat omnium beneficiorum, sequitur, q. quilibet resignatarius teneatur publicare, ex d.Bulla 87. etiam si sit officialis curiæ. Sarn.de public q. 12. & etiam Cardinales. Moedan decis.141.in manuscr. Puteus decis.1.95.lib. 1. & ex d. Bulla Gregorij, & etiam exempti, ex d.Bulla in eius generalitate. Abb.in c.graue.de præb. & si resignatarius resignauit, etiam si primus publicauit intra tempus, secundus tenetur publicare, ex d. Bulla, ex quo colligitur posse aliquem renunciare intra tempus datum ad publicandum, & secundus tenetur publicare; & etiam tenetur publicare impetrans beneficium vacans ob non publicationem, & si plures impetrarint, præfertur qui primus publicauerit, & possessionem est adeptus, vel petijt, etiam si in data sit posterior, & etiam quòd prior possessionem cœperit, sed tardior in publicatione fuerit, ex d.Bulla Gregorij.

Is tamen in quem transfertur pensio, non tenetur publicare, Sarnen. de publ.q. 10. & etiam minor tenetur publicare. Crau.consil.294. nu.1.& 2. etiã si minor quatuordecim annis hoc ius ignoret. Puteus deci. 453.lib. 1. Graff. decis.14. alias 307.de restit.in integ. etiam si pater retinuit bullas. Rebuff. glo. 13.de publ.num.26. nec minor restituitur aduersus publicationem non factam. Puteus d. decis num.8. Thom. de Tan.decis.54.in manuscr. nisi facto alterius fuerit impeditus à publicando, vt infra. Paris.ibi q. 4. Et publicatio est fienda, vt supra, etiam si resignatio sit facta coram ordinario, ex d. Bulla Gregorij XIII. & etiam si ordinarius admisit resignationem, & Papa contulit, quia beneficium sit reseruatum, vel alio casu, & etiam si resignatio sit facta causa permutationis, ex d. Bulla; licèt causa vtilitatis, vel necessitatis ecclesiæ sit facta; & etiam si renunciatio sit facta reseruatis om-

nibus

nibus fructibus, denominatione, voce, & stallo, &c. ex d. Bulla, etiam si non solum percipit eos de manu resignatarij, sed etiam cum clausula, vt illos propria authoritate capere debeat. Rebuff. in d. reg. & etiam si sit beneficiũ concessum in commendam, ex d. Bulla Gregorij; quod hodie fit in perpetuũ ad vtilitatem commendatariorũ; & etiam si sit facta cum reseruatione pensionis, regressus, accessus, &c. & etiam si resignatio sit facta in curia in forma dignum: & etiam si quis resignet simpliciter, quia non vult beneficium, & Papa, vel ordinarius id conferat simpliciter, adhuc enim prouisus tenetur publicare; & etiam cessio iuris quod cedens habet in beneficio est publicanda, vt ait Paris. ibi q. 5.

Forma autem publicationis faciendæ ea est: primò, vt fiat in loco beneficij, etiam si cessio sit facta coram Papa, & multo magis coram ordinario, ex d. Bulla Gregorij XIII. Abb. cons. 99. lib. 1. Aug. decis. 347. lib. 3. in manuscr. idque in ecclesia Cathedrali, vel superiori, si ibi beneficium subest, vel immediatè subijcitur, si verò extra Cathedralem est situm, in ipsa Cathedrali, & in ecclesia ipsius beneficij, dum ibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, publicè, alta, & intelligibili voce, ita vt ad præsentium in ecclesia notitiam verisimiliter peruenire possit, intra Missarum solemnia, huiusmodi resignationem in literis Apostolicis descriptam, vel earum transumpto publicando, cum beneficij qualitate, & inuocatione, nomine, & cognomine resignantis, & resignatarij, & in pluribus ecclesijs, si in pluribus id beneficium est situm: & si ecclesia ruralis sit, populo, & conuentu carens, in parochiali, & in Cathedrali publicatio est fienda, & harum rerum exemplum collatum valuis ecclesiarum affigendo, & relinquendo, ex d. Bulla Gregorij XIII. ꝙ si ecclesia est nullius diœcesis, probabiliter sat est ibi publicare, si habet populum subditum cum cura, vel conuentum, & in Cathedrali viciniori, licèt tutius sit tunc publicare & in parochiali viciniori, præter ecclesiam beneficij, & Cathedralem, & hæc publicatio potest fieri etiam post prandium si tũc prædicationis, vel diuinorum officiorum causa, frequens populus conuenerit, licèt tutius sit intra Missarum solemnia id agere ob verba Bullæ; & publicatio debet fieri publicè in ecclesia, vnde non sat est quòd fiat in choro præsentibus Canonicis, & licèt satis sit eam publicare in ianua ecclesiæ, tutius est tamen facere intus ecclesiam in corpore ipsius loco apto; debet etiam publicari diebus solemnibus, & festiuis intra Missarum solemnia, si tamen alio die constet populum frequentem ad diuina conuenisse, valebit. Et hæc publicatio debet fieri, vt supra, ex literis Apostolicis resignationis exhibitis, & lectis, vel earũ transumpto, vnde non sat esset si notarius publicaret cum relatione facta ad librum registri Romanæ curiæ, & oportet etiam vt hoc transumptum sit authenticum, & exemplificatio facta de verbo ad verbum, nec sat esset copia literarum collationata, cum nõ sit transumptum authenticum; ex quibus patet sine literis Apostolicis expeditis, publicationem fieri non posse; Satis tamen esset, si notarius in publicatione narret expeditionem literarum, cum data illarum, & processus fulminati, absque eo quòd Bullæ ostendantur, vel legantur, oportet tamen ex d. Bulla Gregorij hodie quòd literæ sint in manibus legentis: Non satis tamen esset publicare cum scriptura authentica in qua fiat mentio de literarum expeditione, nisi esset scriptura a Papa emanata; & creditur notario dicenti se publicasse cum literis resignationis in manibus, nisi concludenter contrarium probetur, & vbi ob

sedis

sedis vacantis impedimentum, vel aliud, literæ non possunt expediri, prorogatur tēpus ex stilo; quòd si fiat error in nomine, & cognomine resignantis, tenet, si ex alijs circunstantijs dignoscatur quis sit, vt & valet si notarius dicat se publicasse, iuxta Bullam Pij V.. & Gregorij XIII. & notarius debet testari se legisse, & publicasse, ac affixisse eius exemplum valuis ecclesiæ, quod sat est si non sit etiam authenticum, quæ affixio est de substantia, non autem sat est si ibi affigeretur intimatio asserens renunciationem esse admissam. Et de his omnibus debet cōfici instrumentum à notario cum interuentu duorum testium; qui notarius debet de hoc rogari, & extendere hoc instrumentum à tergo literarum, vt ait Paris. ibi q.6. vbi ponit formulam huius instrumenti nu.62. & nomina testium debent in instrumento scribi, & creditur notario dicenti se publicasse, & qui dicit contrarium debet probare, & sat est quòd testes dicant Bullas fuisse originales, licèt non dicant explicitè fuisse authenticas.

Ex quibus colligitur, quòd si non seruetur hæc forma, non suffragatur adeptio possessionis coram notario, & testibus, nec possessio annalis, triennalis, vel multi temporis, ex d. Bulla Gregorij XIII. cū fine publicatione aliàs possit capi possessio, & ēt est fienda publicatio resignationis, licèt sit nota populo. Sarn. de publ. q.9. nec suffragatur etiam possessio decennalis, ad euitandum pœnas impositas nō publicantibus, nec p̄sumptas, & tacitas retrocessiones ēt ob diuturnam cōtinuatæ possessionis tolerantiam suffragari resignantibus, decernitur; vt euitent pœnam impositam ob non publicationem, cum hodie ex d. Bulla, non habeat locum retrocessio præsumpta, cum eo ipso vacet beneficium ob nō publicationem. Et si resignatarius qui non publicauit ante tempus statutum, impetrarit denuò id beneficium à Papa per nouam prouisionem, huiusmodi noua prouisio non habet vim publicationis, quæ tamen noua prouisio prodest, si narret se non publicasse, & post publicet. Et qui non publicauit, non potest capere beneficiū, si adest clausula, vel alio quouis modo vacet, quia hæc vacatio post contingit, & non tempore impetrationis; & hæc publicatio potest fieri per resignatarium, & eius procuratores, & capi possessio, quæ intra tempus datum ad publicandum capi debet, ex d. Bulla. Paris. ibi q.6. Quæ possessio capi debet authoritate collatoris, si enim capiatur propria authoritate, si alius sit in possessione eius beneficij, sic capiens eo priuatur, si verò nullus possidet, sic ingrediens possessionem si habet iustum titulum, ob id non amittit beneficium, sed puniri potest alia pœna iudicis arbitrio, & possessio est nulla, & reuocanda via attentatorum. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 16. num. 6. cum seq. Paris. de resig. benef. lib. 1c. q.6. num. 28. & secundùm hanc distinctionem intelligi debent sæpius supra de hac re dicta, cap. 3. ad fin. & cap. de Collat. ad fin. & cap. de Imperrat & alibi.

Pœna autem non publicantium ea est, vt resignatio sit nulla, ex d. Bulla. ver. quòd si quidam. Nau. in c. accepta. 8. oppos. nu. 17. de restit. spol. & ideò nullum inde ius acquiritur resignatario, ex d. Bulla. Sarn. de public. q. 16. cum gratia intelligatur facta sub conditione, secuta publicatione. Sarn. ibi q. 17. col. 2. quod intelligitur nō solùm quando non est facta publicatio, sed etiam si est facta, sed non secundùm Bullam Greg. ex d. Bulla. §. q; si quidquam. Secundò ampliatur, vt qui non publicarit, non possit capere possessionem ex clausula solita apponi in literis, vel aliàs quouis modo vacet: Sarn. de publ. q. 16. quia impetratio, & clausula versatur circa impedimenta,

ta,

ta, & modos vacandi præsentes, publicatio verò circa futuros, vt habetur in d.Bulla. ver.illorum verò. & ver. nullaque alia gratia &c. Quartò ampliatur, vt non prosit resignatario regula de annali, triennali, & præsumptæ retrocessionis, ex d.Bulla.§.quòd si quidquam. Quintò ampliatur, vt etiam, ea nõ facta, omne ius à resignante abdicetur, ex d.Bulla, & d.§.quòd si quidquam. ibi, illaque siue iura, &c. Vnde, ea non secuta, non potest resignans repetere beneficium resignatum, nec agere spolio, cum iam omne ius ceciderit ab eo, ex d.Bulla quæ est in viridi obseruantia, dummodo consensus super resignatione præstiti sint, & beneficium vacat, etiam si resignatio sit facta coram ordinario, & eius collatio Papæ reseruatur, & potest impetrari à quolibet, dummodo narret modũ vacandi specialem. s. ob non factam publicationem, iuxta d.Bullam, nec sufficeret impetrare sub clausulis generalibus, vel vacationum modis conditionalibus, vel implicitis, nec etiam si gratia fiat proprio motu, ex d. Bulla. §.illorum verò. vt & est nulla, si quis impetret ante elapsum tempus resignatario ad publicãdum, licèt postea non publicet. Cassad.decis. 5.de concess.præb Ptolom.decis.95. in manuscr. ex d.Bulla ibi, & quicũque sic impetrans &c. vnde si postea moritur resignans etiam in possessione beneficij resignati, tamen non vacat ob eius obitum, sed ob non factam publicationem, si tamen est nulla resignatio ob non factam publicationem, resignans non amittit pensiones, reseruationes fructuum, &c. super beneficio resignato eidem concessas, ex d. Bulla. §. Reseruationibus, cum in nullo deliquerit. arg. l. sancimus. C.de pœnis. nisi in casu, de quo Achill.de Grass.decis.10. tit.de Pensio. in manuscr. Cessat tamen pœna nullitatis gratiæ ob non factam publicationem, si Papa in specie deroget, vt quis non teneatur publicare. Puteus decis. 178.lib.2. quod tamen hodie non conceditur. Secundò, si proroget tempus ad publicandum, vt solet, ad duos, vel tres menses, dummodo narretur tempus esse elapsum, vel propè, & petatur restitutio, vel prorogatio, quo casu, vbi est elapsum, requiritur derogatio regulæ, de iure quæsito non tollendo.

Quòd si resignatarius impetrauit restitutionem ad duos menses, narrãs ob quędam impedimenta se non publicasse, illa tamen verificare non tenetur, sed tantum quòd resignans viuit, si tamen interim quis impetrasset à Papa beneficium ob non factam publicationẽ, restitutus id non recuperat; Quòd si literæ resignationis sunt nulliter expeditæ ob surreptionem, vel obreptionem, & resignatarius obtineat gratiam perinde valere, & postea publicet literas, iuxta d. Bullam, valet resignatio, & publicatio, vt inquit Paris. ibi quæst.7.

Vbi verò beneficia vacant ob non factam publicationem, dicuntur vacare in curia. Caputaq. decis.97.lib.1. & ignorantia Bullæ Gregorij nõ excusat non publicantes, vt ait ibi Paris.q.8.& 9. qui & q.10. dicit, vbi quis impetrat beneficium ob non factam publicationem, debere in literis quæ conceduntur impetranti, poni clausula, vocato possessore, &c. & q executor non potest deijcere possessorem à sua possessione, eo non vocato; qui & q.11.ait, Constitutionem Pij V. esse in totum sublatam per Gregorianam, etiam quò ad extensionem consensuum, qui & quæst.12. ponit differentias inter vtramque Constitutionem.

Excusatur verò resignatarius à publicatione, & eius pœnis, vbi legitimè est impeditus, vt publicare non possit, cum impedito non currat tempus. l. vt perfectius. C.de annal.except. Dec. consl.356. & sic habet Rota decis.1.

de dilan

de dilat. apud Cassad. quod intelligitur dummodo hoc impedimentū probetur. Paris.cons.108.vol.4.quod fit per coniecturas. Bald.cons.152.vol.1. & per testes,& instrumenta. Paris.cons.67.nu.90.vol.1. & per iuramentum impediti,vbi non pōt probari per testes.Mars.in rubr. C.de probat.n.130. dummodo probet duo: primò,quòd huiusmodi impedimentum non potuerit vitari. Soc.Iun.cons.67.nu.79.vol.1. secundò, quòd id impedimentum fuerit causa non faciendi quod debebat. Dec. cons.474. col.1. Caputaq.decis.72.p.2. Masch.de probat.concl.884.nu.9. idque probare debet qui petit ex eo excusationem. Paris.cons.33.nu.57.vol.1. & dummodo,in proposito, resignatarius qui ob impedimentum non potuerit publicare in loco debito,id egerit in loco æquipollenti.Sarn.de publ.q.13.nu.2. scilicet publicando in Cathedrali,& parochiali viciniori immuni ab impedimento,ex dicta Bulla.§.si verò ecclesia. In particulari verò bellum existens in loco vbi publicatio est fienda,est iustum impedimentum omittendi ibi publicationem. d.§.si verò. vers.vel si locus bello,& idem de peste. Sarn.d.q.13. & d.Bulla. ver. vel si locus bello, aut peste. Alij verò casus fortuiti præter hos duos non excusant, nec ideò infirmitas, nec obliuio, nec multitudo negotiorū, nec paupertas; vt nec error, aut ignorantia iuris, aut furor, vel aliud impedimentum corporis; Si verò impedimentum prouenit ex facto aduersarij,vel tertij,excusatur. Sarn. d.q.13.num.1. quod intelligitur si impeditur vi armata eorum, Cæphal.cons.164.nu.19. si verò impeditus est dolo aduersarij, vel tertij, non excusatur, vt nec si pater iusserit, vt filio, vt non publicaret, & etiam si detinuerit Bullas, nec dederit filio resignatario, vt posset publicare, qui tamen tunc in foro conscientiæ excusaretur. Caiet. 2.2.q.147.art.3. Quòd si Datarius signata supplicatione, mandauit vt nihil transeat, adhuc non excusatur,quia poterit citare aduersarium coram Datario, & obtinere, vt supplicatio relaxetur,qui si tunc non vult dimittere supplicationem, excusatur resignatarius à publicatione, modo vsus sit diligentia per totum tempus, quo debuit publicari, vt relaxaretur; Si tamen resignatarius fuerit carceratus, & literæ detinebantur à iudice,excusatur à publicatione, & restituitur, modo vsus sit diligentia, & coram testibus protestatus sit sua culpa non transire tempus, vt & excusatur si ob sedem Pontificiam vacantem, non potuit literas expedire, cum statim Papa mortuo, fiat Congregatio Cardinalium in Camara Concistorij, in qua rumpitur annulus Piscatorius,& plumbeum, & mandatur,vt sigillentur omnes supplicationes existentes penès Datarium tam datatæ, quàm non; & his casibus stilus seruat, vt prorogetur tempus, & aliàs, & etiam sine causa quandoque, vt ait Paris.d.lib.11.q.13.

Vbi verò quis impetrat beneficium ob non factam publicationem, ei incumbit onus probandi non esse factam, ex Rota, cum præsumatur facta in tempore,nisi essemus in spolio, quia tūc nec triennalis induceret præsumptionem esse factam, vt & si superior vellet videre publicationem, tunc enim resignatarius teneretur illam exhibere. Masch.de probat. concl.1372. etiam si essent ministri deputati à Camara Apostolica,nisi superior se constituisset aduersarium eius qui obtinuit, tunc enim non potest cogere eum ad ostendendum titulum. glo. in c.conquerente. de restit. spol. tertiò, vbi resignatarius peteret suam gratiam canonizare ad aliquem effectum, sic enim titulum, & publicationem deberet probare. Innoc.in cap.ex insinuatione. de procurat.

Quando autem resignatarius tenetur probare publicationem, potest id probare per instrumentum positum à tergo literarum, vel separatum. Decius consf.682. & etiam per duos testes, si probet actum fuisse celebratum, & instrumentum amissum. Maschard. de probar. conclus.907. melius est tamen, vt scribatur à tergo literarum. Imperrans verò cum teneatur docere de publicatione non facta, si probet literas relaxatas fuisse in fine termini dati ad publicãdum, ita vt impossibile fuerit fieri publicationem. Menoch. de arbir. iud. casu 472. num.5. id probare debet, vel per notarios, vbi interueniunt his actibus, Canonicos, & clericos ecclesiæ, vel si publicatio registratur in curia Episcopali, per actus quibus pateat publicationem non esse factam, cum non reperiatur, vel per coarctationem loci, & temporis. glo. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. vel per confessionem partis, sic enim negatiua probatur. Bald. in l. 1. C. de non num. pecun. quòd verò publicatio sit facta in tempore, probatur per annotationem publicationis, vt inquit Paris. d. lib. 11. q. vlt.

6 Renunciatio ex quibus causis sit fienda.

Quò ad quartum, nempè ad causas resignandi, cum prælatura detur non ratione Præpositi tantum, sed populi cui præficitur, vt ei prosit. cap. si qui Episcopi. 1. q. 1. & par sit quemlibet ambulare debere in ea vocatione in qua vocatus est. Ephes. 4. & cum ecclesiæ veluti vir coniunctus sit. c. sicut vir. 7. q. 1. ideò non debet ab ea quærere solutionem. Apost. 1. Cor. 5. nec recusare laborem, si ei vtilis sit, ideò beneficiatus non ex qualibet causa, sed iusta tantum resignare debet, quæ causæ sunt, conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, graue scandalum, irregularitas personæ. c. nisi cum pridem. de renunc. in quibus tamen discretio est adhibenda, nam non omnis conscientia criminis excusat, sed illius tantùm ob quod ipsius officij, etiam post peractam pœnitentiam, executio impeditur, vt homicidij, vel alicuius grauis, & publici criminis, vt simoniæ, hæresis, & falsitatis in literis Apostolicis. c. fin. cum ibi not. de temp. ord. nisi fuerit secum ab habente authoritatem dispensatũ, si enim sit crimen in quo Episcopus potest dispẽsare, & potest pœnitere manendo in officio suo, non tenetur renunciare. Paris. d. lib. 5. q. 1. non omnis etiam infirmitas est causa resignandi, sed quæ reddit impotẽtem ad exequendum officiũ pastorale, vel aliud, iuxta c. quia nonnulli. de cler. non resid. vt est morbus sonticus, lepra, cæcitas, surditas, vel si magna laboret debilitate arbitrio iudicis, non autem podagra, nisi aliud Papæ videatur, Paris. d. q. 1. non tenetur quis tamen ob quemcunque morbum renunciare, licèt possit, vt supra, nec etiam senex, decrepitus, licèt possit, si ob id redditur impotens officio exequendo, arbitrio iudicis. Paris. ibi. Non etiam omnis defectus scientiæ sat est, nam licèt desideretur eminens scientia in pastore, sufficit tamen competens. cap. cum in cunctis. cap. qualiter. de elect. & intelligitur de illo defectu, per quem quis non potest sufficienter exequi officium suum, vt si nil didicit de grammatica, vel nil scit legum, vel canonum, noui, vel veteris Testamenti, sic enim potest cogi renunciare, sed si est competentis literaturæ, vel ex vsu nouit exercere ea quæ spectant ad officium suum, est tolerandus in Episcopatu. Paris. loco prædicto. Malitia etiam non omnis, plebis, satis est, sed quando talis est, vt Prælatus, licèt laboret, ibi tamen proficere non possit, quando scilicet nullus proficit, secus si boni, vt ait Paris. loco citato. sic iusta etiam est causa periculum mortis. cap. ad supplicationem. de renunciat. cap. bonæ memoriæ. de elect.

quia

quia parochiani capitaliter eum persequantur. d.cap.nisi. §.pet malitiam. quo casu superior eum transferre potest. cap.quæsitum. de rerum permut. Idem si aer sit pestilens, & mortifer. cap.quorundam. 74.distinct. cap.ad supplicationem. de renunciat. si tamen pestis actu ibi sit, non potest inde recedere. Diuus Thom. 2.2.quæst.185. art.5. cum periculum sit commune. Graue scandalum, si ibi morari non possit sine graui scandalo passiuo plebis sine propria culpa, quia si cum culpa, esset puniendus, scandalis enim est obuiandum, licèt ob illud vitandum non sit peccandum, nec doctrina necessaria omittenda, licèt differri possit, quando sine ea salus esse possit ad scandalum vitandum, vt inquit Hostien.de renunciat.num 9.in summa, & tunc recompensa ei debetur. Irregularitas personæ, nisi secum sit dispensatum, vt notat.in d.cap.nisi cum pridem. quæ omnes causæ etiam probantur in Bulla quinquagesimaoctaua Pij V.

Et hæ causæ requiruntur in resignatione Episcopatus, aliàs non videtur admittendus; resignatio verò Papæ potest fieri sine causa, quæ tamen præsumitur adesse, vt & causa resignationis Cardinalis Papæ arbitrio committitur, vt quia is vxorem, cum Princeps sit, ad seruandum Principatum, ducere velit.

Ex quibus verò causis licèt, vt supra, Episcopatum renunciare, ex iisdem licèt & dignitatem, vel beneficium curatum dimittere, quæ tamen renunciatio, ex stilo, admittitur etiam sine causa, si is per aliquos annos ecclesiæ seruiuit, vt inquit Paris. d.lib.5.q.4. & vlterius Pius Quintus, vt supra, in Bulla citata, concedit admitti resignationes eorum qui senes sunt, in quo statur arbitrio iudicis, vel si sint infirmi, aut valetudinarij, arbitrio iudicis, vel corpore impediti, & leprosi, phytici, paralitici, apopletici, laborantes morbo comitiali, lunatici, habentes morbum gallicum cum vlceribus extra deformibus, vel si habent manus tremulas, vel chiragram, vel si quis sit corpore vitiatus, vt cæcus vtroque oculo, licèt ex dispensatione Papæ is possit etiam fieri Episcopus. Maiolus de Irregul.lib. 1. cap.20. vel claudus. cap.licet. de elect. vel si habet fractum pedem cum magna deformitate, vel si habet manum mutilatam, vel manus inefficaces ad vtendum, vel si crus est ei abscissum, aut contractum, vt ligneo pede opus sit, vel gibbus, aut qualibet parte corporis notabili diminutus, vel si sit censuris irretitus, ex quibus non potest, vel non debet ecclesijs seruire, declarando tamen, vt supra, scilicet excommunicatus, suspensus, vel interdictus, cui beneficium conferri non potest; vel si non potest, aut non debet ecclesiæ inseruire, vt banniti, dæmoniaci, muti, & omnes irregulares, vel si turpiter, & scandalosè viuit, vel lunaticus, vomitum patiens, vel illiteratus, cui si curatum detur, interim dantur coadiutores. c.1.de cleric. ægrot. Conc.Trid.sess.21. cap.6. vel laborans morbo caduco; Vel si quis plura obtinet beneficia etiam simplicia, quorum vnum sat est ad congruam sustentationem. Concil.Trid. sess.25. cap.17. sic enim peccat mortaliter. Nauar. de orat. Miscell.6. Abbas in cap.extirpandæ. §. qui verò. de præbendis. habita in hoc ratione personæ, nobilitatis, Doctoratus, dignitatis eius, consuetudinis familiæ, patriæ, regionis, quo scilicet ad eius congruam sustentationem. Vt & recipi potest resignatio eorum qui volunt emittere professionem, vel contrahere matrimonium, vel si non possunt, vel non audent morari in loco beneficij, ob capitales inimicitias,

& ex alijs causis honestis, non tamen gratia otij vitandi, nec ob labores fugiendos, nisi quis diu ecclesiæ seruierit, & defessus sit cum periculo vitæ, nec gratia humilitatis, vel inspirationis non bene notæ, nec vt fiat religiosus, nisi ex Papæ licentia, si Episopus sit, curatus verò sine aliqua. Diuus Thomas 2.2.quæst. 184. art.6. & q.185.art.4. vt & potest renunciare si non potest ad locum accedere, vel morari ob inimicitias, vel si tuta conscientia non retinet beneficium, nec aliter, nisi dimittendo, eius saluti consuli possit. Paris. d.lib.5.quæst.3.

Ex quibus causis Episcopi admittere possunt resignationes beneficiatorum, modo, vt supra, si ij qui in sacris sunt constituti, habeant vnde aliundè commodè viuant, ex B ulla quinquagesimaoctaua Pij Quinti, arbitrio ordinarij, vel ex patrimonio, vel pensione, si enim solum eis superest beneficium ad cuius titulum sunt promoti, non valet resignatio eorum, nisi fiat mentio quòd ad id sint ordinati, nisi, in minoribus sint constituti, vel professionem emittere velint, qui ordinarij & cauere debent, ne beneficia sic dimissa, suis, vel dimittentis familiaribus, vel consanguineis conferant, aliàs per indirectum admitterent resignationem in fauorem, vnde cont. afacientes suspensi sunt collatores à collatione beneficiorum, & prouisi à beneficijs, & si sic suspensi audent sic conferre, excommunicationem Papalem incurrunt, & sic resignantes ne nutu quidem debent designare futuros successores, quòd si nutus non præcedit, potest resignans in foro conscientiæ rogare collatorem, vt conferat ab eo nominato sine labe simoniæ: vt inquit & Nau.in Man. c.27. in expositione dictæ Bullæ; & contrafacientes etiam irregulares existunt, & suspensi à collatione beneficiorum, non autem aliorum actuum spiritualium, vel Pontificalium, quam pœnam incurrunt etiam ignorantes dictam Constitutionem, & Capitula interdictum incurrunt, ex dicta Bulla quinquagesimaoctaua Pij Quinti.

Vbi verò Episcopi, causis de quibus supra, non attentis, vel non seruatis, resignationem admittunt, renunciatio est nulla, ij tamen, excepto casu Bullæ prædictæ, aliam pœnam non incurrunt. Paris. d.lib.5.q.vlt. non per prædicta tamen adimitur, quin ex causa possit fieri permutatio coram ordinario.

Quòd si beneficium sit simplex, renunciatio fit sine causa. Paris.d.lib.5. q.5. quod intelligerem si in minoribus resignantes sint constituti.

7 Quò ad quintum, primò, inualida est renunciatio si metu fiat, vi, dolo-ve, aduertendum autem pro intelligentia huius materiæ, quòd renunciatio metu facta, est nulla, cum excludat libertatem, quæ in ea esse debet, & voluntatem. cap.ad audientiam.de his quæ vi, aut metus. Abb.in cap.super hoc. de renunciat. Doct.in cap.2.& 3.de his, quæ vi, aut metus. Rebuff. de resign. benef. metu facta. Mordan.decis.32. in manuscr. Idque procedit, vel metus interuenerit in beneficio, vel dignitate etiam maxima, & Episcopali. Ruinus cons.121. volum.4. vel metus illatus sit à personis ecclesiasticis, vt Episcopo, vel alio, vel à secularibus. Innoc. & Archid.in c.3. de his quæ vi, vel metus. vel à Cardinalibus, Vicarijs, Rege, Duce, vel eorum officialibus. Ruinus ibi. Decius cons.209. etiam si sint aliqui ordinarij collatores, qui eo casu suspenduntur. clem. multorum. vbi Doct. de pœnis. & etiam irrita est renunciatio sic facta etiam iuramento vallata, vt si iurauit renunciare, vel in renunciatione non repetere, metu incu Io.

Renunciatio quib' casib' inualida sit.

Butr.

Butr. in d. cap. ad audientiam. de his quæ vi. Ruinus d. cons. 121. cum communi; quo tamen casu requiritur absolutio à iuramento, vt possit agere, & redire ad suum beneficium metu renunciatum cum iuramento, Nauarrus in cap. accepta. sexta opposit. de restit. spoliat. quam absolutionem poterit petere, etiam si iurarit illam non petere, cum tale iuramentum illicitum reputetur. Nauarrus ibi, num. 9. quod procedit etiam si pensio metu renuncietur. Paris. cons. 161. volum. 4. & etiam si beneficium esset alteri collatum. Decius cons. 209. & Ruinus d. cons. 121. vt & si procurator metu sit constitutus ad renunciandum; nec eo casu opus est intimare procuratori reuocationem. Ruinus prædicto cons. vt & cessio litis metu facta est nulla. Mordan. decis. 32. in manuscr. oportet tamen, vt is metus cadat in constantem virum, arbitrio iudicis iuxta personæ qualitates, cum alij sint constantiores, alij minus. Menoch. de arbit. iud. casu 135. num. 2. cum communi. & si sit timor mortis, vel cruciatus in se, vel filijs inducit in omnibus iustum metum, etiam si actualiter non inferatur malum; cum vulnus non sit expectandum. Paris. cons. 60 num. 12. volum. 4. & consil. 39. volum. 4. vel timor mortis affinium. Grammat. cons. 19. num. 18. & metus amissionis omnium bonorum. Decius consil. 690. num. 8. & hic metus cum non præsumatur, probatur per testes affirmatiuè de eo interrogatos. Abbas in d. cap. super hoc. de renunciat. & qui deponunt super metu habent præsumptionem pro se, cum renunciatio non præsumatur spontè sine causa facta. cap. tuæ. de renunciat. & magis creditur duobus deponentibus de metu, quam mille de spontanea voluntate, Innoc. in d. cap. super hoc. Alciatus de præsumpt. regula 3. præsumpt. 7. num. 5. Maschar. de probation. conclus. 1053. cum illi deponant de libera voluntate, quæ in animo consistit, & soli Deo est nota, nisi pro deponentibus de ea, essent coniecturæ, & præsumptiones. Barbatius cons. 60. volum. 2. Cœpol. in cons. ciu. 2. colum. 3. Vnde metus probatur oculis, quando tamen publicè est illatus, alias non. Innoc. in d. cap. super hoc. & coniecturis. glo. & Doct. in l. metum. C. quod metus causa. Maschar. de probat. concl. 1052. modo coniecturæ plenè probentur. Masch. ibi. nu. 3. & 9. quæ coniecturæ cum in iure non sint definitæ, iudicis arbitrio relinquuntur. Alex. & alij in l. interpositus. C. de transact. & per actum proximum probari debent. l. fin. vbi Ang. ff. quod metus causa. & sic vt testes deponant de metu in specie, & non in genere. Cœpol. d. consil. 2. Bursat. cons. 72. num. 16. volum. 1.

Vnde, ad specialia deueniendo, si renunciatio, vt supra, fiat ob metum mortis, vel cruciatus est nulla; & sat est quòd de hoc constet per minas eius qui consueuerat illa exequi. Bartol. in l. 3. ff. ex quibus causis maior. sic enim dicitur cadere in virum constantem. Ruinus d. cons. 121. num. 1. vol. 4. modo persona minans valeat ea perducere ad effectum, & id consueuerit, & minæ sint atrociores. Bursat. cons. 72. num. 33. vol. 1. Secundò, renunciatio facta à carcerato est nulla. Doct. in d. clem. multorum. de pœnis. quando scilicet impulsio, vel eius causa prouenit ab eo qui carcerauit, secus si ab alio. l. qui carcerem. ff. quod metus causa. vt si renunciat ei cuius causa est detentus. Alciatus cons. 367. num. 8. sed si renunciauit statim ac carceres exiuit, valet. Roffiniac. de benefic. cap. 20. num. 15. modo constet metum cessare. Bald. in cons. 240. lib. 1. secus si viget, licèt ex interuallo renunciarit. Maschard. de probat. conclus. 1051. num. 36. vt si post renunciationem

reducitur

reducitur ad carceres, vel ideò renunciat ne reducatur ad illas. Paris.consil.53.num.64. volum.4. nisi iubeatur à Papa ob crimen renunciare extra carceres, vt ait Maschar. ibi. num.31. Sic si detinetur clausus in domo, & postea renunciat, præsumitur metu fecisse. Maschar.ibi num.45. maximè si est auditus fragor armorum. Alex.consil.99. num.3.lib.3. Tertiò, si Episcopus, vel ordinarius alius, aut Vicarius minetur aliquem excommunicare nisi renunciet, renunciatio est nulla. Zabar. in clem. vnica.num.7.de renunciat. Barbat.consil.30.lib.3. Quartò, est nulla renunciatio facta ob metum amissionis omnium bonorum. glo.& Doct. in cap. 2. quod metus cau. & etiam ob maiorem partem eorum. Socinus Iun.consil.77.num.35. lib. 1. & etiam si iurauerit. Rota decis.7.de renunciat. in nou. Quintò, est nulla, si frater, vel consanguineus detineantur in carceribus, vel illis immineat periculum, nisi renunciet. Rota decis.9. de renunciat. in nouis. modo iniustè detinerentur, & nisi hic renunciaret non liberarentur, secus si iustè. Paris.consil.5. num.172. volum.4. Quòd si quis renunciat ob metum reuerentialem Cardinalis, vel Episcopi, si præcesserunt minæ, vel verbera, renunciatio est nulla, aliàs secus. Bart. in l. si ob turpem.col.2. ff. de condict.ob turpem causam. Maschar.d.conclus.1051. nu.17. & hæ minæ inducunt iustum metum, inspecta persona minantis, si est manu promptus, terribilis, iniustus. Menoch.de arbit.iud. casu 136. & persona cui infertur, an sit timidus, vilis. Menoch. ibi num.89. vnde probandum est illum superiorem solere inobedientes carcerare, & iniustitias inferre. Doct. in c.insinuante. qui cler. vel vou. vt & probari debet quòd est minatus, vel præcesserint verbera, secus si Episcopus tantum rogauit vt renunciet, licèt superiorum preces sint mandata. Afflict. decis.69. num.5. Abbas in cap.abbas. quod metus causa. vbi loquitur de ordinario mittente milites, si solitus esset seruire in clericos votis suis non obtemperantes. Maschar. conclus.93. num. 5.& 6. modo probatio sit legitima, maximè si emolumentum peruenit ad inferentem metum. Maschar.conclus.1501.col.3.in princ. Sic præceptum comminatorium carceris, vel priuationis dignitatis, vel bonorum incussum à Principe, nisi renunciet, annullat renunciationem. Decius consil.209. etiam si id fiat per epistolam signatam eius sigillo. Ruinus d.consil.121. lib.4.

Et vbi metus est causa renunciationis, non requiritur protestatio metum passi, sine ea enim renunciatio est nulla. Decius d.consil.209.num.6. si tamen protestatio fiat, adiuuat probationem metus. Decius in l. in omnibus causis. num.12. de regulis iur. etiam si sit protestatio clandestina, maximè si ex timore iusto non est ausus publicè protestari. Ruinus d.consil.121. numero 25. volum.4. quæ tamen protestatio clandestina non operatur in præiudicium tertij, si tamen tertius probabiliter ignoraret talem cessionem metu factam esse, secus si sciret, vel fuit causa metus inferendi. Decius d.consil.209. numero 5. Ruinus d.consil.121. Quòd si metu renuncians, post non reclamat, si cessat causa metus, videtur purgatus, secus si adhuc durat, etiam si quinque Anni essent elapsi. Decius d.consil.num.7. Maschar. de probat. d.conclus.1051. num.36. Et metus potest allegari, & probari, etiam si in literis resignationis dicatur, quòd sponte, & liberè resignat. Ruinus d.consil. num.11. Caputaq. decis.239.par.2. Contra iudicem etiam potest allegari metus, vbi eius iussu est facta renunciatio, quando processit de facto, & contra ius, secus si iure procedit. Paris. consil.5. num. 167. volum.4.

volum.4. Natta conf.50. num.11. qui metus probatur & alijs coniecturis, de quibus Burfat. conf.72. num.35. volum.1. Parif. lib.13. de refign. benef. quæft. 2.

Renunciatio tamen metu facta, non eft nulla ipfo iure, fed venit annullanda. Rota decif.5. de renunciat. in nouis. Barbat. conf. 30. volum. 3. nifi quis captus fit à domino feculari, donec renunciet, fic enim eft nulla ipfo iure. Bonifac. in d. clem. multorum. §. fanè. de pœnis. Ruinus conf. citato. retractatioque fit implorato iudicis officio, vel actione, quod metus causa, vel intentabit vendicationem ad beneficium, vel poffefforium recuperandæ, vel per vtilem actionem in rem, vel per actionem perfonalem, nec eft neceffaria noua collatio, quia per actionem quod metus caufa, reftituitur in priftinum à iudice. Abbas in cap fi verò. num.1. de iurciur. nifi beneficium alteri fit collatum. Rota decif.1. & 3. de rerum permutat. in nou. vnde ante reftitutionem factam à iudice, is non poteft tuta confcientia percipere fructus, & miniftrare in officio. Nauarrus in dicto cap. accepta. quinta oppofit. num.20. nec metu renuncians poteft ordinari ad titulum eius beneficij, nec tenetur recitare Horas Canonicas, vi beneficij, nec iuuatur ex poffeffione triennali, fi metu renuncians, in ea manferit; & tempora coniunguntur, vbi quis poffedit per annum, & metu poft renunciauit, & fuit reftitutus fine noua collatione, & beneficium per biennium poffedit. Inferens etiam metum, vt fiant renunciationes, incurrit excommunicationem. dicta clemen. multorum. modo quo ibi. Parif. d.lib.13. de refign. benef. quæft.2.

Dolus etiam annullat renunciationem. Imola in cap.1.num.36.& 38. de rerum permutat. cum communi. cum dolus fit delictum.l.1.§.nunc tractemus. ff. de tute. Vnde in renunciatione præftatur iuramentum, quòd non interuenit dolus, fraus, &c. dummodo cadat in prudentem virum. Marfil. fingul.408. quæ tamen renunciatio non eft ipfo iure nulla, fed venit refcindenda. Doct. in cap. penult. de his quæ vi, aut metus; qui dolus coniecturis probatur. Mafchard. de probat. conclus.531. vbi ponit multos cafus, quibus dolus præfumitur, & Parif.conf.52.num.35.volum.4.docet quomodo coniecturæ huiufmodi probari debeant, quæ coniecturæ, licèt fui natura plenè non probent, fecus tamen eft in his quæ occultè fiunt. Mafchar. conclus.530. num.5. maximè verò probantur, fi oftendatur actum cedere ad vtilitatem eius qui dolo induxit. Mafchar.concl.531.num.77.

Fraus etiam annullat renunciationem, cum fit idem quod dolus. Rebuff. de pacif. poffeff. num.182. vt & permutatio fic annullatur. Doctor. in cap.2. de renunciat. in 6. quæ fraus in permutatione colligitur quando fit ab ægroto. Mafchar.conclus.178.num.1. & à fene. glo. in d.c. & vbi pingue cum tenui permutatur. Mafchar. ibi num.4. vel vbi fit lite pendente. Oldradus conf.324.num.6. vel vbi fit cum nepote. Mafchar. ibi num.6. vel vbi quis poffidet antiquum fuum beneficium permutatum. Barb.conf.60. volum.4. vel fit tempore deftinato graduato, & alijs cafibus, de quibus Rebuff.confil.56. num.10. maximè fi non fubeft caufa cur refignarit, cum fraus coniecturis probetur. Mafchar. conclus.815. vt quando actus non prodeft gerenti, vel præcefferunt minæ, vel actus fit clam, vel breui tempore, vel ex alia caufa verifimili. Decius conf.644. num.16.

Vis etiam annullat refignationem. Butrius in d.c. fuper hoc. quæ tamen non

non præsumitur, nisi probetur, maximè si præsumptio est contra eam allegantem. Maschar. conclus. 1409. & probari debet species violentiæ illatæ, vt si testes dicant vidisse Petrum cum armis inferentem violentiam, etiam si arma sint ad latus, & non extracta. Natta cons. 240. num. 10. & 11. lib. 2. nisi iudex iuridicè procedens, vt supra, cogat.

Renuncians tamen ob vexationem qua grauabatur ab Episcopo, non potest repetere beneficium, nisi calore iracundiæ, modo, vt alibi, renunciarit. Decius in cap. ex parte. num. 24. de restit. spol. & modo vt per Butr. in cap. 2. num. 7. de renunciat. in 6.

Renunciatio etiam facta post spolium, est nulla, & spoliatus est restituendus. Rota decis. 6. de renunciat. in antiq. & decis. 3. de renunciat. in nouis. Maschar. de probat. conclus. 1321. & 1322. Caputaq. decis. 10. lib. 2. in manuscr. idque procedit etiam si renunciatio fit cum iuramento. Berous in cap. sollicitæ. num. 1. de restit. spoliat. si tamen renunciatio sit facta coram iudice competenti de causa cognoscente, valet, nec restituitur. Abbas in d. cap. sollicitæ. num. 10. Alciatus de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. Similiter si renunciatio post spolium fiat spontè, & non vi, nec metu, valet. Berous in d. cap. sollicitæ. cum alijs. nec restituitur vbi renunciatio est ad fauorem tertij, secus si spoliantis. Achill. de Graff. decis. 328. aliàs 11. de restit. spol. in manuscr. In dubio tamen facta post spolium, non præsumitur facta spontè. Barbat. cons. 11. colum. 6. lib. 2. Si verò resignatio fit post spolium per procuratorem constitutum ante spolium ad resignandum, non est nulla. Abbas in d. cap. sollicitæ. num. 11. Menoch. de recuper. possess. primo remedio, num. 273. vt nec est nulla, nec restituitur renuncians post spolium, quando per multum tempus non est de hoc conquestus, Menoch. ibi, num. 278. dummodo renunciatio sit facta ex interuallo, & in fauorem tertij, non verò spoliantis, & quòd non fuit conquestus, non quia duraret causa metus, si enim duraret, semper diceretur metu facta, sed ex alia. Bald. in l. 2. C. quod metus causa; qui tamen admittendus est ad probandum, quòd ideò tacuit quia timebat, vel vis inferebatur, aut minæ. Doct. in d. cap. sollicitæ. non restituitur tamen si post spolium pepigit cum spoliante se possessorio non acturum aduersus spolium. Abbas in d. cap. sollicitæ. num. 11. quia actio spolij sic potest remitti. Doct. in d. cap. maximè si interuenit iuramentum. Menoch. dicto remed. 1. num. 287. & 295. & pactum de non molestando, intelligitur tam de molestia iuris, vel controuersia, quàm facti. Menoch. ibi, num. 285. quod tamen pactum non valeret si fieret ante spolium, sic enim esset contra bonos mores, & spoliatus esset restituendus. Abbas in d. cap. num. 16. cum communi. Et restituitur renuncians spoliatus, etiam si renunciauit in fauorem tertij. Caputaq. decis. 241. lib. 1. in manuscr. nisi resignans post spolium remittat actionem spolij, vt supra, vt ibi dicit Caputaq. sic enim non restituitur, vt nec si constet quòd renunciarit ex aliqua causa. Achill. de Graff. decis. 328. aliàs 11. de restit. spol. in manuscr. nec etiam si spoliatus fuisset subrogatus in locum resignatarij etiam quò ad possessionem. Achill. de Graff. decis. 329. aliàs 12. de restitut. spoliat. in manuscript. hic tamen tertius subrogatus quò ad possessionem, non intelligitur subrogatus quò ad actionem spolij, nisi expresse dicatur. Caputaq. decis. 241. lib. 1. & idem erit si in resignatione in fauorem certæ personæ fuit facta mentio de lite super beneficio, in euentum in quem esset liti-

& litigiosum cum gratiosa subrogatione, nam nihilominus resignatarius non poterit prosequi iudicium spolij, quia non fuit facta mentio de lite super spolio. Peregrin. decis. 275. lib. 2. in manuscr. quod tamen non procedit, quando mortuo spoliato, Papa confert, & gratiosè subrogat, quia tunc subrogatus gratiosè potest agere spolio. Caputaq. decis. 10. lib. 2. in manuscript. Vnde colligitur, quòd actio spolij competens super beneficio potest cedi in fauorem alicuius. Caputaq. decis. 241. lib. 1. & per pactum quis promittere quòd nam aget spolio, post illud. Menoch. prædicto remedio 1. num. 281.

Debet verò spoliatus, primò probare se possedisse cum spoliaretur. Alex. conf. 6. colum. 3. num. 5. lib. 3. cum communi. secundò, debet probare titulum legitimum suæ possessionis. glo. in clemen. vnica. de causa possess. Bellam. decis. 553. cum communi. quæ tamen probatio tituli non debet esse exacta, sed sat est si spoliator probet se habuisse ab eo qui habebat authoritatem instituendi. Rota decis. 5. de restitut. spol. in antiq. & habuisse possessionem per traditionem clauium, nec tenetur ostendere literas, sed sat erit supplicatio signata. Puteus decis. 226. lib. 2. vt & hic color probatur ex confessione, licèt obiter facta spoliantis. Peregrin. decis. 180. in manuscr. vt & probatur ex probatione possessionis diuturnæ. Bellam. decis. 455. in fine. vt & probatur hic coloratus titulus ex testimonio de auditu. Rota decis. 8. de restitut. spoliat. in nouis. vt & elicitur hic titulus coloratus ad fauorem resignatarij ex literis continentibus reseruationem pensionis ad fauorem resignantis. Crescent. decis. 62. & alijs modis, de quibus Maschar. de probat. conclus. 1322. Vnde non restituitur is qui beneficium possidere non potuit, vt laicus, intrusus, non promotus intra annum in curato, simoniacus, hæreticus, excommunicatus, non intelligens idioma loci in beneficio curato, nec minor quatuordecim annis, vel aliàs inhabilis ad beneficium, vt nec clericus spoliatus post renunciationem sponte factam, sic enim non restituitur. Innoc. in d. c. super hoc. de renunciat. modo sit admissa à superiore renunciatio, ante enim spoliatus est restituendus. Nauar. in d. cap. accepta. septima opposit. num. 26. nisi post renunciationem spoliatus stetisset in possessione, & post eiectus esset, sic enim posset agere spolio ad recuperandam possessionem, non obstante exceptione renunciationis. Innoc. in d. cap. super hoc. quod intelligitur de renunciatione facta in fauorem, non autem simpliciter, quia primo casu incumbendo possessioni post renunciationem, videtur recuperare naturalem; non restituitur præterea quando spoliatur à resignatario, licèt post renunciationem possederit. Menoch. de recuper. possess. remedio 1. num. 304. Peregrin. decis. 97. lib. 1. cum is dicere possit possessionem esse suam, qui tamen spolians punietur ex spolio, & ex vi, & tenebitur ad expensas spoliati, cum spiritualia propria authoritate non possint occupari. Ber. d. cap. sollicitæ. nu. 24. non tamen in spiritualibus restituitur prædo, vel fur, cum ibi adesse debeat titulus saltem coloratus, vt supra, vt ait Paris. d. lib. 13. q. vlt.

Secundo loco, inualida est resignatio, si simoniacè fiat, pro cuius rei intelligentia aduertendum est, quòd renunciatio debet esse pura, idest sine aliqua pactione, conditione, & modo, simpliciter, & absolutè. Rodo. de simon. par. 2. cap. 10. Zabar. in cap. cum dilecti. de præbend. aliter renunciatio est nulla. Butrius in d. cap. super hoc. nu. 6. de renunciat. cum communi.

& etiam collatio inde secuta. Innoc. in cap. cum vniuersorum. de rerum permut. etiam si collatio non sit simoniaca, sed renunciatio tantum quando est facta ei ob quem renunciatio facta simoniacè erat, secus si alteri. Bellam. in cap. si quis obiecerit. 1. q. 3. Gemin. conf. 125. in princ. nec etiam tenet talis renunciatio simoniaca, licèt iuramento vallata. Staph. de commiss. & lit. iust. verbo, stilus, num. 3. cum iuramentum reguletur secundùm naturam actus super quo interponitur. l. fi. C. de non numer. pecun. nec debeat peccatum inducere, aliàs non valet. cap. quanto. de iureiur. nec valet etiam si quis se obligauit in forma camaræ. Staph. loco prædicto. & est nulla resignatio simoniaca, etiam quò ad præiudicium resignantis. Innoc. in d. cap. cum vniuersorum. & ius remanet penès resignantem, & vacat per eius obitum. Peregrin. decis. 81. lib. 1. in manuscr. Caputaq. decis. 252. parte 2. sic tamen renuncians debet priuari. Nauarrus cap. 23. num. 105. & medio tempore qui sic renunciauit, non potest repetere beneficium. Rod. de simon. par. 2. cap. 10. num. 36. & postea ordinarius potest id conferre. Gemin. d. conf. 125. nec resignatarius potest id retinere. Nauarrus de simon. consil. 14. nu. 3. Et hæc renunciatio simoniaca est nulla ipso iure. Rod. dicta p. 2. cap. 10. num. 33. ex extrauag. Martini V. in Conc. Constant. incip. Multæ. & in cap. detestabile. de simon. in extrauag. communi. & Pio Quinto in Constit. 6. vbi ordinati simoniacè carent ordinis executione, & beneficio sunt ipso iure priuati, vnde huiusmodi beneficium potest à quolibet impetrari. Rod. cap. 10. num. 37. quæ impetratio in curia dicitur certo modo, quia impetrans tenetur præsentare Bullas coram ordinario, & coram eo probare crimen, vt declaratio fiat, & mittatur in possessionem. Boerius decis. 117. & sic renuncians est inhabilis ad id beneficium, & alia, ex dicta Bulla Pij V. dicit tamen Nau. conf. 54. de simon. illam Constitutionem non esse vsu receptam, quò ad alia beneficia, quæ is habebat, nec potest sic renuncians repetere beneficium renunciatum, ex dicta Bulla Pij V. nec etiam potest id impetrare, nisi expresserit se esse simoniacum, & habuerit dispensationem. Rebuff. conf. 143. num. 18. nec est restituendus ad illud. Caputaq. decis. 243. par. 3. cum non habeat titulum coloratum, sed omne ius amittat. Paris. de resig. benef. lib. 14. q. 1. & 2.

Dicitur autem renunciatio simoniaca, quæ non fit purè, & simpliciter, sed cum aliquo pacto, & modo, vel conditione. Abbas, & alij. in c. ex parte. 1. de offic. deleg. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 5. num. 3. & 4. vt quando quis renunciat, vt consequatur aliquod temporale. Rod. cap. 10. cit. num. 9. Nauarrus cap. 23. num. 100. vt si detur pecunia pro resignatione. Abbas in cap. cum pridem. de pactis. Couar. loco cit. cum communi. nec etiam pro expensis factis in lite id licet. d. cap. nisi fiat gratia redimendæ vexationis, modo quo alibi. Abbas in d. cap. Nauarrus d. cap. 23. num. 101. & dixi cap. de Simonia. vt & est simonia si detur fundus, vel aliud immobile, aut mobile pro resignatione. Nauarrus conf. 69. de simon. etiam pro cessione iuris litigiosi beneficij, vt ibi dicit, nisi id detur authoritate Papæ renuncianti. Felin. in c. ad audientiam. 2. de rescript. cum communi. Sic si resignatio fit coram ordinario in fauorem alicuius, nec aliter, nec alio modo, est simoniaca. Felin. in d cap. colum. 5. cum communi. Caputaq. decis. 192. p. 2. Couar. d. c. 5. num. 5. & ex dicta Bulla Pij V. in curia verò sic facta coram Papa non est simoniaca, quia Papa censetur dispensare. Rod. de simon. par. 1. cap. 25.

Nou.

Nau. cap.23. num. 107. & etiam mandatum factum ad renunciandum in fauorem coram ordinario dicitur simoniacum. Caputaq. decis. 192. lib. 2. secus si mandatum est liberum ad renunciandum, & post renunciationem ad petendum illud pro Petro. Cassad. decis. 2. de simon. Nauarrus d. num. 107. Similiter simonia est si detur aliquid spirituale, vnde si quis renunciet beneficium in fauorem alicuius, vt is id renunciet in fauorem sui nepotis, vel alterius, simoniacus est. Nauar. d. cap. 23. num. 10. cons. 14. de simon. Coras. de simon. ment. num. 65. compositionis gratia tamen licita est renunciatio, vt renuncians aliud beneficium consequatur. Butrius in d. cap. ad audientiam. modo fiat authoritate Papæ, vel saltem ordinarij fortè, & modo id exprimatur in supplicatione, vt practicatur, sic renuncians beneficium alicui, vt is sibi suffragetur in electione, præsentatione, &c. simoniacus est. Nau. d cap. 23. num. 100. vt & si renunciet Petro beneficium, vt is sibi nunciet beneficia vacantia in sua prouincia. Nauarrus d. cap. num. 107. ex Bulla quarta Gregorij XI. cum sic nunciantibus nil sit dandum, & vterque esset excommunicatus, si renunciaret, quia promisisset id facere tempore impetrationis, cum habuisset ab eo notitiam vacationis, & incurrunt pœnas simoniacorum, ex Bulla trigesimatertia Pauli IIII. vt & est simonia, si renunciet cum pacto, vt sibi retineat beneficium dum viuit. Rod. de simon, par. 2. cap. 10. num. 10. vt & qui promisit, quòd si beneficium renunciatum erit grauatum pensione, is eam soluet. Nauarrus cons. 4. de simon. Sic renuncians in fauorem cum pacto, vt possit retinere fructus dum viuit, vel pensionem, est simoniacus. Calder. cons. 1. dè simon. vel etiam vt eos percipiat vsque ad certum tempus, etiam si dictum sit saluo beneplacito sedis Apostolicæ, si post renunciatio fiat coram ordinario. Moedan. decis. 165.

Fallit tamen id si id fiat coram Papa, etiam quòd partes super hoc conuenerint, cum gratia dependeat à Papa. Decius in cap. ex parte. 1. num. 15. de offic. deleg. Rod. de simon. par. 2. cap. 12. & 15. num. 32. dummodo id fiat cum consensu Papæ, ne resignans nimium dispendium patiatur; si verò fiat coram ordinario, huiusmodi reseruatio est simoniaca, re secuta. Nau. cons. 48. nu. 3. de simon. Renuncians tamen coram ordinario ea mente, vt conferatur eius nepoti, non est simoniacus. Dec. in d. c. ex parte. nu. 17. Cassad. decis. 2. de simon. etiam si aliter non renunciasset. Nau. d. cap. 23. num. 107. quo casu non est etiam simonia mentalis, si id non expressit. Nauar. ibi. cum communi. si tamen is sit indignus eo beneficio, peccat. Nau. ibi, & si sic renuncians tacitè, vel expressè, illam suam intentionem deducit in conuentionem est simonia. Nau. cons. 38. nu. 3. & cons. 43. nu. 1. de sim. vt nec licet ne nutu quidem ei coram quo confertur, nisi sit Papa, significare eum cui intendit conferri, ex Bulla quinquagesimaoctaua Pij V. incip. Quanta.

Simonia est etiam si renuncians obligat resignatariũ, vt soluat expensas factas in illo beneficio consequendo. Fureus decis. 40. lib. 2. non tamen est simonia, si resignatarius mutuat resignanri pecunias, etiam post signatam supplicationem ante consensum præstitum, quia potest quis mutuare principaliter ad obtinendam alicuius amicitiam, vel subleuandam eius necessitatem, etiam si secundario inde speret beneficium sibi conferendum propter amicitiam, & re illi conferatur. Nauar. cons. 51. de simon. ante tamen consensum præstitum id pactum redolet simoniam. Nauar. cons. 49. eod. tit. Sic est simoniaca resignatio, si resignatarius fecit omnem expensam in reser-

uatione fructuum, & pensione. Nau. cons. 5. de simon. quando scilicet id fecit, vt sibi fiat renunciatio, nec eas postea sibi retinuit, vt stilus seruat sibi eas retinendi. Sic simoniaca est renunciatio beneficij litigiosi facta cum conuentione, vt lite euicta resignatarius certæ pensioni consentiat. Nau. cons. 11. num. 1. de simon. non tamen est simonia, si quis renunciet ad preces alicuius. Nau. cons. 50. num. 2. nisi transeant in commodum temporale ex pacto, modo quo dixi tract. de Simon. vt nec est simonia, si renuncietur principaliter, vt resignatum beneficium conferatur idoneo, secundario cum spe quòd non erit ingratus. Nau. cons. 9. de simon. cum id sit debitum antidorale tantum non legale, quod non habet vim pretij. Diuus Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad secundum. vt nec est simonia renunciare beneficium consanguineis, nec peccatum si sit dignus. Silu. Simonia. q. 16. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 5. vt nec si resignetur cum pacto, quòd resignatarius soluat pensiones impositas super beneficio, ministret sacramenta, reparet ecclesiam, & alia ad quæ tenetur. Nau. cap. 23. num. 100. secus si ad id non tenetur, vt ad organa conficienda. Rod. de simon. p. 2. cap. 11. in fi. Nec est etiam simonia renunciare literis ad beneficium, vt habeatur beneficium, vel pensio. Doct. in d. c. ad audientiam. 2. de rescript. quia per literas non habetur ius ad rem. Abb. in d. cap. num. 6. sic tamen, vt non renuncietur literis huiusmodi pro re temporali. Abbas ibi. Rod. de simon. par. 2. cap. 15. num. 35. Est tamen simonia si quod spirituale ius, vel temporale non est datum, sed tantum promissum. Decius in cap. veniens. in glo. 1. de testibus. & in foro conscientiæ tenetur illud dimittere. Felin. in cap. tua nos. de simon. modo quo dixi, cap. de Simonia. Quòd si quis renunciet in fauorem familiaris ob remunerationem seruitiorum, si est factum pactum, & conuentio, est simonia, aliàs non. Abbas, & Felinus in cap. cum essent. de simon. de qua re dixi loco cit. quòd si quis resignet in fauorem Petri, & eius consanguinei aliquid ei dederunt, vel promiserunt pro ipsa resignatione, est priuatus ipso iure etiam si id ignoret. Rota decis. 7. de renunciat. in antiq. qui tamen non amittit tunc alia beneficia. Petr. Bim. cons. 28. num. 15. sic si resignatarius die præfiti consensus promittat cedere beneficium cui voluerit resignans est simonia. Moedan. decis. 243. si tamen ex interuallo beneficium est ei restitutum, non esset simonia. Moedan. decis. 222. in manuscr. Caputaq. decis. 240. par. 3. quod intelligerem pacto semoto, aliàs secus, sic enim esset resignatio confidentialis; quòd si quis renunciet, vt sibi soluantur expensæ factæ in suppellectili ecclesiastica, si ex fructibus ecclesiæ, quod in dubio præsumitur, est simonia, si ex patrimonio secus. Felin. in cons. 11. num. 6. Burs. cons. 376. volum. 4. quod intelligerem modo fiat cum Papæ authoritate; quòd si cum habeam intentionem renunciandi ad fauorem Petri, constituo tamen Antonium procuratorem ad renunciandum liberè, coram Papa, vel Legato, non est simonia realis. Peregr. decis. 79. in manuscr. Quòd si quis habet beneficium ex resignatione Petri cum reseruatione pensionis pro eo, si ex interuallo obligat sua bona ad eam soluendam, vel dat fideiussorem bancarium, non est simonia. Rota decis. 106. lib. diuers. in manuscr. Bellam. decis. 12. Est tamen simonia, si duobus litigantibus super beneficio, alter promisit resignare in fauorem collitigantis in euentum quòd ei prouideatur de beneficio paris valoris. Peregrin. decis. 152. lib. 2. si tamen resignans, & resignatarius simul contraxerunt in temporalibus, non ob id præsumitur si-

tur simonia, decis.37. in manuscr.lib.diuers. si verò in permutationibus renunciatio est triangularis, vel quadrangularis, est simoniaca. Innoc.in clemen.1.nu.40. de rerum permut. & ibi Bonifac.nu.43. Caput.decis.325. non est tamen nulla pensio, si fuit reseruata, quia Petrus resignauit in fauorem Antonij, & Antonius in fauorem Pauli, & Paulus in fauorem Titij, cum id fiat coram Papa. Caputaq.decis.314.parte 2. quòd si quis erat grauatus ære alieno nomine ecclesiæ, ita quòd ecclesia ad id tenebatur, & renunciet cum eo onere, non est simonia. Felin.in d.cap.ad audientiam.2.de rescript. quod intelligerem si sint impensi in fabricam ecclesiæ, secus si erant onera annua ecclesiæ, vt talliæ, quia qui percepit fructus, ad id tenetur. Quòd si quis promittit tertiam partem fructuum suorum beneficiorum pro dote sororis, non est simonia. Cardin. sanctæ Crucis decis. 181. in manuscript. Abbas in cap.peruenit. de arbitr. quòd si quis resignet in fauorem Petri, & remanet in possessione beneficij, & det certam pecuniam Petro pro fructibus beneficij resignati, à quo habuit retrocessionem, si illa summa est æqualis fructibus est simonia, secus si excedit, subest enim eius suspitio. Cardin.sanctæ Crucis decis.169. in manuscript & modo pactum retrocedendi non præcesserit, sic enim esset simonia confidentialis, vt & si quis resignet cum pacto, vt resignatarius soluat eius debita. Rebuff.consi.94. non tamen est simonia realis, si in pactum deductum, non impleatur, facta renunciatione. Rebuff.cons.63.nu.23. licèt teneatur ad restitutionem cedenti.

Probatur verò simonia etiam coniecturis, & præsumptionibus. Abbas in cap.sicut. de simon. Clarus lib.5.sent.§.simonia.ad finem. modo sint euidentes, & reum de crimine conuincant. Maschar.de probat. conclus.1304. num.27. & 28.

Et primò probatur ex notorietate, vel cum quis in crimine deprehenditur.cap.de manifesta. cum seq. 2.q.1.cap.si quis clericus.dist.81.secundò, ex partis confessione. Rod de simon.par.4.cap.7. etiam si sit facta in iudicio criminali. Caputaq. decis.442.par.3. tertiò, per famam. Maschar.conclus. 1305.num.10. quartò, per instrumentum. Decius cons.118.quintò, per correspectiuitatem. Puteus decis.460.lib.2.quia adsint mandata ad cedendum, & retrocedendum, modo sint confecta coram eodem notario, & testibus, secus si diuerso tempore, renunciatio tamen facta absenti tollit suspitionem simoniæ. Paris. lib.14.q.9.

Socij etiam criminis in simonia eam probant. cap.1.de testibus.in 6. Decius cons.181.num.324. cum communi. nisi sit socius criminis, & muneris, sic enim eam non probat.d. cap.1. si scilicet inde participat emolumentum. Doct.in cap.veniens.1.extra.eodem. Gemin.in d.cap.1.nu.4. & etiam quòd ei solum sit promissum emolumentum, & non datum. Bald. & Franch.in d. cap.1. vt nec probat si agitur criminaliter, idest, vt delinquens puniatur, Abbas in rubr.de iudic.num.6. sic confidentialis renunciatio est simoniaca, ex Bulla octuagesimaseptima Pij V. vt ait Paris.d.lib.14.q.vlt.

Quòd si Episcopus simoniacè est ingressus, debet renunciare, & interim fructus custodire, vel expendere in vtilitatem ecclesiæ.cap.cum vos.de offic.ordin. cum renunciare non possit, nisi in manibus Papæ, & probabiliter interim potest alimenta sumere, si tamen non habet vnde aliundè viuat. arg. cap.non satis. cap.pasce. 86.dist. & si conualuerit statim Papam adire debet ad resignandum coram eo.

8 Quò ad vltimum. Effectus resignationis est, vt spontè,& legitimè facta, & admissa, resignans amittat ius suum in illo beneficio, & possessionem cap.inter. vbi glo. de præben. Gem. de indult. § necnon quarumcunque. nu. 19 & 20. Tolos.de benef.cap.31. modo resignatio ex aliquo capite non infirmetur, nisi authoritate superioris ex nouo iure concesso, vel antiquo restituto, id non recuperet. d.cap. cum inter. de renunciat, & si ob crimen renunciat, ad aliud beneficium, illo durante, eligi non poterit. cap. post translationem. de renunciat.

Renunciationis effectus quis sit.

Et ita per resignationem vacat beneficium. Lapus allegat.14. Bellam.de permutat. benef. quæst.11. Doct.in cap.susceptum, de rescript. in 6. Rota decis.1. de rescript. in nouis. cum communi. & resignans quò ad id beneficium habetur pro mortuo. Puteus decis.408. lib.2. idque procedit in resignatione simplici, & etiam conditionali. Rota decis.1.de rerum permut. in nouis. modo conditiones appositæ impleantur. Mascar. de probat. concl. 1395. testans de communi. vnde tale beneficium resignatum in fauorem nō cadit sub gratia expectatiua, nec vbi reseruatur per cessum, vel decessum, nec debetur mandatarijs, nec nominatis, & graduatis in eorum mensibus, nec habenti ad id regressum per cessum,decessumve, nec si vniatur per cessum, vel decessum, nec etiam si beneficium sit familiaris Cardinalium, his enim resignatarius præfertur, si resignatio fuit admissa per superiorem, & consensus præstitus,ante enim prædicta vacat per obitum resignantis,post verò resignatarij, si acceptet, & consentiat expressis in mandatis. Puteus decis.197.num.5. lib.3. idque in vita resignantis, post enim consentire non potest, cum beneficium vacarit iam per mortem resignantis. Crescent.decis.37.lib.1.in manuscr. & 229. eod.lib. si verò consensit similiter eum resignante resignationi, & reseruationi pensionis, & moriatur (literis non expeditis) beneficium vacat per mortem resignatarij. Et is qui obtinuit beneficium ex causa resignationis, vel permutationis, non tenetur docere de titulo sui præcessoris, sed tantum quòd fuit habitus pro Rectore eius ecclesiæ. Bellam.decis.545. Boer. decis.42.

Dicitur verò beneficium vacare in loco vbi facta est resignatio. glo.in clem.1. vt lite pend. Rota decis.4. de præb. in antiq. cum communi. vnde si fiat coram ordinario, ibi vacat, si in curia, coram Papa, & idem de priuatione. Et beneficium vacans si liberè resignetur, potest idoneo cuilibet conferri, & si est libera resignatio, potest impetrari à Papa; & sic resignatum confertur ab ordinario si apud eum est facta libera resignatio, nisi collatio, vel electio, aut præsentatio ad alium spectet, vt in electiuis, & beneficijs iuris patronatus, si verò vacat in curia, conferetur à Papa: Et possessio dicitur vacare per resignationem quoque, vnde si quis semel beneficium resignarit,& denuò id adipiscatur, tenetur denuò professionem facere, &c. vt in primo. Paris. de resig.benef.lib.14.q.4.

Ex his sequitur, quòd resignans dicatur beneficio priuatus esse. Paris. cons.143.nu.19.vol.1. cum communi. idque ipso iure. Butr.in d.c.sollicitæ. num.13. de restit.spol. etiam si esset Papa. Decius in d c.ex parte. num.20. de rescript. etiam si resignatio sit facta parte absente, post scilicet præstitum consensum, & admissam resignationem liberè factam, is tamen interim donec alius instituitur potest possidere, cum sine executore non possit id secundus agere, nisi renunciatio sit libera, sic enim etiam possessio cum titu-

lo amittitur; & etiam si quis reseruat sibi omnes fructus, adhuc enim beneficium vacat, & censetur procurator reuocatus, nisi pro nouo interesse, vt nec reuocatur si mansit in possessione, nec quò ad fructus, & expensas post litem motam, modo id insinuetur aduersariò.

Ex his corrolario etiam sequitur, vt resignatione perfecta, resignans nō possit percipere fructus beneficij dimissi, alias tenetur ad restitutionem eorum. Ioan. Monach. in cap. si te. num. 30. de renunciat. in 6. & vt intrusus deijcitur à possessione. Decius cons. 120. idq; à die præstiti consensus. Gabr. cons. 192. num. 3. 4. & 5. vol. 1. post enim spectant ad resignatarium, etsi diu stetisset ad expediendas literas, & accipiendam possessionem. Gabr. ibi n. 6. & etiam si quis resignauit ad fauorem absentis, præstito consensu, qui diu stetit ad acceptandum, fructus etiam ei debentur, ante tamen consensum, debiti, & non exacti ad resignantem spectant. Crauet. cons. 873. nu. 2. quod intelligerem, vbi non est recepta Bulla Iulij III. de fructibus non exactis, qui decernit spectare ad successorem, prædicta etiam intelligerem, dummodo literæ expediantur in forma gratiosa, si enim in forma dignum gratia sit facta, quò ad resignatarius admittatur, ob conditionem appositā, resignans potest possidere. Germon. de indult. d. §. necnon quarumcunque. nu. 20. cum seq. Quòd si fructus pendent, pro rata temporis est fienda diuisio inter vtrumque, maximè in requirentibus residentiam. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 15. num. 12. & si resignatio est pura, resignans non potest insistere possessioni, si verò est in fauorem, sic, donec secundus ingrediatur possessionem, Rebuff. in tr. nomin. q. 14. nu. 157. & interim poterit administrare, fructibus tamen, vt supra, dispositis. Paris. lib. 1. q. 6. & 7.

Hinc infertur, quòd resignans post perfectam resignationem, non teneatur soluere pensionem beneficio impositam. Doct. in c. nisi. de præb. etiam si se obligasset ad illam soluendam sub fideiussione bancaria, vel in forma cameræ; nisi post resignationem se obligarit ad soluendum decursas, ad quas tenetur, vt & tenetur si resignatio est facta in fraudem, vel si statim restituitur ad idem beneficium. Vbi verò resignatio est pura, tenetur successor ad illam soluendam, etiam decursam, licèt habeat regressum contra resignantem, vel primum possessorem, & idem de alijs oneribus beneficij, idq; tempus currit à die præstiti consensus, pro rata tamen fructuum perceptorum. Paris. ibi q. 7. Sic resignans, post resignationem perfectam, non tenetur recitare Horas Canonicas debitas recitari ratione solius beneficij, si non existat in sacris. Nau. de Horis Canon. c. 7. num. 10. & 30. & ad id tenetur resignatarius post sex menses à die adeptæ possessionis. Nauar. in Man. cap. 25. nu. 122. & ea perfecta, non tenetur resignans residere, sed resignatarius in beneficio requirente residentiam. Sotus lib. 2. de iustit. q. 3. Paris. ibi q. 10. Quòd si causa à Papa fuit commissa canonico, post resignationem de ea cognoscit. Paris. ibi q. 11. modo cœperit cognoscere, aliàs nō. Franch. in cap. statutum. de rescript. in 6. si non sit effectus miles, vel matrimonium contraxerit, & de ea cognoscit successor si sit commissa sub nomine dignitatis, secus si nomine proprio, vt solet passim fieri in Canonicis, non autem in Episcopis, vel Vicarijs. Paris. ibi.

Et in tantum amittit ius resignans, quòd si sit pura, & admissa à superiore, non potest pœnitere, secus si sit in fauorem, etiam post supplicationem signatam, & registratam, & præstitum paruum consensum, etiam si iurauit

non

non reuocare mandatum, sic enim potest, & etiam alteri resignare in foro fori, modo consensus non sit præstitus in Cancellaria, vel Camara, etiam si sit soluta annata, & extensus consensus, sed non præstitus, & beneficium vacat per obitum resignantis. Paris. ibi q. 12. & sic non potest resignans redire ad beneficium resignatum. cap. ex transmissa. de renunciat. quod procedit etiam in renunciatione tacita. Dec. cons. 166. num 2. & idem in eo qui renunciauit iuri ad rem, vt electioni de se factæ. Doct. in cap. in præsentia. de probat. etiam si quis renũciauerit per procuratorem specialem, vel per literas missiuas, vel nuntium, quod fieri potest. Doct. in d. c. si te. de renunc. in 6. & etiam si renunciatio sit sine iuramento facta. Paris. cons. 65. num. 18. & 19. vol. 1. quæ intelligũtur modo renunciatio sit perfecta, vt supra, aliàs non; vt & fallit si renunciatio inconsultè sit facta, is enim potest pœnitere antequam collatio alteri sit facta. Imola in c. 2. de renunciat. in 6. Burs. consil. 393. num. 10. volu. 4. vt cum motus ira, vel indignatione renunciat. Boerius decis. 150. num. 5. cum communi. quod tamen in curia non recipitur coram Papa, cum renunciationes fiant cum temporis interuallo. Tertiò fallit, vt supra, si renunciatio sit facta, vi, metu, vel dolo, sic enim potest beneficium repetere. d. c. super. d. c. in præsentia. de renunc. & idem de furioso renunciante. Boerius decis. 350. vel homine bonæ fidei in fauorem malæ, & quoties renunciatio non est spontanea, sic enim non amittitur possessio. Paris. cons. 143. num. 19. volum. 4. Quartò fallit, si denuò id beneficium ei conferatur. Doct. in cap. 2. de renunciat. nisi ob crimen renunciarit. Doct. in d. c. nisi. de renunciat. vel Episcopus, vt monachus fieret. Doct. in c. post translationem. de renunc. Quintò fallit, si renuncians fuit beneficio spoliatus, est enim restituendus. Rota decis. 6. de renunciat. in antiq. Paris. cons. 151. vol. 1. cum communi. modo de quo infra. Sextò fallit, si ius non fuit quæsitum resignatario, vel conditiones non impletæ, vt supra est dictum circa principium; sic enim hoc casu potest redire ad beneficium sine noua collatione, vt & metu renuncians, qui est restituendus sine noua collatione, vel si contra formam mandati collatio est facta, requiritur tamen sententia declaratoria iudicis declarantis, quòd possit redire. Felin. in c. cum venerabilis. num. 11. de except. sed si conditiones sunt impletæ, requiritur noua collatio, vt & quando renunciatio est pura, non vi, &c. extorta. Et quando quis redit ad beneficium cum noua collatione, licèt recuperet iura beneficij, non tamen ius antiquitatis. Cotta decis. 337. in manuscr. & lib. diu. decis. 83. in manuscr. Paris. cons. 93. num. 11. volum. 4. nisi redeat vigore regressus. Moedan. decis. 72. in manuscr. vel si resignatio non tenet, quo etiam casu si is non redeat ad id, & superior non conferat, collatio deuoluitur ad superiorem. Rota decis. 8. num. 3. de renunciat. in nouis.

Inde sequitur quoque, quòd qui semel renunciauit, iterum renunciare non possit. Rebuff. cons. 4. per totum. nec etiam in fauorem primi. Cassad. decis. 9. de concess. præb. & etiam quòd primus resignatarius non sit vsus resignatione per duos annos. Rebuff. cons. 85. num. 10. nec etiam si primus resignatarius moriatur. Rebuff. ibi. nec etiã si prima resignatio sit nulla, quia facta sine consensu Regis, vbi requiritur. Rebuff. cons. 38. nec etiam si sit resignatum per procuratorem. Rebuff. cons. 2. nec etiam si secundus resignatarius possederit per triennium, adhuc enim primus præfertur. Rebuff. consil. 185. & bis renuncians tenetur crimine stellionatus. Rebuff. cons. 4.

Fallit

Fallit si prima resignatio non fuit admissa, vel reuocata ante præstitum consensum; secunda etiam resignatio dat titulum coloratum, quando contra primam multa opponi possunt. Sarn. de trien. q. 27. num. 5. & 7.

Ex quo etiam sequitur, quòd in secundum transeant quæ competebant resignanti ratione illius beneficij. Bursat. consil. 406. nu. 8. vol. 4. etiam si resignatio sit simplex, & sic onera, & cómoda, vnde potest percipere fructus, & tenetur ad pensionem. Paris. consil. 45. nu. 23. vol. 4. & in eum transit verus titulus, etiam si reseruata sit omnimoda administratio, vt habetur lib. 2. diuers. decis. 107. & 172. in manuscr. & resignans tenetur ei tradere instrumenta, & priuilegia, &c. Abbas in c. cum pridem. num. 5. de pact. & etiam instantia cœpta per resignantem transit in resignatarium. Moedan. dec. 41. de iud. in manuscr. vnde non datur secundo, vbi est data primo, quæ datur duorum mensium citra montes, quatuor vltra. Caputaq. decis. 259. par. 1. sic confessio resignantis facta ante cessionem, nocet successori. Caputaq. decis. 93. num. 4. par. 1. sententia tamen lata contra resignantem, respectu beneficij non præiudicat secundo. Puteus decis. 80. lib. 3. etiam si resignatarius sciens appellarit, & sententia transierit in rem iudicatam, nisi scierit quòd causa ageretur contra cedentem. Puteus ibi. Sic sententia lata pro resignante non prodest resignatario. Puteus decis. 142. lib. 1. nec primus potest impedire post resignationem quin procedatur via executiua ad immissionem. Seraph. decis. 252. in manuscr. & appellatio facta per procuratorem resignantis, non prodest resignatario. Crescent. decis. 169. lib. 1. in manuscr. si tamen cedens post ius cessum habuit dilationem, prodest cessionario. Caputaq. decis. 299. 1. parte. Tenetur etiam resignatarius reuocare attentata per resignantem. Card. Paleotus decis. 116. in manuscr. nisi in casu de quo Peregr. decis. 14. aliàs 92. lib. 1. in manuscr.

Non tenetur tamen resignatarius stare locationi, vel conductioni factæ per prædecessorem. cap. fi. ne prælat. Bellam. decis. 748. Puteus decis. 181. lib. 1. tenetur tamen ad debita contracta pro necessitate ecclesiæ, & personæ. Peregr. decis. 34. de solut. in manuscr. secus si voluntariè sint contracta per resignantem. Puteus decis. 43. lib. 2. & spoliatus potest agere spolio contra resignatarium. Peregr. decis. 14. aliàs 97. lib. 1. in manuscr. si tamen resignans habet vsumfructum super aliquibus rebus non transit in successorem. Rebuff. consil. 154. num. 22. & si resignans ante resignationem transegit, ligat successorem, modo sit vtilis ecclesiæ, & à Papa sit confirmata. Paris. lib. 1. de resig. benef. q. 15. & 16.

Ex quibus sequitur, ꝙ renuncians nil, vel ferè semper non retinet prioris, vnde renuncians Papatui, retinet Cardinalatum, nisi & illi renunciarit, vel ab eo sit depositus, renuncians verò Episcopatum, si renunciat loco tantum, vt communiter fit, retinet ea quæ sunt ordinis, & vocatur Episcopus loci relicti, renuncians verò loco, & dignitatis, vt fit quando deponitur ob crimen, amittit dignitatem, & eius denominationem, nec potest ad eandem redire, primo casu sic si denuò eligatur, primus tamen retinet characterem ordinis, & habitum, sed non exercitium eius, vnde non potest ordinare sine licentia Episcopi. Abbas in cap. 1. de ord. ab. Episc. primo casu, in secundo neque cum ea. Abbas, & Doct. in d. cap. & Archiepiscopus renuncians non potest vti pallio: Abbas verò Abbatiam renuncians, remanet monachus illius monasterij. Paris. lib. 1. q. 17. & renunciatio fit ob vtilitatem,

litatem, vel necessitatem ecclesiæ, vt quia quis non potest ei seruire, dicitur fauorabilis, & extendenda, si verò fauore personæ, dicitur odiosa, & in dubio est talis, nec extendenda. Parif.d.lib.1.q.vlt.

Potest tamen, vt supra, resignans pœnitere ante consensus præstitos in curia, in foro tamen conscientiæ id non liceret, aliàs teneretur ad interim resignatario. cap. 1. de pactis. si recedat sine causa. Id etiam aduertendo, quòd Bullæ quandoque expediuntur in forma gratiosa, quando scilicet est missa ad curiam fides ordinarij de idoneitate, quo casu nil vlterius est fiendum in curia Episcopali, cum Papa soleat dare executores qui mittant in possessionem, quandoque verò fit id in forma dignum, quando non adest fides prædicta, & tunc committitur ordinario, vt si is est dignus, ei conferat authoritate Papæ beneficium.

Et ex his impositus sit finis, ad laudem Dei Optimi Maximi, Libro de Beneficijs, & Pensionibus Ecclesiasticis, omnia in eo contenta subijciens censuræ, & correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Quomodo verò Beneficiatus se habere debeat in distributione redituum Ecclesiasticorum, dixi Lib. Summæ Theologiæ Moralis, sub cap. de Primitijs. Et an idem testari possit de acquisitis ex fructibus Ecclesiæ, dixi tract. de Beneficiatis in Lib. de Republ. Eccles. vbi & tradidi quis succedat in fructibus inexactis, & quis teneatur ad æs alienum relictum à beneficiato, & huiusmodi, ibi ad finem.

Laus Deo Opt. Maximo.

Errata sic corrigantur.

Pagina 2. linea 30.dicente]dicens pag.3.linea 3. peram(addendum)neo lin.46. 16.]12. lin.vlt. vt(addêdum) & pag.8.lin.5.resid.]resig. pag.12. lin.28.fententia]sententiam lin.31.hanc]hinc pag.14.lin.46. &]sed pag.17. lin.37.cubicularium]cubiculariorum pag.21.lin.39.aut(delêdum) lin.vlt. tunc(addendû)in foro exteriori pag.22.lin.2.tenet]tenor lin.11. tum]cum lin.32. cap. (addendum) cum pag.23. lin.3. Princeps(add.) præsens lin.39. admisso(add.) eo in pag.24.lin.33. ter]terra lin.43. eligunt]eligant lin.47. &(add.)tunc pag.29.lin.26. ignoràsset] iurasset pag.30.lin.7. possit(add.) se lin.8. quia]si pag.33.lin. 33. c.(add.) vbi lin.38.quam(delendum)pag.34. lin.24. dicit(add.) dicendum pag.35. linea 17. ailenationem]alienationem pag.37.lin.2.per]pro lin.24.vel]ne lin.36.secundo]similiter lin. 45. Prælatus(add.)etiam pag.38.lin.27. prædictos]præditos pag.39.lin.16. & materiam] & de materia lin.17. facta]tacta lin.19. superioribus]lib.de Republ. Eccles. lin.23.priuatur]priuatur dignitatibus suis pag.40.lin.43. Cardinales(add.)Episcopi pag 41.linea 8. sed]se lin.11. quia]9. lin.37. Papa(add.) maximè lin.46.si(add.)sit lin. 47.nam]secus pag.42.lin.37. domandas]dam nandas pag.43.lin.6.debitum]deditum lin 37. per Papam] pro Papa lin.41. &(delendum)pag.44.lin.8. qui]quòd lin.10.sit,]sit exceptio lin.19.excreatu]

tu] exercitu lin.45.quas]quot pag.45.lin.9.fit(addendum)non lin.17. qui] quòd linea 32.nulli(add.)que pag. 46.lin.7.negotio(add.)non lin. 8. cuius] eius lin.27.& 28.interueniendo]interdicto lin.44. vt(add.)& pag.47.lin.4. &]vt lin.9. Eugenij(add.)IIII. ibi. sanctissimo]sanctissimus ibi. Clemente]Clemens lin.32.&(add.)ob lin.33. & (add.) pro lin.43. missim] mixtim pag.48.lin.41.vertendo]verrendo lin.44. eius]eorum lin.vlt. post] per pagina 49.lin.5. modo(add.)non pag.58.lin.18. domesticis] suspectis pag.59. lin.26. aliud(add.) tale pag.61.lin.13. plura (add.) superfluè pag.62.lin.43. vel]sed pag.63.lin. 13. extrauag.(add.)comm.lin.35. propria authoritate] sine titulo pag.64.lin.6. &] est pag.67.lin.45. vacantia(addendum) in curia pag.69.lin.32.deliberat]deliberatione lin.44. 14.]24.pag.71.lin.pen.extinguitur(add.) si id non acceptat pag.73.lin.35. illo priuatur]puniendus est pag.74.lin.14. emisis]omissis pag.75.lin.9. dicitur intrusus] id non potest pag.77.lin. 6. 14.]24. lin.14. anne] ante pag.81.lin.33. Abb.] Abbas pag.82. linea 16.Elect.]collat. lin.40. regul. (add.) de quibus melius alibi pag.84. lin.35.illo]illis pag.87.lin. 12.53.(addendum)nisi sit perpetua pag.89.li.2. ecclesia (add.) annexa maximè lin.4.præsentes (add.) vel curæ inseruiant pag.91.lin.27.vel]& pag.93.linea 10. obtineat.Secundò]obtineat secundo pag.96.lin.26.& est intrusus etiam si habet titulum(delẽdũ) lin.46.aliud] à Papa pag. 100.lin. 13.dissoldia]dissidia pag. 108.lin. 10. constit.]censibus p.113.lin.pen.debeat] debet p.121.lin.45. sat(add.)est p.122.li.24.pensiones(add.)non p.130.lin.1. probat]probans lin.33. ,&]si pag.131.li.39. &] vt pag.132.lin.38. petierũt]perierunt p.135.lin.25. ipsæ]ipse p.138.lin.4. id(add.)non lin.7.populum]prẽsentantem p.139.lin.44.in laicum]per laicum in p.140.secundo]secunda p.141.lin.9.missus]emissus lin.40. dotatione]donatione p.142.li.37.patronatus]præsentatus p.143.li.34.eorũ(del.) p.146.li.27. ius patronatus transit in fiscũ] ecclesia remanet libera p.148. lin.1.præsente]præsentatio lin.pen.venditor]venditur p.153.lin.1. expectare]expectari p.162.li.40.potest(add.)in eo seruitio p.178.li.5.&6.examine(add.)si non sit curatum p. 180.li.28. cum limitatione tamen (delẽdũ) p.182.li.42.instituendi]præsentandi p.192.li. 12.intronizationis(add.)ita p.194.li.38.tamen(add.)ea p.200.li.7.simul]semel p.203.li.29. tamen(addendum)ad fauorem p.208.li.25.Episcopus]Episcopi lin.26.ob]ad p.209. lin.22.ei(delẽdum)p.220.li.39.15]17 p.221. li.35. 3]4 p.222.li.13.quorũ] quarum p.223.li.26.alterius]alteri ius p.225.li.27. apponitur]apponatur lin.29. intelligitur]intelligatur p.227.li.37. ostenditur]ostendatur p.228. lin.15. cuius(add.) rei p.229.li.17. &c.(add.)interuenit p.231. li.41. procuratoris (add.) non p.232.lin.7. translat.]transact. p.244.lin. 1. honestis] honestis p.245.li.33.interpositus] interpositas p.246.li.26. seruire]seuire pag.253.lin.16. excedit] sit minor ibid. eius (add.) tantum.

REGESTUM

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
A a B b C c D d E e F f G g H h I i.

Sono in tutto fogli 33, e mezo.



592506






4